



DUKE  
UNIVERSITY  
LIBRARY

*Treasure Room*









22 PATENT

APOSTOLICUM

BARBARA HENRY  
JONATHAN HENRY

OLIVER HENRY

JONATHAN HENRY

VERBUM

APOSTOLICUM  
JONATHAN HENRY

JONATHAN HENRY

VERBUM

JONATHAN HENRY  
VERBUM

SS. PATRUM  
APOSTOLICORUM

BARNABAE, HERMAE, CLEMENTIS,  
IGNATII, POLYCARPI;

OPERA GENUINA;

UNACUM

IGNATII & POLYCARPI MARTYRIIS:

Versionibus antiquis ac recentioribus, Variantibus  
Lectioibus, selectisque Variorum Notis illustrata.

Accefferunt S. IGNATII EPISTOLAE, tum Inter-  
polatae, tum Supposititiae.

---

Curâ RICHARDI RUSSEL, A. M.

---

VOLUMEN PRIMUM.

---

LONDINI:

Apud GULIELMUM RUSSEL, prope *Temple-Bar.*

M.DCC.XLVI.



---

---

# P R A E F A T I O

## E D I T O R I S.

**Q**UAMQUAM *Primacorum Patrum* praestantiam atque usum, neminem, praeter homines planè barbaros atque illiteratos, ignorare, haud expressè, cum JOANNE

*Praefat. Pat. Apost. V. l. I. Amst. 1724.*

CLERICO, affirmare ausim; ex *Literatis* tamen eruditissimum quemvis, in Patrum scriptis peregrinum atque hospitem, inter minutiores Theologos numerandum non possum non existimare. Hoc autem de illorum Scriptis praecipuè intellectum velim, qui intra tria prima Christianismi secula floruerunt. Quibus nimirum seculis, haec coelestis institutio, arboris instar novellae, fata ipsius DEI manu, Martyrumque sanguine irrigata, nullis humanis adminiculis innixa, contra omnes externas injurias sese erexit; et patulis diffusa ramis, quò violentioribus persecutionum tempestatibus est concussa, eò altiores radices egit, pluresque emisit furculos, in universas orbis terrarum regiones brevi propagatos. Illis optimis temporibus, nullus dabatur suspicioni locus, Episcopos, Apostolorum successores, aliquid de institutis illorum immutasse; aut ambitione seculari, vel obsequio servili lapsos, doctrinam aut disciplinam, ad Imperatorum voluntatem ac nutum vel paululum accommodasse. Immo verò Potestatum Ecclesiasticarum cooptatione, non Magistratuum nominatione, ad summam dignitatem evecti, contra horum decreta atque interdicta sacrum munus frequentissimè exsequabantur; secum reputantes, quibus gradibus ad

## P R A E F A T I O

Episcopalem thronum ascenderant, iisdem ad Martyrii quoque gloriam sibi ascendendum. Eâdem fortitudine, ad Officium Sacerdotale praestandum, sese accinxere Presbyteri; semper animo parati, ad exilium, ad servitutem, ad tormenta, ad summum etiam supplicium subeundum. Tantam in contemnenda morte constantiam, quae omnis aetatis virile et muliebri sexus animavit, singulari S. Spiritus gratiâ in omnium mentibus fuisse disseminatam, fas est ut credamus. Nec consentaneum videtur, quòd, iis seculis, quibus adhuc ipse non rarò miracula est operatus, tot probos pioſque homines in errore versari, vitamque pro re falsa profundere pateretur. Christianae igitur Religionis, purae ac sincerae, nec haereticis deformatae fordibus, nec meretriciis coloribus fucatae, expressam in scriptis suis imaginem, *Antiquissimi Patres*, posteris contemplandam atque imitandam, reliquerunt.

Hanc excellentem speciem et dignitatem aliquot secula retinuit Ecclesia Catholica: sed diuturnitate temporis, pietate sensim labante, moribusque corruptis, aetate demum crassissimis tenebris circumfusâ, Christiano orbi servitutem imponere, Imperatores cum Pontificibus Romanis conspirârunt. Quo sub pondere cum multis seculis Ecclesiae Occidentales ingemissent, quaedam tandem à cervicibus grave jugum dejecerunt. At nimio ardore accensae se in libertatem vindicandi, dum injustam Episcopi Romani dominationem respuebant, justissimam quoque Episcoporum potestatem rejecerunt; in ejus locum substituentes novam quamdam, bigenerem Ecclesiastico-Laici regiminis formam, non solum ab ulla Ecclesia non receptam, verum etiam in omni memoria omnino inauditam.

Ecclesia autem Anglicana, *Sacrae Scripturae Patrumque Primaevorum* libros reformandi normam sibi constituens, ad hanc omnia doctrinae, regiminis et disciplinae momenta diligentissimè perpendebat.

## E D I T O R I S.

ii

debat. Ad hanc regulam judicia rerum dirigens, novella à veteribus, falsa à veris, facilè discrevit; et rejiciendo recentiora, atque antiquiora retinendo, Ecclesiae Primitivae, in omnibus magni ponderis, sese quàm simillimam effinxit. At quidam ex Reformato-ribus, Marianâ persecutione in exilium pulsi, atque in exteris regionibus dogmatibus imbuti Calvinianis, in patriam brevi redierunt, ardenti studio incitati Ecclesiam nostram ad Genevensem conformandi, atque ipsam reformandi Reformationem. Hi, cum suis discipulis, vehementem Superstitionis detestationem, fastidiosamque conscientiae scrupulositatem, praeseferentes, Puritanicâque dissimulatione larvati, se è mediis esse partibus profitentes, Ecclesiae auctoritatem imminuerunt, Schismaticorumque factioni vires addiderunt. Quâ autem ratione in primaevae puritatis statum primum reducta erat Ecclesia, eadem etiam puritatem sibi esse conservandam; iisdemque armis, tum à Pontificiorum odio, tum à Schismaticorum invidia, se defendendam reputavit. Hisce armis, è *Sacrae Scripturae Sanctorumque Patrum* armamentariis, qui ab adolescentia fuerant exercitati, aetate provecti Ecclesiae propugnatores acerrimi evasere; quotiesque cum hostibus, aequè ei infensis, quantumvis inter se digladiantibus, conflixerunt, toties utrosque profligarunt.

Vetusta haec Clericorum disciplina, tot victoriarum serie commendata, commutatione temporum labascens, neotericis Doctorum exterorum institutionibus, sensim et pedetentim locum cessit; qui Ecclesiae ferè nostrae minùs faventes, Systematicam quamdam Theologiam composuerant, ex catholicis haereticisque dogmatibus confarcatam. Jam inde adolescentibus, à studiis, quae in quadam varietate literarum versantur, ut solet, deterriti, in hanc faciliorem et expeditiorem disciplinam libenter se tradiderunt; tamquam in viam proximam et quasi compendiarium, quâ sine Graecae eruditionis taedio, sine multis

## P R A E F A T I O

multos libros evolvendi labore, ad omnem necessarium sacrarum rerum cognitionem perveniri posset. Magnâ Tironum manu ex hoc ludo in campum prodeunte, et veteribus redintegratis novisque exortis controversiis, hi levis armaturae pedites, Systematibus, quibus erat quisque instructus, stabiliendis intenti, minutasque ratiuncularum argutias in adversarios vibrantes, pro veris ac falsis promiscuè propugnârunt. Neque fieri potuit aliter, quin Novatores isti, qui, ‘vel prorsus neglectis, vel perfunctoriè tantùm lectis, Veterum monumentis,’ in Neotericorum scriptis studium suum penè omne collocâssent, ‘Catholica subinde dogmata pro haereticis repudiarent, explosa verò Haereticorum’ deliramenta suspicerent et amplexarentur. Interea, conjunctis Puritanorum Fanaticorumque factionibus, nefario civili bello, Ecclesia Anglicana, unâ cum Monarchia, funditus everfa est; paucisque annis vertentibus ex improviso restituta. Depravatis verò haereticarum opinionum varietate moribus, nec Ecclesiasticae disciplinae restitutionem admittentibus; brevi tempore, loquendi, scribendi, atque agendi, fere quae cuique libuissent, licentia est investa. Hinc isto seculo exeunte, impiae SocINI blasphemiae in regiones hasce translatae, admodum floruerunt. Tum nostro aevo ineunte, venenosos ARII errores, jamdudum exsiccatos atque aridos, mutato solo renovatos vidimus; solertique Arianarum artium culturâ nostratibus adhibitâ, revirescentes et repullulantes. Tot tantaeque de rebus sacris dissensiones ac discordiae, à Schismaticis Haereticisque palam excitatae, ab Emissariis Pontificiis clanculum inflammatae, apertum tandem Deistis campum dederunt, in quo, sub Rationis humanae vexillis, adversus Revelationem Divinam, universas suas copias in aciem producant. Quocirca, de regiminis Ecclesiastici forma, de ritibus et caeremoniis, de singulis dogmatibus Christianis controversiae, non amplius producendae videntur;

Bulli *Exam. Conjur. Resp. ad Annad.* xxi. §. o



## O E D I T O R I S.

dentur; sed pro *Sacrae Scripturae* auctoritate, pro communi hominum sensu ac iudicio, probissimumque fide ac integritate, pro ipsa *DEI* natura atque existentia, jam jam nobis est decertandum. Haec paganicae incredulitatis immane diluvium, antiqui istius universalis instar, quasi ex fontanis, pluvialibus, subterraneisque aquis confluentibus congregatum, omnes munitiones ac moles, majorum sapientiâ et pietate exstructas, aut superare, aut subruere conatum, fundamentis demum labefactis, repentinam inundationem videtur minitari. Quae si *DEO* permittente irrumperet, Ecclesiae nusquam erit confugiendum, nisi ad *Sacras Scripturas Sanctosque Patres*, tamquam ad montis culmen, quod olim Arcae inclusa se recepit; ubi patienter acquiescens, serenitatis reditum, atque undarum decrefcentium recessum, opperiri possit. Quippe divinae providentiae favore ibi in tuto collocatae, nihil periculi, vel ab *erraticis Haereticorum stellis*, vel ab *effertis ac spumantibus Pontificiorum Schismaticorumque fluctibus*, vel ab *inanibus Deistarum nubibus*, erit extimicendum. Ep. S. Judæ, v. 13.

Ab antiquissimis enim Ecclesiasticis Scriptoribus, quasi anticipatione quadam, Recentiorum insomniis obviam est itum: cum ‘nimirum, ut in mundo, ita in Ecclesia eadem semper recurrit fabula; et quas posterior aetas novas haereses appellat, eae sunt revera pristini tantum errores renovati, atque ab orco revocati.’ Bulli Def. Fid. Nic. S. S. II. C. viii. 4.

Quod verò de *Primaevorum Patrum* usu antè est dictum, hoc maximè de illorum Scriptis asseverandum arbitror, qui ab ipsis Apostolis vivâ voce edocti, eorumque manibus ordinati, atque Ecclesiis praepositi, Fidei sibi traditae veritatem fuso sanguine confirmârunt. *Genuina Patrum horum Apostolicorum Opera*, aut nullis, aut paucis Annotationibus illustrata, in voluminibus diversis, molis et figurae disparis, separatim edita, nec sine difficultate sunt

compa-

comparanda, nec magno usui esse possunt comparata. Univerſa autem ſi nulla Editione exhibentur collecta, niſi Cotelierianâ; quae ex duobus magnis voluminibus conſtans, cum mole, tum pretio; iſta commodius exhibita fortaffe lecturos, à legendo dèterrire pòtuit. Cujus tamen Editionis quintâ parte omnia hæc Opera, Notis licet nimium redundantibus amplificata, continentur; *Operibus eorum Suppoſitiis*, cum quibusdam Recentiorum Tractatibus, plus quatuor reliquas partes occupantibus.

In Scriptis inter ſe tam diſſimilibus coacervandis, ſicut mihi quidem videtur, ab Editore Lectoris utilitati parum eſt conſultum; cui, paucorum Opusculorum gratiâ, jam nunc prae caeteris legendorum, impoſita eſt quaſi quaedam neceſſitas magno pretio emendi alia multò prolixiora, quae non niſi longo pòſt tempore, ſi vel omnino, erunt perlegenda. In evolvendis enim Veterum monumentis, ſi ſint ejuſdem prope aetatis, Genuina Suppoſitiis ſine dubio ſunt praeferenda: ſi planè diverſae, ab antiquiſſimis eſt incipiendum, temporumque ordine ſervato, ad recentiora procedendum; quibus non parum lucis à prioribus non poteſt non accedere: *Scripta* igitur *Suppoſititia*, quæ *Patrum Apoſtolicorum* nomine circumferuntur, etiamſi *Genuinis* eſſent coeva, aut aetate ſaltem proxima, non tamen, niſi poſt hæc omnia pervolutata, in manus pervenire deberent. Cum autem pleraque ex illis ſint aliorum *Patrum* Scriptis indubitatis poſteriora, hanc ob cauſam, ab illis locus hiſce quoque eſt cedendus; atque etiam alias ob cauſas, jam leviter attingendas, longo fortaffe intervallo, tempeſtivè ſatis capiendus.

*Recognitionum* enim S. CLEMENTIS *Libri*, *Suppoſitionum* omnium antiquiſſimi, ‘pſeudepigraphi  
 Cotelierius. ‘ſunt et apocrypi, ſecundo ſeculo compoſiti, à viro  
 ‘docto quidem juxta ac diſerto, ſed Philoſopho  
 ‘magis et Philologo, quàm Theologo; in excogi-  
 ‘tandis autem connectendisque fictis narrationibus  
 ‘planè

‘ planè rudi.’ — *Canones Apostolici*, ‘ secundo ex-  
 eunte, tertiove nondum adulto seculo, à primi-  
 tivis Synodis constituti, mox in corpus istud,  
 quod jam sub manibus habemus, fuere collecti ;  
 nonnullis verò in locis postea interpolati.’ Idcir-  
 co neque priores, neque posteriores, jus praecedendi  
 veris JUSTINI MARTYRIS, ATHENAGORAE, TAT-  
 TIANI, THEOPHILI ANTIOCHENI, IRENAEIQUE  
 Scriptis, sumere sibi et arrogare possunt. — *Con-*  
*stitutiones Apostolicæ* ‘ à tot sanctis Patribus ignoratae,  
 aut neglectae,’ nec ab aliquo ante quarti seculi me-  
 dium memoratae, multumque interpolatae ac cor-  
 ruptae, ‘ sexcenta complectuntur cum veritate, cum  
 verisimilitudine pugnantia, recentiora temporibus  
 Apostolicis, atque ab Apostolico caractere remo-  
 tissima.’ — *Clementina* ‘ nugis erroribusque scatent,  
 à Semi-Christiana Philosophia, et Haeresi, prae-  
 cipuè Ebioniticâ, profectis.’ — *Martyrium S. CLE-*  
*MENTIS*, et *Narratio EPHRAIMI de miraculo quod in*  
*puero factum est*, posteriorum seculorum sunt fig-  
 menta: ex quibus, unà cum *Clementinis et Recogni-*  
*tionibus*, decimo seculo ineunte, à SIMEONE *Meta-*  
*phrasta*, composita est *Clementina Epitome de gestis*  
*S. PETRI, &c.* Qui tali tantaeque Scriptorum ficti-  
 tiorum farragini, genuina CLEMENTIS ALEXAN-  
 DRINI, TERTULLIANI, ORIGENIS, MINUCII FE-  
 LICIS, CYPRIANI, &c. *Opera* postponit, is certè,  
 perturbato rerum ordine, confusisque temporibus,  
 in Theologiæ studium praeposterè incumbere videtur.

Haec sunt quae me impulerunt, ut S S. *Patrum*  
*Apostolicorum Opera Genuina*, à *Supposititiis* sejuncta,  
 commodiùs disposita, dilucidiùs explicata, minore for-  
 mâ circumscripta, multòque minoris venalia, in lucem  
 denuo proferrem. Ad quae Studiosis percurrenda  
 ut certior muniatur via, singulorum Codices manu  
 exaratos, omnesque melioris notae impressos, recen-  
 sebo ; eodem tempore, quid in Editionibus praecedentibus

dentibus ab aliis, et quid in hac à me, praestitum fuerit, ordine exponens.

De MSS. im-  
pressisque  
codicibus  
Epistolae  
S. Barna-  
bae.  
Praef. F.  
Lud. Da-  
chery.

‘ Cum HUGO MENARDUS Monachus Congrega-  
‘ tionis S. Mauri in Gallia, in PHILASTRII Episco-  
‘ pi Brixienfis volumen manuscriptum è Corbeienfi  
‘ Monasterio aliquando incidisset; ibidem proximè  
‘ post *Epistolam* TERTULLIANI *de cibis Judaicis*,  
‘ BARNABAE nomine insignitam *Epistolam*, unà cum  
‘ JACOBI Apostoli *Epistola* deprehendit; moxque  
‘ in animum induxit, eam ut ex pulvere, et squalo-  
‘ re excuteret, appositèque Notis dilucidaret. At  
‘ quia ex CLEMENTE ALEXANDRINO, ORIGENE,  
‘ TERTULLIANO, et aliis, hac in *Epistola* BARN-  
‘ BAM, seu quemvis alium, Graecè fuisse locutum  
‘ haud dubiè didicerat; haesit non parum implica-  
‘ tús. Verùm suppetias tandem attulit doctissimus  
‘ SIRMONDUS, Societatis Jesu Presbyter: is quippe  
‘ de Apographo Graeco, quod Romae inter MSS.  
‘ et schedas R. P. THURRIANI, repererat, liben-  
‘ tissimè accommodavit MENARDO; unde autem  
‘ exscripserit THURRIANUS, res est prorsus ignota.  
‘ At verò veluti genuinam nomine BARNABAE *Epi-*  
‘ *stolam*, ab antiquis Scriptoribus laudatam atque  
‘ usurpatam, *Versio* ipsa *Latina*, manu antiquà sine  
‘ dubio ante annum nongentesimum scripta, per-  
‘ suadet; cùm ferme continuo textui Graeco re-  
‘ spondeat in omnibus.’

Hanc *Epistolam Graecam, Latinamque unà Versio-*  
*nem*, hoc modo primùm è tenebris eruit, *Notisque*  
*et Observationibus* illustravit MENARDUS: sed cùm  
ipse extinctus est antea quàm evulgaret, Opus post-  
humum in lucem emisit FR. LUCAS DACHERY,  
eiusdem Congregationis Monachus. Cùm autem  
tota illa Editio ex uno promanàrit codice; fieri aliter  
non potuit, ut observat Cl. ISAACUS VOSSIUS, quin  
*inemendatissima* prodiret. Quapropter ipse novam  
postero anno divulgavit: in qua adornandà, tribus  
usus est MSS. quorum primum ei Florentiæ suppe-  
ditavit

4to. Par.  
1645.

4to. Amst.  
1646.

# EDITORIS.

ditavit Bibliotheca Medicea; altera duo Bibliotheca Vaticana, et Theatinorum, qui Romae agunt. Intra annos triginta, hanc *Epistolam cum Vetere Versione*, novâ insuper *Interpretatione*, prolixisque Variorum *Notis* explanatam, *Patrum Apostolicorum* Editioni inseruit JOANNES BAPTISTA COTELERIUS. Post hunc, eam *Vetere* solum *Versione* Latine redditam, inter *Varia Sacra*, cum *Notis* et *Observationibus*, edidit STEPHANUS LE MOYNE: eodemque anno, unâ cum S. HERMAE *Pastore*, suis atque EDV. BERNARDI *Annotationibus* explicatam, formâ fere minimâ imprimendam curavit Cl. FELLUS, Episcopus Oxoniensis: quas, nonnullis etiam JOANNIS DAVISII *Notis* et suis auctas, Cotelерianae Editioni, à se bis recusae, adjecit JOANNES CLERICUS.

Fol. 2 Vol.  
Par. 1672.

4to. 2 Vol.  
Lugd. Bat.  
1685.  
Oxon. 1685

Antwerp.  
1698.  
Amst. 1724.

In Textu BARNABAE *Veterisque Interpretis* exhibendo, Editionem Cotelерianam ultimam secutus sum, ordine tamen rerum immutato. In illa enim, primum locum obtinet Contextus Graecus, cum COTELERII *Interpretatione*, ex adverso in paginis iisdem positâ; *Annotationibus* Graeca dilucidantibus in ora inferiore subjectis: dein seorsim sequitur *Vetus Interpres*, cum *Notis* eodem modo locatis. Ex qua dispositione multa Lectori mora inferatur necesse est: quippe cui, ad perfectam Epistolae notitiam, Contextus originalis cum *Interpretatione Vetere* est comparandus; cùm ista tamen comparatio, sine magno impedimento, è foliis distantibus rursus prorsum vertendis, nequaquam fieri potest. Quapropter in Editione nostra, non solum *Veterem Interpretem*, Graeco *Barnabae* in oppositis paginis respondentem collocavimus, sed etiam recentiorem COTELERII *Interpretationem*, cum Variorum *Annotationibus* utrumque illustrantibus, utrique subjecimus. Quarum longiores, praecipuè MENARDI, VOSSII, et COTELERII, singularem licet industriam doctrinamque, in tot legendis laudandisque Auctoribus demonstrantes, ad intelligendam tamen Epistolam,

## P R A E F A T I O

maiore aut saltem magna ex parte, non necessarias, per saepe contraximus; brevioribus Cl. FELLI Oxoniensis Editoris, BERNARDI, WAKII, DAVISII, CLERICIQUE passim interspersis.

*De codicibus manu exaratis impressisque Pastoris S. Hermae.*  
Par. 1672.

S. HERMAE *Pastorem*, variis Editionibus Latine solum prius divulgatum, multò accuratiùs, inter *Patres Apostolicos*, edidit COTELERIUS; insertis Graecis ejusdem libri locis, quae apud Patres Graecos repererat; additisque suis *Notis*, cum multis *Variis Lectionibus* trium MSS. in Bibliothecis S.

GERMANI, S. VICTORIS, CARMELITARUMQUE EXCALCEATORUM suburbii Parisiensis. Annum post duodecimum, Librum hunc, S. BARNABAE *Epistolae* adjunctum, evulgavit Cl. FELLUS, Graecis latinis quidem omisiss, antiquâ verò *Versione Latinâ* fidelius exhibitâ, duorum MSS. ope, Bodleiani ac Lambethani. *Variantes* posterioris codicis *Lectio-*

*nes*, ex nova et adcuratiore collatione emendatiores atque auctiores, margini Cotelerianae Editionis iteratae, se adlevisse; multoque plura originalis Graeci loca, postea resecta, addidisse, profitetur CLERICUS. Ad hujus Editionis fidem, Contextus, quâ Graecus, quâ Latinus, in hac nostra expressus, selectis ex illa COTELERII, FELLI, CLERICIQUE *Notis*, omnibusque MSS. codicum *Variis Lectionibus* illustratur; quibus paucae WAKII *Observationes* nunc primum adjiciuntur.

*Amst. 1724*

*D. MS. 10 impressisque codicibus Epistolarum S. Clementis Romani.*  
4to. Oxon 1633.  
4to. Helmstad. 1654.

S. CLEMENTIS Romani *Epistolas duas* ex MS. Alexandrino primus in lucem protulit PATRICIUS JUNIUS; Priorem *Latinâ Interpretatione Notisque* explicatam, alteram Graecè tantum exhibitam. Annum post vigesimum utrasque, unâ cum S. POLYCARPI *Epistola*, edidit JOACHIMUS JOHANNES MADERUS; ad *Notas JUNII* suas adjungens: quam Editionem, annis quindecim interjectis, secuta est Oxoniensis prima, minore formâ, quam Cl. JOAN. FEL-

# EDITORIS.

**FELLUS** publicavit; qui **JUNII Interpretationem** cum Oxon. 1669  
 debita erga ejus manes reverentia recensuit, suasque  
 subjunxit *Annotationes*. Triennio pòst, utraeque no-  
 vâ *Interpretatione*, et **JUNII, FELLI, COTE-**  
**LERII**que *Notis* explicatae, inter *Patrum Apostolico-* Par. 1672  
*rum Opera*, magnificiùs comparuere; simpliciùsque  
 in tribus Editionibus minore formâ, septemdecim  
 annorum spatio, alterâ nempe Oxoniensi, à **D. FEL-** Oxon. 1677  
**LO**, duabusque Londinensibus, à **PAULO COLOME-** 8vo. Lond.  
**SIO** adornatis. Quadriennio pòst, Cotelirianam Edi- 1687, &  
 tionem recudendam curavit **JOANNES CLERICUS**, 1694.  
 adjectis **PAULI COLOMESII** suisque *Notis*; nonnullis Antwerp.  
 quoque interspersis, quas orae Editionis **COTELERII**  
 suâ manu adleverat **EDUARDUS BERNARDUS**.  
**HENRICUS** demum **WOTTONUS** has *Epistolas* edi- 8vo. Cant.  
 dit, expressas ad fidem Cod. Alexandrini, cum 1718.  
 Editione **JUNII** à **MILLIO** et **GRABIO**, atque à se de  
 novo collati; Textum plurimis in locis emendans,  
 amplisque *Annotationibus* illustrans; ad calcem in-  
 super additis, cum **JUNII, COTELERII**que, tum **JO-**  
**HANNIS BOISII**, olim Canonici Eliensis, *Notis*, non  
 antea editis. *Praefationem* etiam copiosam de *Usu*  
*Patrum* praecipuè Apostolicorum, ac *Dissertationes*  
*duas*, alteram de *Divinitus instituto Clero*, de *unitate*  
*Ecclesiae* alteram, praemisit. Hujusce Editionis,  
 omnium licet accuratissimae quae **S. CLEMENTIS**  
*Epistolas* seorsim continent, in Coteliriana Editione  
 iterata, ne minimam quidem mentionem fecit **CLE-** Amst. 1724  
**RICUS**. Quod mihi mirum videbatur, et quia ex  
 Wottoniana Editione **BOISII** *Notas* in suam transtu-  
 lerat **CLERICUS**; et quia non tantùm ad singulâ in  
**BERNARDI** *Notis*, quibus *Epistolae Prioris* auctori-  
 tatem elevare est conatus, responderat **WOTTONUS**,  
 sed etiam ipsum **CLERICUM** haud immeritò castiga-  
 verat. At ob hanc ipsam fortasse causam, neque  
 Opus, neque Editor doctissimus ab eo commemo-  
 ratur; cum sit multò facilius fictâ contemptione ad-  
 versarium silentio praeterire, quàm solidis rationi-  
 bus

P R A E F A T I O

bus refutare. In hac noviffima Editione Cotelariana, praeter alia Additamenta, ad Voluminis Secundi calcem, HENRICI BURTONI, JOANNIS BOISII, et JOANNIS DAVISII *Animadverfiones* in utramque *Epiftolam* adjecit, *Notulasque* fuas adfperfit CLERICUS: unde non parum incommodi Lectori affertur, quippe cui *Epiftolae* in Primo Volumine funt legendae, *Notaeque* in Secundo perpetuò quaerendae.

Harum omnium Editionum auxilio, me *Clementem* hìc emendatiorem dilucidiorẽque exhibuiffẽ confido; multò minòre cum moleftia, majore tamen cum utilitate perlegendum. Textui enim Graeco *Prioris Epiftolae*, cum *Variantibus Lectionibus*, in pagina finiftra collocato, ex adverfo refpondet *Verfio Cotelariana*; quibus minore caractere utrinque fubjicitur *Juniana*, à Cl. FELLO recenfita, cum *Wottonianis* ab ea variationibus in margine pofitis. Infrà ordine fubjiciuntur felecta eruditiffimorum hominum antè memoratorum *Annotata*; in quorum prolixioribus, verborum ambitu contracto, fuperfluisque recifis, omnia tamen, ad Epiftolas intelligenda sneceffaria, retinentur. Haec funt, quae in Primo Volumine continentur.

De colli-  
bus MSS.  
impreffif-  
que Genui-  
narum S.  
Ignatii E-  
piftolarum  
4to. Amft.  
1646.

Ex Septem Brevioribus feu Genuinis S. IGNATII *Epiftolis*, Sex, ad Smyrnaeos fcilicet, ad Polycarpum, ad Ephesios, ad Magnefios, ad Philadelphenfes, ad Trallianos, à viro Cl. ISAACO VOSSIO, Graecè primùm, ex MS. Florentino feu Mediceo, fuere in lucem editae: qui Septimam, ad Romanos, ex vulgatis antè *Interpolatarum Epiftolarum* Editionibus, adjunxit; illarum omnium *Veterem Latinam Verfionem* apponens, quam ex duobus MSS. Arglicanis nuper eruerat, inque fua *Interpolatarum* Editione, cum *Notis* evulgaverat illuftriffimus USSERIUS ARMACHANUS. Ex quorum duabus Editionibus, has *Septem Epiftolas*, unà cum *Verfionibus Veteribus* eorundemque *Annotationibus*, in *Patrum Apoftolicorum*

4to Oxon.  
1644



rum Opera inseruit COTELERIUS; novâ verò *Inter-* Fol. 2 Vol.  
*pretatione Notisque* copiosioribus à se donatas. In- Par. 1672.  
 tra annos octodecim, *Epistolam ad Romanos*, uni-  
 cam in Mediceo codice desideratam, in S. verò IG-  
 NATII *Martyrio* in MS. Bibliothecae Colbertinae  
 insertam, *Versione Veteri* ab USSERIO publicatae  
 apprime consonam, invenit, transtulit, atque  
 evulgavit THEODORICUS RUINARTUS Presbyter è In Appen-  
 Congregatione S. Mauri: quam in *Spicilegii SS.* dice ad. 272  
*Patrum* Volumine Secundo inseruit JOANNES ER- primorum  
 NESTUS GRABUS. *Genuinas has Epistolas, Sex jux-* Martyrum  
 ta Exemplar Mediceum, *Septimamque* ad RUINAR- *sincera at-*  
 TI Editionem, denuo recensitas, unâ cum *Veteri* que *selecta,*  
*Latina* *Versione*, tum JOANNIS PEARSONI *Annotationibus,* Fol. Par.  
 tum *Scholiis Notisque* suis enucleatas, pul- 1689.  
 chrà chartâ novisque typis excusas, Oxonii edidit 8vo Oxon.  
 THOMAS SMITHUS S. T. P. Eodem loco, eodem- 1699.  
 que anno, ex Mediceo Codicis accuratissimo exem- 4to. Oxon.  
 plari, quod exscripserat D. ANTONIUS MARIA SAL- 1708.  
 VINUS, aliam minoris formae Editionem adornavit 8vo.  
 C. ALDRICHIUS; quâ Textum Graecum MS. cha-  
 racteribus, quoad potuit, imprimendum curavit,  
 eique *Veterem interpretem* oppositum collocavit.  
 In Coteleriana tandem Editione, à CLERICO iteratâ,  
 inserta est *Epistola ad Romanos* è Codice Colbertino,  
 ab ipso Latinè reddita; *Notisque* uberioribus expli-  
 cata. In hac autem Editione, prout in duabus pri-  
 oribus Cotelerianis, *Interpretatione* COTELERII in  
 iisdem paginis Graeco appositâ, *Versiones Antiquae,*  
 quas in legendo cum *Epistolis Graecis* comparari  
 oportet, ab his longo multarum paginarum inter-  
 vallo separantur.

Ut huic aliisque incommodis obviam eatur, *Epi-*  
*stolae* eodem ordine hîc sunt dispositae, quo *Graecae*  
 in Codice Mediceo, *Latinaeque* in duobus MSS.  
*Veteris Interpretis Usseriani*: licet USSERIUS, ut  
 rectissimè animadvertit PEARSONUS, has ediderit  
 ordine, quo *Graecae Interpolatae* editae sunt; un-  
 de

de non minima *Epistolae ad Polycarpum* injuria facta: quae tamen dispositio in Editionibus Cotelorianis conservatur. Contextus Graecus, ex omnium istarum Editionum collatione emendatus, unà cum *Variis Lectionibus*, in sinistris paginis imprimitur, cui in dextris *Interpres Vetus* ubique respondet; COTELERII *Versione* utrique subjecta, in omnibus Epistolis, excepta illà ad Romanos, ubi CLERICI *Interpretatio* in ejus locum substituitur; USSERII, VOSSII, COTELERII, CLERICIQUE *Notis* inferiùs positis, quibus PEARSONI SMITHIQUE *Annotationes* sunt hic primùm interfertae.

De MSS. impressis-  
que codicibus Epistolae S. Polycarpi.

In illustrum Ecclesiae Orientalium Scripturam, qui primo saeculo floruerunt, Sec. Duaci 1633. Tom. I. p. 521.

4to. Helmstadt. 1654.

In Var. Sac. Lugd. Bat. 1685. Oxon. 1708

Genuinas S. IGNATII *Epistolas* sequitur S. POLYCARPI *Epistola*, cui illarum Syllogen ipse olim subjunxerat. Hanc Latine primùm JACOBUS FABER STAPULENSIS, unà cum *Undecim Latinis Ignatianis*, Graecè primus PETRUS HALLOIXIUS S. J. edidit, ex JACOBI SIRMONDI exemplari, quod ille ex FR. TURRIANI apographo descripserat. Annum post decimum, USSERIUS Armachanus, aliud nactus exemplar, quod ex ANDREAE SCHOTTI apographo suâ manu descriptum ISAACO VOSSIO communicaverat SALMASIUS, ex hoc cum altero à se collato, *Interpolatis IGNATII Epistolis Polycarpianam* cum *Vetere Interprete* praefixit, *Annotationibus* suis *Notulisque Criticis* PATRICII JUNII illustratam. Post JOACH. JOH. MADERUM, qui hanc *Epistolam* S. CLEMENTIS Romani *Epistolis* subjunctam edidit; eam *novâ Interpretatione* donavit, *Antiquâ* nihilominus adjecta, explicatamque JUNII, USSERII, suisque ANNOTATIONIBUS, inter *Patres Apostolicos* exhibuit COTELERIIUS. Dein eandem, cum sola *Versione Antiqua*, *Notisque et Observationibus*, edidit LE MOYNE; absque *Notis*, *Genuinis Ignatianis* praemisit C. ALDRICHIUS; cum *Scholiis et Annotationibus*, adjunxit THOMAS SMITHUS: quae, in ultima Coteloriana à CLERICO praetermissa, cum *Notis* ibidem insertis in hac nostra inveniuntur. Post

Post *Epistolam Polycarpianam*, Lectori sese offert *Martyrium S. IGNATII*: cujus *Veterem Versionem* ex duobus MSS. Caiensi et Cottoniano, cum *Notis* primùm *USSERIUS*, deinde *COTELERIUS* edidit. Ipsamet autem hujus *Martyrii Aëta Genuina*, è Cod. MS. Graeco Bibliothecae Colbertinae num. 460. in lucem emisit *THEODORICUS RUINARTUS*, *Antiquae Versioni*, quam in *Aëtis primorum Martyrum, &c.* vulgaverat, *novam* à se elucubratam in *Appendice* adjiciens. Haec *sincera Aëta*, ex eodem Codice ad literam fere expressa, unà cum *Versione Vetere* è Cod. Caiensi, *Ignatianis Epistolis* subjunxit *D. SMITHUS*. In *Coteleriana* demum Editione iterum recusa, hoc Opusculum, ut ipse profitetur, diligenter recensuit *CLERICUS*; mendis Librariorum, quatenus licuit, purgavit; *RUINARTI Versionem* refinxit, aut planè novam fecit, *Notisque* uberioribus illustravit. Adjumentis horum conjunctis, multò locupletius, emendatius, ac dilucidius prodit rursus hoc *Martyrium*: nempe cum *D. THO. SMITHI Praefatione* sibi praefixa, *Versione Antiqua* Graecis oppositè collocata, *CLERICI*que *Interpretatione* utrinque subjecta: quarum *Versionum* priori *Variantes* Codd. Caiensis ac Cottoniani *Lectiones* notatu digniores, posteriori praecipuae in *RUINARTI Interpretatione* variationes, in margine apponuntur; omnibusque *USSERII*, *COTELERII*, *SMITHI*, *CLERICI*que *Annotationes* subjunguntur; adjunctà denique *CL. PEARSONI Dissertatione de anno quo S. IGNATIUS ad bestias erat condemnatus*,

De Codicibus MSS. ac impressis Martyrii S. Ignatii.

*Martyrii S. POLYCARPI* maximam partem confer-  
vavit *EUSEBIUS* in *Hist. Eccles. Lib. iv. Cap. 15.* in-  
tegrum autem *USSERIUS* Armachianus è *Menologio*  
*Graeco MS. n.* in *Archivis Baroccianis Bibliothecae*  
*Bodleianae Oxon.* reposito, sub hoc titulo, *Μαρτύριον*  
*τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου ἐπισκόπου Σμύρνης τῆς Ἀσίας πρὸ*  
*ἑπτὰ καλαίων Φεβρουαρίου*, edidit. Aliud exemplar,  
huic

De MSS. Codicibus impressisque Martyrii S. Polycarpi.

huic par et geminum, extat in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi, in Menologio Graeco mensis Februarii. *Antiquam Latinam Versionem*, aut potius *Paraphrasin*, ex Codicibus Cottoniano et Sarisberienfi, addidit USSERIUS, quam in *Patribus Apostolicis* COTELERIUS omisit, in illius locum novam à se elaboratam substituens, quam solam in sequentibus Editionibus retinuit CLERICUS. *Antiquam* verò, quamvis passim mendosam, ineptam, et corruptam, ob antiquitatem tamen, fructumque inde colligendum, retinendam ducens D. SMITHUS, eam solam, cum *Variantibus* Colbertini Codicis *Lectionibus*, Graeco adjunctam evulgavit. Utraeque in nostra Editione exhibere visum est: priorem, Textui Graeco, *Variisque* in Eusebio et in MS. Barocciano *Lectionibus* oppositam; posteriorem, utrinque subjectam, cum selectis JUNII, USSERII, COTELERII, SMITHIQUE *Notis* infra locatis. Haec Opuscula, *Tertiam* hujus Editionis *Partem* occupantia, *Genuinorum* numerum complent; quibus singulis, tam in hac, quàm in *Prima Secundaque Parte*, *Veterum Testimonia*, *Recentiorumque Judicia* praemittuntur.

*De Codicibus MSS. atque impressis Interpolatarum S. Ignatii Epistolarum. Diling. 1557. Tigur. 1559. Gen. 1623.*

Post *Quindecim* IGNATII *Epistolas*, Latinè diversis temporibus publicatas, *Duodecim* Graecè, ex Augustano Codice primùm VALENTINUS PACAEUS, dein è Nydprucciano, JOAN. BRUNNERO Interprete, ANDREAS GESNERUS edidit. Plus annis sexaginta tribus vertentibus, novam Editionem adornavit NICOLAUS VEDELIUS, quâ, *Tribus Latinis* omnino rejectis, *Genuinas* tantùm agnoscit *Septem* illas ab EUSEBIO memoratas, in quas non pauca irrepisissent stellationum vestigia testatur; reliquas verò *Quinque*, aut perperam inscriptas, aut planè supposititias esse statuit. Huc usque Editio una Graeca, licet ex duobus MSS. exemplaribus, et una etiam Interpretatio Latina Vetus, illi satis aptè respondens, aut ab aliis ad Graecos illos Codicem reformata, existit: donec

donec † *Sex è Septem Epistolis* ab EUSEBIO memoratis, unâ cum *Vetere Vulgata Interpretatione*, S. POLYCARPI *ad Philippenses Literis* subjectas, ita excudendas curavit USSERIUS Armachanus, ut minio in Textu Graeco lacinae illae signarentur, quas à recentiori Interpolatore assutas fuisse, *Veteris Latini Interpretis*, tunc primum ex \* duobus codicibus MSS. in Anglia repertis, ab ipso editi, indicio deprehenderat. In quas omnes, *Polycarpianae Epistolarum Ignatianarum Sylloges* titulo ornatas, adjunguntur *Annotationes*, quibus Graecorum exemplarium, et inter se, et cum utraque *Vetere Latina Interpretatione*, comparatio continetur. His *Sex Epistolis* adjecit † *Sex* alias, B. IGNATIO *adscriptas*, cum *Vetere* itidem *Vulgata Versione*; quibus praemisit MARIAE *Profelytae ad Ignatium Epistolam*, ex MSS. Latinis tunc primum editam; subjunxitque § *Tres* alias, à recentioribus Latinis additas, unâ cum B. MARIAE nomine *ad Ignatium edita Epistola*, *Ignatiique Elogio* HERONIS titulum praeferente. Biennio post, *Epistolis Genuinis*, *Epistolam ad Polycarpum*, juxta exemplar Medicum, inseruit ISAACUS VOSSIUS; iisque addidit MARIAE *Profelytae Epistolam*, Graecè tunc primum excusam, unâ cum *Quinque* IGNATIO *adscriptis*: quarum *Tres*, sc. MARIAE *ad Ignatium*, IGNATII *ad Mariam*, et *ad Tarsenses* maximam partem in Codice Mediceo comparent. Omnibus hisce, exceptâ unicâ *ad Philippenses*, cui *Vetus Vulgata Interpretatio* oppositè collocatur, *Veterem Versionem* ab USSERIO repertam adjunxit: in hujus nempe duobus MSS. haec Epistola tam Latinè desideratur, quàm Graecè in Codice Mediceo. Unde VOSSIUS non dubitat, quin easdem planè Epistolas continuerint, et Codex iste, quo *Vetus Interpretis* usus est, et Florentinus. Post has inseruit quoque *Tres Latinas* paulò antè memoratas; quas sequuntur *Sex Epistolae Interpolatae*, *Vetere Vulgata Versione* Latinè redditae. Ex Editionibus Usseriana Vos-

† *Ad Ephesios*, ad *Maguesanos*, ad *Trallicanos*, ad *Romanos*, ad *Philadelphinos*. ad *Smyrnaeos*. 4to. Oxon. 1644.  
\* *Cairnsi*, et *D. Montacutti* Norwic. *Epistolorum prior ab hinc quingentos annos scriptus*.  
‡ *Ad Mariam Cessobeltam*, ad *Polycarpum*, ad *Tarsenses*, ad *Antiochenos*, ad *Heronem*, ad *Philippenses*.  
§ *Ad S. Johannem* Ap. ii. *Ad Beatisimam Virginem* i. 4to. Amst. 1646.

fianaque omnia in suam transtulit COTELERIUS; quibus Varias aliorum MSS. *Lectiones*, novam *Interpretationem*; *Notasque* copiosas, adjecit. Hanc quidem *Interpretationem*, in eisdem paginis cum *Epistola Graeca*, legendam collocavit; *Veterem* autem *Vulgatam* ab ipsa longè remotam seposuit, non sine labore nimio consulendam: quem tamen Lectori in posteris Editionibus nulla ex parte CLERICUS levavit.

*Breviores* seu *Genuinas* tantùm S. IGNATII *Epistolas* primùm erat mihi in animo hac novâ Editione exhibere. Cùm autem mecum sedulò agitâsem mirandam JOANNIS MORINI sententiam, quòd *antiqua Ignatianarum Epistolarum Editio genuinum textum nobis exhibet, nova verò mancum et interpolatum*, quam, non multis abhinc annis tam vehementer amplexus est GULIELMUS WHISTONUS; mutato consilio, *Brevioribus Prolioxiores* quoque *Epistolas*, in *Quarta* hujus Editionis Parte adjungere decrevi. In quibus excudendis, ad hoc maximam curam adhibendam putabam, ut accurata utrarumque comparatio faciliùs institueretur; quâ solâ opus esse ad veras à falsis discernendas existimavi. Quocirca, ne, ad *Epistolas Breviores* frequentissimè recurrendo, Lectori taedium adduceretur, quæ verba aut sententiae in *Prolioxioribus* inserta, in *Brevioribus* non parent, uncis includuntur; et quae, in his comparantia, in illis sunt ommissa, minore charactere denotata, cum literis praefixis omissionis locum indicantibus, inferiùs exhibentur. *Variantes* \* Graecorum codicum *Lectiones*, ex USSERII *Notis*, COTELERIIQUE et WHISTONI Editionibus collectae, in margine ad Textum Graecum apponuntur: cui exadversum collocatur *Vetus Vulgatus Interpres*, cum *Variis* || quatuor Latinorum Codicum *Lectionibus*, notatù dignioribus, ex *Notis Usserianis* itidem selectis: quibus COTELERII *Interpretatio*; ejusdemque et USSERII *Annotationes* subjiciuntur. Hisce omnibus, tam variis et diversis, sub uno aspectu positis, *Breviores*

\* *Augusta ni, Nydprucciani, Thuanici, Bodleioniq;* olim *Leicestrensis*.  
|| *Balio- lensis, Magdalenensis, Mertonensis, et Pe- taviani.*

*Epistolae cum Prælixioribus, Latinaeque Interpretationes* cum utrisque; facillimè comparari possunt.

— Sed quoniam de scripto aliquo, semel tantùm pericèto, haud aequa ferri potest sententia; ad eamque ferendam is certè paratior instructiorque veniet, qui *Minores Epistolas*, in quas *Notae* sunt uberiorès, unà cum *Majoribus*, diligenter expenderit; harum dispositionem, in Editionibus plerisque conservatam, immutandam, atque ad illarum ordinem conformandam arbitrabor. Unde sine molestia, sine mora et impedimento, manum atque aciem ab utrisque abductas, alternè ad utrasque admoveere atque intendere licebit. — *Epistolas Interpolatas* sequuntur

*Quinque Supposititiae*, B. IGNATIO adscriptae; quibus praemittitur *MARIAE Profelytae Epistola*.

Praeter *Interpretationem Cotelèrianam* omnibus subjectam, *Quinque* adjunctum habent *Veterem Interpretem Ussèrianum*; ultima autem, *ad Philippenses*,

*Veterem Vulgatum*: cujus etiam Interpretis *Versio* alterarum *Quatuor* proximè hanc *Epistolam* accessit. Ut perfectam denique, expletamque omnibus

uis numeris, hanc *Ignatianarum Epistolarum Syllogen* absolverem; *Tres* alias etiam *Adulterinas Latinas*, S. IGNATIO, unamque *Responsoriam*, B. VIRGINI, adscriptas, adjiciendas curavi; quarum agmen claudit S. IGNATII *Elogium Heroni attributum*.

*Ad Mariam, ad Iosenses, ad Antiochenos, ad Heronem, ad Philippenses.*

*z ad S. Johannem. 1 ad S. Mariam.*

Haec spinosiora quidem, ad hosce tamen Codices MSS. librosque impressos internoscendos necessaria, in obscuris *Praefationum Prolegomenon*que anfractibus dispersa, confusa, atque involuta, hic diligenter collecta, atque in ordinem adducta, quâ potui brevitate ac perspicuitate explicavi. In quibus, ipsa Editorum verba, si plana essent atque aperta, licet fortasse minùs pura et Latina, subinde usurpavi. Et quoniam de diversis Scriptis, in eisdem Editionibus unà insertis, singillatim dicenti, eisdem fere vocabulis saepius utendum fuit; vereor, ne ii fati-

entur,

## P R A E F A T I O

entur, qui legunt, fastidio similitudinis, ejusdemque rei reiterationem aspernentur. De Operibus igitur ipsis, eorumve Auctoribus, nihil hic adjiciam; cum, in *Veterum Testimoniis ac Recentiorum Judiciis*, tam multa de utrisque, ex variis Scriptoribus excerpta, jam fuerint accumulata. Hanc autem veniam tantummodo petam, ut quae sunt hujusce Editionis propria, vel in nulla prorsus alia, vel saltem non in Cotelieriana, breviter simpliciterque enumerem.

In Vol. I. *Concio de Primævorum Patrum auctoritate.*

J. E. GRABII *Praefatio de S. CLEMENTIS Romani Scriptis: PATRICII JUNII Interpretatio Epistolae ad Corinthios Prioris,*  
à Cl. D. FELLO *reconftata.*

WAKII, GRABII, MILLII, WOTTONIQUE *Annotationes.*

In Vol. II. S. J. CHRYSOSTOMI in S. IGNATIUM *Homilia.*  
*Recentiorum Judicia de S. IGNATII Epistolis.*

THO. SMITHI *Praefatio in Acta Martyrii S. IGNATII.*

PEARSONI *Dissertatio de anno quo IGNATIUS erat condemnatus.*  
*Versio Antiqua Epistolae Circularis de S. POLYCARPI Martyrio.*  
PEARSONI SMITHIQUE *Annotationes.*

Nunc extremâ Praefatione, reliquum est, ut omnibus me<sup>is</sup> Studiosis, qui ad hanc Editionem divulgandam operam beneficam contulerint, maximas, quas habeo, quasque me habiturum profiteor, gratias agam. Primùm, viris mihi amicissimis, qui pecuniis, non modò tempestivè subscriptis, sed etiam ab alijs, quibus hunc librum commendaverant, collectis, praelo eum subjiciendi facultatem mihi sunt largiti. Deinde illis, qui rariora aliqua exemplaria mihi suppeditarunt; maximèque RICHARDO RAWLINSONO LL. D. qui quorundam rarissimorum cum MSS. collatorum, mihi diuturnum usum indulgebat. Postremò iis, qui me ad incoeptum opus absolvendum, hortatu incitaverunt, comprobatione animarunt, consilioque adjuverunt: praecipuè Reverendo doctissimoque viro, JOANNI BEAR, S. T. B. Ecclesiae Shermanbuiensis in Dioecesi Cicestrensi Rectore; Clerique Archidiaconatus Lewensis, in Synodo Provinciali Cantuariensi, Procuratore: qui, *Concionem de Primævorum Patrum auctoritate, ad Academiam Oxoniensem pro gradu olim habitam, mihi benignissimè impertivit, Scriptisque illorum Genuinis, quasi Prooemium aptissimum, praefigendam permisit.*

*Londini, Die Fesfo*

S. BARNABAE 1746.

R. R.



---

Alterius ad TIMOTHEUM *Epistola* Capite secundo, Commate secundo, sic scriptum legitur :

Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι.

*Et quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.*

**I** NTER omnia, quæ in utrâque ad TIMOTHEUM *Epistola* continentur, documenta, nihil hoc solenni mandato occurrit, aut illustrius, aut nostrâ observatione dignius: quippe per illud religionis Christianæ veritati et firmamento, Ecclesiæque primitivæ salutis et dignitati, abundè est consultum. Cùm enim Ecclesiæ salus, magna ex parte, à Summi Sacerdotis dignitate pendeat; cùm rei Christianæ plurimùm interfit, ut, qui Ecclesiæ præsent, egregiis moribus et dotibus instruantur; optimè cavit Apóstolus, ut viri dignissimi promoverentur, TIMOTHEUM Ecclesiæ Ephesinæ Episcopum, sedulò edocens, et in hunc modum compellans, *Et quæ audivisti à me, &c.*

Per illa, quæ ab Apostolo TIMOTHEUS *audiverat*, intelligimus, tum doctrinas Evangelicas, quæ ad fidem, aut mores; tum regulas, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam spectant: quasque olim TIMOTHEO, Ecclesiæ Ephesinæ præposito, ore tenus seu vivâ voce, S. PAULUS tradiderat: intelligimus *formam illam sanctorum* 2 Tim. i. *verborum*, Capite præcedente memoratam, TIMOTHEO traditam; nec furtim, aut clanculum, sed palam, et coram multis traditam. — Per *fideles homines*, quorum meminit, et quibus *commendari* suas doctrinas voluit Apóstolus, præcipuè intelligendi

sunt Ecclesiæ Christianæ Rectores, seu Episcopi: quorum erat, Fidem tueri, factam tectam conservare, integramque et illibatam suis successoribus (quemadmodum S. PAULUS TIMOTHEO) concedere: quorum erat, *docere, arguere, increpare*; aliosque non tantùm in Sacrum Ministerium eligere, sed et Ecclesiæ regimini, et saluti, ne quid detrimenti caperet, prospicere.

Decrevit igitur Auctoritas Apostolica, ut eis tantùm ad Ecclesiæ præfecturam pateret aditus, qui summâ integritate, et perfectâ rei Christianæ scientiâ, alios antecederent. Quapropter TIMOTHEO mandatur, *que audiverat*, non ut omnibus, aut quibusvis, sed certo cuidam hominum ordini, omnique virtutum genere instructissimo, committeret.

Ex Apostoli verbis, hucusque explicatis, constat

1. Primò magnum et manifestum esse, inter Doctores et docendos, inter Clerum et Plebem Christianam, discrimen. Peculiaris cujusdam ordinis, ad Ecclesiam docendam et regendam, designatio, istum ordinem ab aliis distinguit; aliosque omnes, ab omni negotio isti ordini proprio, penitus excludit.

2. Potestatem Ecclesiasticam à Civili esse discretam, et à JESU CHRISTO ad Apostolos, ab Apostolis ad Episcopos, eorum successores, deductam. Quæ acceperat à CHRISTO PAULUS, ea tradit TIMOTHEO; TIMOTHEI successoribus deinde commendanda: nullâ de auctoritate Magistratûs Civilis, nullâ de jure Plebis mentione factâ. Constat

3. Quales Ecclesiæ Rectores esse debent: viri nimirum ob exploratam probitatem, consummatamque prudentiam, et accuratam rei Christianæ notitiam, longè latèque conspicui. *Hæc commenda fidelibus hominibus.* — 1. Primò *fideles*, hoc est, probos, integros, et constantes, requirit Apostolus; ne scandalo aut fraudi sit locus. — 2. Perquam aptos

ac idoneos et alios docere, hoc est, prudentes, et religionis Christianæ apprimè intelligentes; ne quid detrimenti Plebi Christianæ, ex Ductorum ignorantia, accidat; ne quam gravi errori ansam præbeat docentium imperitia.

His præmissis, nihil potius in sequente Differtatione faciendum duxi, quàm ut

I. Primò ostenderem, Ecclesiæ primævæ Clero, et præsertim Rectoribus, apostolicam hanc, quam Textus continet, descriptionem optimè congruere.

II. Deinde, ut exponerem, quanti sit momenti hæc observatio.

I. Primò ut appareat, Ecclesiæ primævæ Rectoribus hanc Apostolicam descriptionem, TIMOTHEO traditam, optimè congruere; probandum est, primos Ecclesiæ Rectores, iis dotibus ornatos, iis facultatibus instructos fuisse, quarum meminit, et quas in illis, qui Ecclesiæ præsint, requirit Apostolus. — Ut igitur persuasum habeamus, Ecclesiæ Christianæ per prima secula Rectores fuisse viros summâ integritate, et plenâ rei Christianæ scientiâ, penitus imbutos; quæ sequuntur, nos inducere possint argumenta.

1. Apostolorum, Spiritu Sancto plenorum, summa cura, et exquisitissimum, in eligendis et constituendis Ecclesiæ Rectoribus, iudicium.

2. Eorum, qui Apostolos excipiebant, et quos illi ipsi Ecclesiæ præficiabant, dignitas.

3. Modus, quem in eligendis, et ordinandis Episcopis, primitiva Ecclesia diligentissimè observavit.

4. Peculiares quædam primævæ Ecclesiæ circumstantiæ, quæ ad præstantissimos evehendos plurimum contulerunt.

I. Quantam Apostoli curam adhibuerint, quàm gravi et maturo iudicio, in eligendis et constituendis Ecclesiæ Ministris, usi sint; et quàm diligenter ido-

neis designandis et promovendis invigilaverit Spiritus Sanctus, è Sacris Literis, et antiquorum Scriptorum testimoniis, manifestum est.

Ad Diaconatus officium exsequendum, exigunt  
 Aët. vi. 3 Apostoli viros testimonio ornatos, et Spiritu Sancto, et  
 ————— 6. sapientiâ plenos. Tales electos solenni more DEO  
 Aët. xix 23. commendant, et in Diaconatus ordinem constituunt. — Eodem planè modo Presbyteros LYSTRIS, LYONII, et ANTIOCHIÆ, constituunt PAULUS et BARNABAS, ex iis, quos illo munere dignos invenerant.

Quales verò Rectores ipsi Apostoli Ecclesiis præfecerint, quales deinceps præponi voluerint, *Epistola* ad TIMOTHEUM et TITUM datæ luculenter evincunt. Episcopale munus, secundum leges in hisce *Epistolis* positas, iis solummodò demandatur, qui sunt populi consensu et testimonio muniti, rei que Christianæ scientiâ, et illibatâ probitatè insignes. Monentur Episcopi, ne cuiquam temere manus imponant, ac ne ad sacram functionem quemquam indignum aut ignotum admittant.

Eundem successioneis modum, eandem ordinationis formam, ut in defunctorum locum viri probati succederent, Apostolos, futurorum præscientiâ præditos, successoribus suis tradidisse, certiores nos facit \* S. CLEMENS ROMANUS, vir Apostolicus, testis omni suspitione major, omnique fide dignissimus. Apostolorum, in eligendis et constituendis Ecclesiæ Rectoribus, curam et iudicium abundè confirmat et commendat Spiritus Sancti, qui falli nequit, vigilantia. Ipsum enim Apostolis in Episcopis eligendis affuisse, et viros idoneos indicâsse, sine summa impudentiâ negari non potest.

Aët. xiii 2. Ex *Apostolorum Actis* scimus, PAULUM et BARNABAM Spiritum Sanctum elegisse, separâsse, et ad

\* Δια ταύτην οὖν αἰτίαν πρόγνωτιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους καὶ μεταξύ ἐπινοήν διδάκατιν, ὅπως εἰς κοιμηθῶσιν. διαδείξαντας ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἀγῶρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Epist. ad Cor. Cap. xlv.

opus Evangelicum misisse. Scimus etiam, Ecclesijs Asiaticis Episcopos à Spiritu Sancto præpositos. Legimus, TIMOTHEUM ad Episcopale munus \* secundum prophetias præcedentes electum, et per prophetiam admissum. — A † CLEMENTE ROMANO, Apostolorum successore, discimus, Apostolos, per regiones et urbes verbum prædicantes, primitias eorum, Spiritu probantes, Episcopos et Diaconos eorum qui credituri erant, constituisse. Et § CLEMENS ALEXANDRINUS testatur, S. JOANNEM Apostolum, post reditum à Patmo, Asiam peragrantem, partim ut Episcopos constitueret, partim ut Ecclesias formaret, eos solummodo in Clerum, quos designaverat Spiritus, cooptasse.

Aët. xx.  
28.  
1 Tim. i.  
18.  
—iv. 14.

2. Eorum qui Apostolos excipiebant, et quos illi ipsi Ecclesiæ præficiabant, dignitas, nos de Rectorum primævæ Ecclesiæ cum peritia, tum probitate, securos præstat.

Quæ à CHRISTO dum in terris ageret, quæ ab afflatu Spiritûs Sancti post CHRISTI ascensionem, acceperant, ea Apostolos successoribus suis impertivisse, nemo nisi inverecundus inficias iverit: rei igitur Christianæ fuere scientissimi. Morès autem et ingenium eorum, quos promovebant Apostoli, examen divinitus inspiratum fugisse, omnem fidem superat: fuerunt igitur viri integerrimi. — Tales fuere TIMOTHEUS, Ephesinus, et TITUS, Cretensis Episcopus, S. PAULI discipuli, comitesque in Evangelio.

\* Consulendi in locum Chrysostomus et Theodoretus.

† Κατὰ χώρας οὐν καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καθίσταναι τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν ἐκτιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Epist. ad Cor. Cap. xlii.

§ Ἀπὸ τῆς Πάτμου τῆς Ἰησοῦ μετῆλθεν ἐπὶ τὴν Ἐφεσον, ἀπῆρει παρακαλούμενος καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἔθνῶν, ὅπου μὲν ἐπισκόπους καταστήσαν, ὅπου δὲ ὅλας ἐκκλησίας ἀρμόσαν, ὅπου δὲ κληρῶ ἕνα γε τινα κληρώσαν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σηματομεύων. Tract. cui titulus Τὴς ὁ σωζόμενος πλούσιος. Ed. Oxon. 1715: p. 959. Vide etiam Euseb. Hist. Eccles. Lib. iii Cap. 23. et Vales. Annot.

propagando conjunctissimi. — Talis S. IGNATIUS, \*Apostolorum discipulus, eorumque judicio ad eò probatus, ut Antiocheni, omnium quæ apud Gentes erant Ecclesiarum antiquissimæ, et propter † summam urbis in seculo famam et amplitudinem nobilissimæ, præponi meruerit. — Talis POLYCARPUS, § S. JOANNIS Apostoli discipulus, et ab ipso Smyrnæ Episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps. — Tales denique in Ecclesia Præfectos ubique ordinasse Apostolos, || par est ut credamus.

Hæc verò Apostolorum successores, quibus eorum mens, sacri ordinis dignitas, et Ecclesiæ salus fuerunt perspectæ, maximam in præficiendis Ecclesiæ Rectoribus cautionem adhibuisse, ad eò constat, ut apud æquos rerum æstimatores in dubium venire non possit. Apostolorum enim discipulos et successores doctrinam à purissimis Christianismi fontibus hauritam, viris integris, et ad docendum aptis et idoneis commendasse, necesse est, ut aut nobis persuadeamus; aut concedamus, eos mandati Apostolici sui que officii prorsus immemores fuisse, et de re Christiana parum sollicitos: quod ab omni verisimilitudine abhorret; et primævæ historiæ ac pietati omnino repugnat. — Ex his, quæ dicta sunt, non tantum liquet, Apostolorum successores fuisse egregiis dotibus instructos, et in omni virtutum genere primas tenuisse, sed et simillimæ successioni propagandæ seriam et summam operam dedisse.

Illos verò, qui Apostolorum successores excipiebant, viros præstantissimos Ecclesiæ præfecisse, ulterius evincet

\* Consule Chrysostrum de Ignatio.

† Hinc seipsum vocat τὸν ἐπίσκοπον Συρίας καὶ ποιμένα. Epist. ad Rom. §. ii. & ix. Vide Annot Pearsoni & Smitii in loc.

§ Vide Martyrium S. Ignatii. §. iii.

|| Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant [Apostoli] esse, quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes. Irenæus, Lib. iii. p. 201. Edit. Oxon. 1702.

3. Modus, quem, in eligendis et ordinandis Episcopis, primæva Ecclesia diligentissimè observavit. — Ex antiqua enim disciplina patet, in Episcopis ordinandis, tum Episcopos, tum Plebem partes suas habuisse. Ad Episcopos jus examinis, electionis, et ordinationis pertinebat: ad Plebem, jus idoneos proponendi, testandi, ac comprobandi.

Antiquissima, quæ apud S. \* CLEMENTEM ROMANUM occurrunt, ordinationis vestigia, Episcopis κατάστασιν, Plebi συνευδόκησιν ascribunt. Ordinatio igitur Episcopalis in Ecclesia primæva in hunc modum celebrari solebat. — † Sede vacante, ad Plebem, cui Præpositus erat ordinandus, ejusdem Provinciæ Episcopi omnes, vel saltem proximi, conveniebant: populumque convocatum, de viri ordinandi moribus et meritis, consulebant; justoque examine habito, virum in sacris rebus peritum, et populi consensu testimonioque munitum, eligebant et consecrabant. Hoc pacto optimè cautum erat, ne quis ignarus, ne quis parum sanctus, ne quis ullo modo indignus, in sacratissimum et maximi in Ecclesia momenti munus irreperet. — De recta et catholica ordinandorum fide atque eruditione judicabant Episcopi; de illorum probitate, gravitate, ac prudentia Plebs Christiana, DEI gloriæ Ecclesiæque commodo unicè intenta, liberum, ingenuum et fidele perhibebant testimonium.

Hanc ordinandi rationem Ecclesiæ feliciter cessisse, et conjunctis hisce, tum Cleri, tum Plebis, studiis, integros et idoneos ad Ecclesiæ regimen fuisse evectos, fidem faciunt optimi et testes, et judices. — TERTUL-

\* Τους οὖν καταστάβοντας ὑπ' ἐκείνων [scil. Ἀποστόλων] ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἰλλογίμων ἀνθρώπων, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης, κ. τ. λ. Epiist. ad Cor. Cap. xiv. Consulte Felli Annotata in locum.

† Cypriani Epist. 67. Vide Conc. Nicen. Can. 4. et Annot. Cl. Beveregii.

LIANUS, censor acerrimus, et testis si quis alius incorruptus, de sui seculi Episcopis, in illa, quam pro Christianis et re Christiana edidit, *Oratione Apologetica*, hunc in modum testatur. *Præsident apud nos probati seniores, honorem istum, non pretio, sed testimonio, adepti.* — S. CYPRIANUS, TERTULLIANI discipulus, et Africae Episcopus primarius, vir summo iudicio, et pari integritate, palam profitetur, sui seculi Episcopos, *plebe præsente, et sub omnium oculis, delectos, dignosque et idoneos ad id muneris publico iudicio et testimonio promotos.* — EX ORIGENE, viro sanctissimo et eruditissimo, discimus; ideo in ordinando Sacerdote requiri præsentiam populi, ut omnes sciant, certique sint, doctiores, et sanctiores, atque omni virtute eminentiores, ad Sacerdotium electos. Et \* alibi fidenter asserit, eos, qui sui temporis Ecclesiae præerant, viros fuisse *non ambitiosos*, et temere se in functiones arduas ingerentes; sed modestos, sed *potentes sermone, et vitâ sanâ utentes.* — Testimonia hæc, omni fide digna, plenius illustrent et confirmant † SEVERI, Imperatoris Romani, praxis et iudicium: accuratam enim primævæ Ecclesiae, in eligendis et ordinandis Episcopis, et Sacerdotibus, rationem non tantum magnopere probavit, sed et imitari voluit, in constituendis provinciarum Rectoribus et præpositis; quibus fortunæ hominum et capita committerentur.

4. Peculiares quædam primævæ Ecclesiae circumstantiæ ad præstantissimos evehendos plurimum

\* Ἡμεῖς δὲ ἐν ἐκάστη πόλει ἄλλο σύστημα πατριδος κτισθὲν λόγῳ Θεοῦ ἐπιστάμενοι, τοὺς δυνατοὺς λόγῳ καὶ βίῳ ὑγίει χρωμέτους ἀρχειν, ἐπὶ τὸ ἀρχειν ἐκκλησιῶν παρακαλοῦμεν. οὐκ ἀποδεχόμενοι μὲν τοὺς φιλάρχους, βιαζόμενοι δὲ τοὺς διὰ τὴν πολλὴν μετρίότητα τὴν κοινὴν φροντίδα τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ μὴ βουλομένους προπτεῶς ἀναδέξασθαι. Orig. contra Celsum, Lib. vi. p. 428. Edit. Cantab. 1677. De hisce vertendis consulendæ Pearsoni Vindiciæ Ignat. Part I. Cap. 11. ubi merito vapulat Salmalius.

† Lampridius in Vita Alex. Severi: Hist. Aug. Script. Ed. Par. p. 130. Vide Notas Casauboni in locum.



contulerunt. Inter has circumstantias numeramus — *Primò*, Singularia quædam Christianæ scientiæ adjumenta, quibus primævæ Ecclesiæ Rectores fruebantur. — *Secundò*, Statum Ecclesiæ, crebris et violentis persecutionibus agitata.

*Primò*, Singularia Christianæ Scientiæ adjumenta, quibus primævæ Ecclesiæ Rectores fruebantur, ex iis quæ sequuntur manifestè apparent. — 1. Fuerunt ævo Apostolico proximi. — 2. Spiritu Sancto cumulata instructi et illuminati. — 3. Ad Ecclesias Apostolicas *matrices et originales*, quæ sacrum Fidei depositum adservabant, ad ipsas Litteras Apostolorum authenticas, pro re nata, provocare et recurrere potuerunt.

1. Primitivæ Ecclesiæ Præsules fuerunt ævo Apostolico proximi: et quò proximiores, eò instructiores, paratioresque ad alios docendos evasere. Hoc pacto, illius ævi linguam, mores, ritus, doctrinam, et disciplinam, optimè callebant. Hoc pacto, obscuriora et difficiliora Sacræ Scripturæ loca, iis facillimè patuerunt; utpote qui aut ab Apostolis, aut ab Apostolorum discipulis, auditoribus, et successoribus, explicationem expositionemque acceperant. Divina regiminis Ecclesiastici forma, à qua aberrare semper erat, semperque erit piaculum, illis fuit notissima. Ecclesia Christiana, casta adhuc, pudica, et incorrupta, ab ipsis Apostolis divinitus inspiratis recens constituta, eorum oculis observabatur. — De sana igitur et de hæretica doctrina, de Ecclesiæ unitate, deque Schismatis natura, rectissimè sentiebant.

Hiscæ adjumentis accedere

2. Spiritus Sancti subsidia, qui primævæ Ecclesiæ Præsides cumulata instruxit et illuminavit. — Ut enim constat, *Spiritum Sanctum* Apostolos *in omnem* Joan. xvi. *veritatem deduxisse*, ita etiam æquè constat, illorum <sup>13.</sup> successores, cum Episcopatus successione, veritatis

Irenæi Lib. iv. C. 43. P. 343. Edit. Ox. 1702. charisma, atque extraordinaria Spiritûs dona, accepisse. Primitivæ Ecclesiæ commodo et existimationi ita prospexit Spiritus Sanctus, ut iis virtutibus Antistites imbueret, quæ officio et pares efficerent et dignos ostenderent. Nativis dotibus minimè contemnendis accesserunt, quæ naturam superabant, dona; quæque virum Dei consummatum, et ad omne bonum opus, ad omnem sacri muneris partem, ritè et cum dignitate obeundam, instructum reddiderunt.

3. Ad Ecclesias Apostolicas *matrices et originales*, quæ Fidei sacrum depositum adservabant, ad ipsas Apostolorum Litteras authenticas, primævæ Ecclesiæ Præsules provocare et recurrere potuerunt. — \* Existitissè Scripta Apostolorum authentica, seculo secundo exeunte, è TERTULLIANI testimoniis compertum habemus. Archetypha hæc ultra TERTULLIANI ætatem in Ecclesia durasse, verisimillimum videtur. Ad hosce codices, Apostolorum manu exaratos, vel saltem obsignatos, Primævi Episcopi exemplaria sua corrigebant; ad hosce codices provocando, dubia et controversa dirimebant: atque hoc pacto Novi Instrumenti tum Textum, tum Canonem, exploratè perspectum, planèque cognitum habebant.

Irenæi Lib. iii. C. 3. 4. Tertull. C. 36. Præterea, Ecclesiis à se fundatis (quæ eâ de causâ *Apostolicæ, matrices, et originales* audiebant) *sanc-rum verborum formam*, seu sacrum Fidei Christianæ exemplar, ad quod omnis doctrina erat exigenda, Apostoli commendabant. Arcetissimam inter se concordiam et societatem hæ Ecclesiæ retinebant; et in ejusdem Fidei unitatem amicissimè conspirabant.

Ecclesiæ

\* Age jam qui curiositatem vobis meliùs exercere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesias Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc Apostolorum cathedrae suis locis præsident, apud quas ipsæ Authenticæ Litteræ eorum recitantur, sonantes vocem, et representantes faciem uniuscujusque. Tertull. de Præscript. Cap. 36. Vide etiam de Monogam. Cap. 11.

Ecclesiæ, ex hisce Apostolicis derivatæ et propagatæ, doctrinas suas ad exemplar Apostolicum conformabant; eandemque Fidem profitebantur, quam Ecclesiæ *matrices* ab Apostolis, Apostoli à CHRISTO, CHRISTUS à DEO, acceperant. Hæc Fidei Christianæ regula, Apostolorum successoribus tradita, et in Ecclesiis originalibus conservata, primævis Episcopis egregiam erroribus et hæresibus obviam eundi facultatem suppeditavit. Ad antiquam enim, constantem, et universalem Ecclesiarum Apostolicarum traditionem recurrendo, et *omne* doctrinæ *genus ad originem suam censendo* (ut cum TERTULIANO loquar) utrùm rectè an secus aliquis de primariis fidei Articulis sentiret, optimè judicare, et de summis religionis controversiis, graviter et facillimè decernere potuerunt. — In rebus itaque sacris Primævi Episcopi fuerunt longè peritissimi, Fidei Analogiam et religionis ardua calluerunt; ipsi omnia edocti, et ad alios docendos, et regendos, perquam apti et idonei.

De Præ-  
scrip. C.  
20, 21.  
Vide C. 31.

*Secundò*, Ecclesiæ primitivæ status, crebris et violentis persecutionibus agitatæ, Rectores fideles et integros fuisse, luculenter demonstrat. — Neminem latet, Ecclesiam Christianam per prima secula Potestates civiles sibi adversantes habuisse; et cum Magistratibus infensis, et pessima quæque minitantibus et molientibus, fuisse conflictatam: neminem latet, persecutores in Episcopos deditâ operâ præ cæteris sæviisse; ipsâ Ecclesiam regendi provinciâ illos in discrimen adducente, et ferro flammisque objectante.

Vexatissima hæc Ecclesiæ conditio, Gubernatores integros, prudentes, et constantes, postulavit; et quos postulavit, eos solummodo ad præfecturam admisit. Nemini tunc temporis, nisi voluptates, opes, honores, ex animo contemnenti, nisi ad moriendum pro Fide Christianâ prompto et parato, Episcopatum

epopatum adire licuit. Quæ regimen Ecclesiasticum suscipientibus tum erant metuenda et ferenda, timidum et simulatorem deterrebant: fortissimum atque integerrimum, exposcebant et comprobabant. Hisce verò malis, quæ Præsides Ecclesiæ assidue manebant, ipsi minimè cesserunt; non persecutorum minis, non periculis, non damnis, non mortis terrori succubuerunt; in omnibus sese integros, fideles, invictos præstiterunt.

Calamitosa Ecclesiæ tempora Episcoporum patientiam, fortitudinem, constans et indefessum bene agendi studium, cum summo vitæ discrimine conjunctum, indicabant. Ex quibus virtutibus perspicuum est, primitivæ Ecclesiæ Rectores non turpi lucro, non suæ ipsorum ambitioni, aut pravæ domnandi cupiditati; sed Ecclesiæ honori, sed pietatis Christianæ studio, atque animarum saluti, serio et fœdulo operam navasse. — Sequitur igitur, apostolicam, quam textus continet, descriptionem, Ecclesiæ primævæ Clero, et præsertim Rectoribus, optimè congruere; quippe qui fuerint viri integri, *fideles, et ad alios docendos perquam apti et idonei.*

Restat ut paucis ostendam

II. Quanti momenti sit hæc Observatio.

1. Ad religionis nostræ veritatem confirmandam plurimum valet.

2. Controversiis gravissimis sedandis et finiendis optimè inservit.

3. Patrum Primævorum Scripta nobis impensè commendat.

1. Religionis Christianæ veritas ex auctoritate Sacræ Scripturæ omnino pendet; sed ad confirmandam Scripturæ quoad nos auctoritatem plurimum valet Ecclesiæ primitivæ testimonium: hujusque testimonio omnem vim et pondus addit testantium

conditio,

conditio, qui summâ integritate, subacto iudicio; et invicta constantiâ, polluerunt.

Primævæ Ecclesiæ Rectoribus, cùm Sacræ Scripturæ traditionem, tum etiam ejusdem expositionem acceptam referre debemus: aded ut maximi sit momenti, ut eorum, qui tradiderint atque exposuerint, dignitate et præstantiâ, fides nostra confirmetur et stabilietur. — Fallere alios nolunt, qui integri, et ad mortem usque ipsam fideles sunt: falli non possunt, qui perfectâ rei Christianæ notitiâ fruuntur, ideoque sunt ad alios docendos instructissimi: quorum testimonio, nullâ suspitione laboranti, fidem habere nemo sanus recusabit. De horum verò testium existimatione et famâ qui aliquid detractum volunt; multo magis, qui, arreptâ qualibet occasione, eos non eruditorum tantùm virorum, sed etiam proborum numero eximere conantur; et tanquam stipites ac fungos, aut quasi callidos veteratores, omnibus contemnendos et deridendos propinant; næ illi in Religionem Christianam iniquum et hostilem produnt animum, eamque satis apertè labefactare et subvertere enituntur.

2. Controversiis gravissimis sedandis et finiendis, Veterum Episcoporum et Doctorum, qui primis Ecclesiæ Christianæ seculis floruerunt, integritas, scientia et prudentia, optimè inserviunt.

Sive enim de Sacræ Scripturæ Canone, sive de Regiminis Ecclesiastici forma, sive de infantium Baptismo, sive de ullo alio alicujus momenti argumento, lis sit; ad Christianæ Antiquitatis sententiam, ad Ecclesiæ primitivæ iudicium, testimonium, et praxin, recurramus necesse est. Huic iudicio et testimonio libenter cedimus, et in illo acquiescimus; quoniam à viris integerrimis, scientissimisque proficiscitur. Quantum enim primorum seculorum Doctoribus tribuendum sit, ipsorum circumstantiæ, dotes, et virtutes ostendunt: quæ  
tot

tot tantæque sunt, ut rerum gestarum testes fide dignissimos, et in religionis arduis iudices optimos ac incorruptos constituent; et dirimendis, quæ Ecclesiam hodiernam vexant lacerantque, controversiis, abundè sufficiant.

3. Denique, cùm ex hæcenus dictis manifestò appareat, Primævos Patres viros fuisse integerrimos, et rei Christianæ, disciplinæ Ecclesiasticæ, morumque et Traditionum Apostolicarum, scientissimos; quis non videt, eorum Scripta nobis debere esse commendatissima?— Si *Fidem* igitur *semel Sanctis traditam* intelligere, defendere, et ab Hæreticorum inquinamenti illibatam conservare; si purum illum, et ab Apostolis traditum, Scripturæ Sacræ sensum et explicationem assequi, nobis curæ cordique sit; si Ecclesiæ Christianæ germanas potestates, et jura sacratissima, callere atque asserere velimus; si Ecclesiæ regimen et unitatem, Sacramentorum Evangelicorum vim et naturam, Sacerdotalis muneris onus et dignitatem, perspicere, et meritò æstimare exoptemus; si pietate Christianâ penitus imbui, si ad generosum rerum terrenarum contemptum promoveri, si ad certam futuræ vitæ expectationem erigi et accendi, si ad mortem (modò ita Deo visum fuerit) pro Fide Christianâ cum alacritate oppetendam, animari percupiamus; Patrum Primævorum Scripta diligenter legenda, egregia sanctissimorum Martyrum ac Confessorum facta seriò et sedulò consideranda, et antiquissima primitivæ Ecclesiæ Acta et Monumenta, nobis consulenda sunt et frequentissimè evolvenda.

Quocirca hisce finem imponet Monitum, viri consummatissimi, de hac Academia, de Ecclesia, tam antiquâ, quàm hodiernâ, de bonis omnibus optimè meriti; Monitum sanctissimo doctissimoque Præfule dignum, et omnium, qui Theologiæ Christianæ operam dant, aut qui sunt daturi, memoriâ dignissi-

dignissimum; quos hortatur et suadet Pater venerandus, ‘ Ut pigris turbidisque illorum lacunis, qui se *Modernos Theologos* dici volunt, insuper habitis, fontes requirant perennes et limpidos, atque ultra *Ethnicæ Theologiæ* fidem sacros, et Numine plenos. Par quidem est (uti pergit vir summus) ut nova sequantur *Novatores*; eis verò, quibus *Ecclesiæ primitivæ* sincera placent dogmata, non minoris ævi *Scriptores* utique placebunt: sese etiam genuinos *Ecclesiæ filios*, certissimo hoc indicio et notâ planè *characteristicâ* comprobabunt, quòd sanctissimos ejusdem *Patres* unicè colant, et vereantur.’

Johan. Eli  
Oxon. Episc.  
Præfat. ad  
Clement.  
Rom. Episc.  
Oxon.  
1677. 128

DEO, Patri, Filio, et Spiritui Sancto, sit laus, gloria, et honos, in secula seculorum. Amen.

*Gratia Domini nostri JESU CHRISTI, amor DEI, et communicatio SPIRITUS SANCTI, sit nobiscum omnibus.*

## ECCLESIAE ANGLICANÆ mens et sententia.

Imprimis vero videbunt (*sc.* Concionatores) nequid unquam doceant pro concione, quod a populo teneri et credi velint, nisi quod consentaneum sit doctrinæ Veteris aut Novi Testamenti; quodque ex illa ipsa doctrina *Catholici Patres* et *Veteres Episcopi* collegerint. *Lib. Canonum* 1571. *Coll. SPARROW. Ed. 4. Lond. 1684. p. 238.*

### Summorum aliquot Theologorum

#### JUDICIA.

#### SARAVIÆ.

Contra unanimum et constantem omnium Patrum veteris *Ecclesiæ* consensum, nihil sine expresso Dei verbo est innovandum. Hoc enim liberè dico: quisquis *Patribus* omnem auctoritatem adimit, ipse sibi nullam relinquit. *Prolog. Defensionis contra BEZAM.*

JOAN.

JOAN. GER. VOSSII.

Sed ne perperam illud (*ſc.* Verbum Dei) interpretemur; quando omnes ad errorem sumus proclives, attendere etiam debemus, non modò quid unus et alter, sed omnino quid constanter docuerit Ecclesia Dei. Quantopere enim repugnat perspicuitati Scripturarum, si ita exaratæ credantur, ut, ab Apostolorum excessu, ne in præcipuis quidem Fidei capitibus, ipsi eas Ecclesiarum doctissimi ceperint Antistites! Quantum item adversatur bonitati Dei et amori erga nos, si per tot secula ad Scripturarum intelligentiam defuisse statuamus Spiritum Dei, viris licet pietate et sanctimoniâ præcellentibus, Ecclesiæque semper commendatissimis, atque eò melioribus, quo Apostolicis propiores erant temporibus! I. G. VOSSII in *Epistolâ ad JOAN. FORBESIUM, FORBESII Instructionibus Historico-Theologicis præmissâ Amst.* 1645.

HENRICI HAMMONDI, S. T. P.

Ecclesia Anglicana hoc se universo Christianorum orbi caractere dignoscendam, hoc se æquæ posteritati æstimandam proponens, quòd in controversis fidei aut praxeos discernendis illud ratum firmumque semper habuerit, et huic basi Reformationem Britannicam niti voluerit, ut Scripturis primæ, deinde primorum seculorum Episcopis, Martyribus, Scriptoribus Ecclesiasticis, secundæ deferrentur. *Dissert. contra Blondellum Prælim. Londini 1651.*

GEORGII BULLI, S. T. P.

Verbo *Novatores* ipsis sumus, quòd post S. Scripturas primævam ac puriorem Antiquitatem unicè colamus ac revereamur ipsi, aliisque authores finis, ut ejus consentiens judicium, ubi reperiri potest, (ut in omnibus certè reperitur, quæ majoris momenti sunt; in cæteris verò liberum cuique judicium suum, salvâ pace Ecclesiasticâ et Christianâ relinquendum) religiosè sequantur: persuasum habentes, hanc esse optimam, imò hanc unicam rationem esse infælicissimas, quæ Ecclesiam Christi hodiernam tot in partes sciderunt, controversias finiendi. *Apolog. pro Harmonia, Sect. i. 3.*

VETE-



S. BARNABÆ

*EPISTOLA CATHOLICA,*

Unà cum

*VERSIONE LATINA,*

Tum Vetere, tum Recentiore,

Selectisque *VARIORUM NOTIS.*

Accessit

S. HERMÆ

*PASTOR,*

Selectis itidem *NOTIS* illustratus.

---

PATRUM APOSTOLICORUM Pars Prima.

---



---

LONDINI: M.DCC.XLVI.

2  
ESTIMONIA  
ESTIMONIA

ESTIMONIA  
ESTIMONIA

ESTIMONIA  
ESTIMONIA

ESTIMONIA  
ESTIMONIA

ESTIMONIA  
ESTIMONIA

ESTIMONIA  
ESTIMONIA

ESTIMONIA  
ESTIMONIA

ESTIMONIA  
ESTIMONIA

# VETERUM TESTIMONIA

DE

## S. BARNABÆ EPISTOLA.

*Clemens Alexandrinus, Lib. ii. Stromateon.*

Εικότως, αὐν ὁ ἀπόστολος Βαρνάβας φησίν·

Καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος.

Ταῦτα μὲν ὁ Βαρνάβας.

\* Ἀμίλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας·

Οὐ μοι δεῖ πλείονα λόγων, παραθεμένῳ μάρτυρι τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν (ὁ δὲ, τῶν ἑβδομήκοντα ἦν, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου) κατὰ λέξιν ὡδέ πως λέγοντα·

Meritò igitur Apostolus Barnabas ait: &c. *In Cap. i.*

Et Barnabas Apostolus: *In Cap. iv.*

Hæc quidem Barnabas. *In Cap. x.*

Mythicè profectò Barnabas: *In Cap. ult.*

Non mihi pluribus verbis opus est, si adduxero testem, Apostolicum Barnabam (erat autem is ex septuaginta discipulis, & Pauli adjutor) his verbis sic dicentem: *In Cap. xvi.*

*Stromateon Lib. v.*

Φησίν ὁ Βαρνάβας·

\* Ἀλλὰ καὶ Βαρνάβας, ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ ἀποστόλῳ, κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἑθνῶν, τὸν λόγον, φησίν.

Dicit Barnabas: *In Cap. x.*

Quinetiam Barnabas, qui ipse quoque prædicavit verbum unà cum Apostolo, in ministerio Gentium, ait: *In Cap. vi.*

*Videndus etiam Clemens, Lib. ii. Cap. 10. Pædagogi, & Lib. vi. Stromatei. In primo enim loco, ad Caput hujus Epistolæ decimum respicit: in altero autem, Barnabam pro Clemente Romano citat, per memoriæ lapsus.*

Origenes, *Lib. i. contra Celsum, sub finem.*

Γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβας καθολικῇ ἐπιστολῇ· Philocaliæ Cap. xviii.

Scriptum porrò est in Barnabæ Catholica Epistola: *Cap. v.*

PARS I.

c

De

*De Principiis Lib. iii. Cap. 2.*

Eadem quoque Barnabas in *Epistola* sua declarat:  
In *Cap. 2.*

*Lege ejusdem Origenis Librum primum Explanationum*  
in *Epistolam ad Romanos, Cap. i. Ver. 24.*

*Eusebius, Hist. Eccles. Lib. iii. Cap. 25.*

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω Inter Novi Testamenti  
καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γρα- libros nothos collocentur  
φή, ὃ τε λεγόμενος Ποιμὴν, καὶ etiam, *Actuum Pauli* Scrip-  
ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς tura, & liber qui dicitur *Pa-*  
τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα *stor, & Revelatio Petri*, insu-  
Ἐπιστολή. perque *Barnabæ* quæ fertur  
*Epistola. Lege Niceph. Hist. Eccl. L. ii. C. 46.*

*Ex Rufini versione.*

Post hæc jam Scriptura est quæ dicitur *Actus Pauli*:  
sed & libellus qui appellatur *Pastoris, & Revelatio Petri*:  
de quibus quàm maximè dubitatur. Fertur etiam *Barnabæ Epistola*.

*Lib. vi. Cap. 13.*

Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς Clemens Alexandrinus in  
ἀπὸ τῶν ἀντιλεγόμενων γραφῶν *Stromateis* affert testimonia  
μαρτυρίας τῆς τε λεγομένης Σο- Scripturarum, quæ à non-  
λομώντος σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ nullis repudiantur, nempe  
τοῦ Σιράχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραί- ex *Sapientia* quæ dicitur *Sal-*  
ους ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα, *omonis, & ex Sapientia Je-*  
καὶ Κλήμεντος, καὶ Ἰούδα. *su filii Sirachi, & ex Episto-*  
*Barnabæ, Clementis, ac Judæ Epistolis. Niceph. L. iv.*  
*C. 33.*

*Ex Rufini versione.*

Utitur sanè exemplis, etiam ex his libris qui a non-  
nullis minimè recipiendi videntur: id est, ex *Sapientia*  
quæ dicitur *Salomonis, & ex Sapientia Sirach*, quæ ap-  
pellatur *Ecclesiasticus* apud Latinos: sed & de *Barnabæ &*  
*Clementis Epistola* ponit exempla.

*Ibidem, Cap. 14.*

Ἐν δὲ ταῖς Ἰποτυπώσεις Idem Clemens in libris  
ξυγελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐν- *Hypotyposeon*, omnium, ut  
uno



## RECENTIORUM JUDICIA

*Epistola Reverend. in Christo Patris WILL. LAUDI,  
Arch. Cantuar. & totius Angliæ Primatis.*

HUGONI MENARDO *Salutem in Christo.*

Litteratissime vir, gratæ fuerunt mihi valde Litteræ tuæ, quas unâ cum *Epistola* (ut dicitur) *Barnabæ*, & lucubrationibus tuis adnexis, accepi. Benevolentia vestra erga me, nescio unde orta, pergrata est: is tamen non sum, qui illud ausim in me suscipere, quod & in Litteris privatis, & præcipuè in *Epistola* dedicatoria adscribis, & calamo (ut mihi videtur) uberiori quàm par est. Post gratias itaque tibi, Vir Docte, repensas; breviori forsan stylo, quàm exspectas, sed meo, & quo uti necessitas & negotiorum moles cogit, hæc pauca dicam.

*Barnabæ Epistolam* satis antiquam agnosco, non canonicam. Hoc apertè à te dictum vellem, ne auctoritatem adscribendo huic nomini celebriori parum confirmatam, simul & nomini & auctoritati injuria fiat; quin & tibi ipsi aliqua, quasi hoc nescires. Quo minùs autem credam hæc *Barnabæ* scripta & genuina esse, hæc sunt quæ impediunt.

1. Numeralis illa Theologia, sive scientia trium litterarum I. H. T. (ut loquitur) mihi non placet. Nam etsi nescius non sum, scriptores satis & antiquos & consultos (Tertullianum, Clementem Alexandrinum, Irenæum & alios) in ea ludere aliquando, tamen non sapit spiritum Apostolicum.

2. Non magis mihi arridet illa Judaica Deuterosis, quam *Barnabas* hic arripuit, de sex mille annis Mundi; de qua nec D. Paulus, S. *Barnabæ* conjunctissimus, nec quisquam alijs Apostolorum somniavit, (appropinquare potius diem Domini ubique prædicant) nec *Hydaspes*, aut *Trismegistus*, vel *Sibyllæ* id possunt efficere, ut fides huic detur.

3. Vel ingens admittitur ἀντιχρονισμός in hac *Epistola*, aut auctor non est *Barnabas*; loquitur enim apertè de Exscidio Hierosolymitano, quod post mortem *Barnabæ* accidit. Nec sufficit dicere, quod in Adnotationibus adjectis, spiritu prophetico, & prævidente, & sic de re futura, quasi jam præterita, pronunciant hæc scripsisse *Barnabam*: principii enim hæc petitio esset, nempe, utrùm hanc *Epistolam*, aliâve aliqua scripserit S. *Barnabas*, spiritu prophetico.

Ad

Ad Adnotationes vestras quod attinet, doctas quidem & eruditas: quia vis (sic enim scribis) ut aliquid meorum admisceam, loquar eâdem libertate, quam ipse tibi vindicas. Quædam explicanda, quædam corrigenda sunt, siue Critica spectes, siue Theologica. Quin & properante calamo aliquid excidit, quod hic apud nos viri doctiores non nimis approbant, ne quid gravius dicam. Quin & agitavit multa Barnabas hic, quibus animos incautos facile percelleret, quæ tamen ne levi digitulo tetigisti ad cicatricem obducendam; cum apud nos non pauci sint, qui nova molienti quamlibet ansam arripere avidissimi sunt. Qualia sunt, fuisse Ecclesias istis sæculis incognitas; priusquam ad Constantini tempora veneris, non comparentes. Denique Templis non manufactis habitare Dominum, & similia; quæ fluctuanti populo aut non proponenda, aut non sine antidoto.

Alia fortè sunt limatiùs adhuc perpendenda, sed & alia etiam me ab altiori de hac re consideratione, & à libris ipsis & eorum usu penitus avocârunt. Hæc tamen summam (negotiis licet penè obrutus) scribere in animum induxi meum, ne benevolentia vestra in ingratum tibi videretur incidisse. Breviter itaque hæc velim; ut aut ipse accuratiori filo rem omnem perpenderes; & in hunc finem, si placet, chartulas tuas remittam, per manus honoratissimi viri Domini Scudamore, nuperrimè ad Regem Christianis. legati, qui eas mihi tradidit; aut, si visum fuerit, Chirographum à te expectabo, quo opus hoc mihi vel Capellanis meis submittas, ut quædam vel refingantur, vel addantur, priusquam in lucem prodeat; & utrum horum tibi placuerit, factum dabo.

Epistolâ verò dedicatoriâ, quam vis perlegi, nimias in me conjicis laudes, & quarum ne ipse apud me conscius sum. Nec modestia id pati potest, sicut hic, sub meo auspicio, laudes propriæ prælo mandentur. Itaque si post paulò attentiosem hujus Epistolæ culturam, eam cum Adnotationibus, nomini meo dicatam, vis in lucem prodire; necesse erit Dedicatoriâ planè aliam facere, aut eam ibi apud vos excudere, etiamsi opus ipsum hic apud nos publicum fiet; ni tu adulator, ego arrogans audire velimus.

Hæc breviter sunt, quæ dicere volui, potuive, in angustiis illis & temporum & negotiorum, in quæ conjectus sum. Quæ, obsecro, eodem animo accipias, quo  
scripta

scripta sunt; & si quæ non placent, aut minùs firma tibi videntur, ea aut non mihi, aut saltem non nisi mihi imposito placeat adscribere. Vale, méque inter tuos reputa

*Tibi Amicissimum*

*Ex Ædibus meis Lambethanis*

W. CANT.

*Jul. ultimo 1639.*

Præfixa suæ Epistolarum Ignatii Barnabæque Editioni, quæ Typographi Oxon. incendio est conflagrata, Anno 1643.

*Notat. in Martyrolog. Rom. Jan. 26.*

*Notat. in vit. Polycarpi, C. 16, 17, 18.*

JACOBI ARMACHANI de BARNABÆ  
*Epistola PRÆMONITIO.*

*P*olycarpi ad Philippenses Epistolam, longè prolixiorē illā quæ habetur typis excusa, apud se Græcè scriptam extitisse, Baronio persuaserat Franciscus Turrianus, Societatis Jesu Presbyter. Sed exemplari illius diligentius inspecto, partem ipsius maximam ad Epistolam, quæ Barnabæ Apostoli ferebatur olim nomine, pertinuisse, deprehendit postea Jacobus Sirmondus, ejusdem Societatis Theologus. Neque aliter habuisse, vel Bibliothecæ Vaticanæ, vel Cardinalis Columnæi codices, ostendit Petrus Halloixius, & ipse Jesuita.

Nempe in primo exemplari, ex quo Columnæus ille codex (qui omnium putatur antiquissimus,) & reliqui qui supersunt hodie sunt descripti, librorum vitio quaternio vel omisus vel transpositus est: cujus defectu factum est, ut in Græcis superstitibus & finem Epistolæ Polycarpi desideremus, & principium Barnabæ.

Nam longè antiquioribus etiam temporibus, non Ignatii solùm Literas huic Polycarpi Epistolæ (quod ex fine ipsius liquet,) subjectas fuisse, sed simul cum eis & istam Barnabæ: ex illo Hieronymi loco, in libro iii. adversus Pelagianos, blandiente conjecturâ, ut crederem, penè inductus sum. *Ignatius, vir Apostolicus & martyr, scribit audacter: Elegit Dominus Apostolos, qui super omnes homines peccatores erant.* Ut enim in posteriore Ignatianarum Epistolarum Collectione, cum reliquis præfixæ fuissent Mariæ Castabalitæ nomine inscriptæ Literæ, eas etiam ipsius Ignatii adscripto titulo, in Antonii Melissa productas fuisse animadvertimus: ita etiam in priore illa, cum inter Polycarpi & Ignatii eidem subjunctas Epistolas, etiam illa Barnabæ interposita legeretur; non mirum ἀμαρτίμα

*Lib. ii.  
Serm. 19.*



τι μνημονικῶν confimili, & eodem modo excusabili, Ignatii nomine citaverit Hieronymus, quod propriè erat tribuendum Barnabæ.

In ea enim quam nunc damus illius Epistola, sententia hæc reperta est: τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους τοὺς μέλλοντας κη-  
 ρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀμαρ-  
 τίαν ἀνομωτέρους.

Cap. v.

Quam & ante Hieronymi tempora in eadem extitisse, verba illa Origenis fidem faciunt: γέγρα-  
 πται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβα Καθολικῇ Ἐπιστολῇ (ὅθεν ὁ Κέλσος λαβὼν  
 τάχα εἶπεν, εἶναι ἐπιρρήτους καὶ πονηροτάτους τοὺς Ἀποστόλους,)

Contra Celsum  
Lib. i.

ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους Ἰησοῦς ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν  
 ἀνομίαν ἀνομωτέρους. Scriptum est sanè in Barnabæ Catholica

Epistola, (unde fortasse Celsus occasionem arripuit, ut Apo-  
 stolos infames & nequissimos diceret,) quòd Apostolos suos ele-  
 gisset Jæsus, qui erant omni iniquitate iniquiores. Ubi Ca-

tholicam hanc appellat Epistolam; quòd nulli particulari  
 vel personæ vel Ecclesiæ inscripta ea esset; sed Christiano-

rum fratrum, ubicunque degentium, ipsi universitati.

Neque vero mirabitur, Ignatii nomine productum fuisse  
 ab Hieronymo, quod erat Barnabæ; qui Barnabæ etiam

titulo à Clemente Alexandrino laudatum animadverterit,  
 quod Romano Clementi fuerat adscribendum. Is enim

citato loco Psalmi, (Aperite mihi portas justitiæ, in ipsas  
 ingressus confitebor Domino: hæc est porta Domini, justi  
 transibunt per eam,) Prophetæ dictum hoc à Barnaba sic

Psal. cxviii.  
(al. cxvii.)  
19. 20.

expositum fuisse ait. Πολλῶν πυλῶν ἀνέωγνυιῶν, ἡ [ἐν] δικαιο-  
 σσύνη αὐτῆ ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόν-  
 τες. Cum multæ portæ sint apertæ; quæ est justitiæ, ea est

in Christo: in quam beati sunt omnes qui sunt ingressi. Quæ  
 quidem, in Barnabæ frustra quæsitæ, in priore Clementis

Cap. xlviii.

Epistola totidem verbis expressâ invenimus.

Porrò duas hæc imperfectas Polycarpi & Barnabæ  
 Græcas Epistolas, ex Andrea Schotti apographo suâ ma-

nu descriptas vir clarissimus Claudius Salmasius, unâ cum  
 antiquâ Latina Barnabæ versione, ex vetere Corbeiensis

Bibliothecæ codice à Johanne Cordesio exscripta, Isaaco  
 Vossio, celeberrimi illius Gerardi filio, summæ spei juve-

ni, tradidit: quam cum Græco Barnabæ textu conjun-  
 ctam, additis etiam eruditæ Notis, ad prælum ille appa-

ruit. Ut igitur in Sylloges hujus initio, Græcum Poly-  
 carpum, posteriore sui parte ex antiqua versione Latina

suppletum, exhibuimus: ita & ad ejus finem Barnabam,  
 priore

priore

priore sui parte ex alia vetere interpretatione similiter reintegratum (non sine humanissimi Vossii consensu,) re-præsentare visum fuit. Ex cujus utriusque collatione mutua est deprehensum, non solum primam Epistolæ partem in exemplari Latino fuisse conservatam, quam defuisse diximus in Græco; sed etiam postremam vice versâ retentam fuisse in Græco, quæ aberat à Latino:

Inter quæ & illud, à Clemente Alex. v. Strom. citatum: Ἀπλοῦστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιητε. atque in intermediis præterea, nonnulla habere Græcum quæ defunt in Latino, & Latinum rursus quæ non reperiuntur in Græco; cujus generis ea sunt, quæ in utroque contextu uncis [ ] includenda curavimus.

Inter quæ & illud, à Clemente Alex. v. Strom. citatum: Ἀπλοῦστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιητε.

Ex duobus autem præcipuis membris tota hæc constat Epistola: quæ in contextu Græco hac inter se transitione connexa videmus. Ταῦτα μὲν οὕτως. Μεταλάβωμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνώσιν καὶ διδασχὴν· ubi, pro μεταλάβωμεν, alii μεταβάλλωμεν, Patricius Junius noster μεταβῶμεν legendum conjicit. In priore autem parte sententia hæc longè antè præcesserat: "Ἐχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. Quam vetus Latinus interpres suo loco motam huc transtulit, totius Epistolæ Epilogum hunc satis inconcinnum statuens. *Hæc autem sic sunt. Habetis interim de majestate Christi, quomodo omnia in illum, & per illum facta sunt. Cui sit honor, virtus, gloria, nunc & in secula seculorum.* Secundâ Epistolæ parte penitus prætermisâ.

Cap. xviii.

Ab hac verò *duarum viarum* distinctione pars ista ducit exordium. Ὅδοι δύο εἰσι διδασχῆς καὶ ἐξουσίας· ἡ τε τοῦ φωτὸς, καὶ ἡ τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν· ἐφ' ἧς μὲν γὰρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ. Ad quæ verba respexisse Origenem, non est dubium, in Lib. iii. περὶ ἀρχῶν, Cap. 2. ita scribentem: *Eadem quoque Barnabas in Epistola sua declarat, cum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum; quibus & præesse certos quosque Angelos dicit: viæ quidem lucis, Angelos lucis, tenebrarum autem viæ, Angelos Satanæ.* Etsi enim in priore quoque Epistolæ parte, (uti

Const. Apost. Lib. vii Cap. 1. 2. 3<sup>o</sup> c.

etiam in *Pseudo-Clementinis* Constitutionibus, quarum Auctorem ut ex Romano Clemente, Ignatio, & aliis alia, ita quæ de duabus vitæ mortisque viis fusiùs enarrat ex hac ipsa Barnabæ Epistola intervertisse, vel primâ facie legenti constabit,) *duarum viarum* facta sit mentio: hoc tamen tantùm in loco, *Angolorum lucis & Satanæ*, iisdem præfectorum,

præfectorum, occurrit commemoratio. Adde, quòd & *Satanæ* ipsum nomen ab Hieronymo, in fine libelli de *Nominibus Hebraicis*, inter ea recentetur, quæ ex *Epistola Barnabæ* sunt selecta; nec in priore tamen hujus *Epistolæ* parte uspiam extat, in qua reliqua omnia sunt reperta: si modò *Nave* (quo nomine Jesu sive Josuæ patrem Gæci indignant,) pro *Nabum* reposueris; quem librarii temeritate hîc fuisse insultum, *Germinis* adjuncta interpretatio satis evincit. Cum *Nabum* sit *Consolator*; *Nave* De Nominibus Heb. in *Exodo*.  
verò, *Semen*, *germen vel pulchritudo*: uti jam priùs in eodem libro exposuerat ipse Hieronymus.

Longiorem quoque hanc fuisse *Epistolam*, *Στιχομετρία* illa satis indicat, quam Latinis (nam Græca editio hîc est mutila,) ex Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani *Chronographia* tradidit Anastasius, Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius. In qua, ut Septem Catholicæ (quæ vocantur,) *Jacobi, Petri, Joannis & Judæ Epistolæ*, 1300 versibus; ita & hæc *Barnabæ*, 1306. comprehensa fuisse dicitur. In posteriore denique *Epistolæ* parte reperta ista sunt, à Clemente Alexandrino, in libro ii. *Stromatum*, ex *Barnaba* citata: Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυρῖβων. δάη καὶ ὑμῖν σοφίαν καὶ σύνεσιν ἐπιπέτην, γνάσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ ὑποσὸν. Γίνεσθε οὖν θεοδιδάκτοι ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ ὁ Κύριος ἀφ' ὑμῶν ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐπιβούλους. ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσε. Ubi posita illa, ex *Barnabæ* nostri contextu, ita sunt restituenda; ἵνα σώθητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τούτων ἐπιβούλους (vel ἐπιβόλους, ut emendat Sylburgius,) ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσε. idem sc. Barnabas; sub ipsius *Epistolæ* clausulam, paulò post, eos ad quos scribit, ita salutans: σώζεσθε ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. Ut tum ex principio, tum ex fine manifestè deprehensum appareat, posterius membrum hoc (utcumque à Latino Interprete silentio prætermissum,) ejusdem corporis partem esse, cujus & primum.

Cap. xxi.

Ad totius vero *Epistolæ* auctorem & auctoritatem quod attinet: idem ille Clemens (ut de discipulo ipsius Origene nihil dicam,) & auctoris *Barnabæ*, & auctoritatis Apostolicæ, eam fuisse credidit. In Libro enim illo 2º *Stromatum*, alia postea testimonia ex ea producens, hac præfatione: Ὅπως δ' ἡμεῖς τοῦ διαβόλου τὰς ἐνεργείας ἐκὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς τὴν τοῦ ἀμαρτωλοῦ ψυχὴν ἐπισπείρειν

φαμέν, οὐ μοι θεῖ πλείονων λόγων παραβημέτω μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Γαρνάβαν (ὁ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα ἦν. και συνεργὸς τοῦ Παύλου) κατα λέξιν ἠδὲ πῶς λέγονται *Quomodo autem nos Diaboli operationes, & spiritus immundos in peccatoris animam seminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus est, si ad-*

Idem etiam affirmat in lib. tuaginta, & Pauli adjutor,) his verbis sic dicentem. Et vii. Hypotyposon. (apud Euseb. Lib. ii. Hist. κεφ. δ.) *duxero testem Barnabam Apostolicum (erat autem is ex Septuaginta, & Pauli adjutor,) his verbis sic dicentem. Et in 5<sup>o</sup>. βαρνάβας. ὁ καὶ αὐτὸς συγκαρῶζας τῷ Ἀποστόλῳ κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἑθῶν τὸν λόγον. Barnabas, qui ipse quoque in Gentium ministerio prædicavit verbum unà cum Apostolo Paulo. Neque Apostolici solum, sed etiam Apostoli Barnabæ nomine, in 2<sup>o</sup> Stromatum libro, eandem Epistolam lausat: ejusdemque, non minùs quàm reliquarum Scriptu-*

\* Επιτετημημένας πεποιήταις ἐπιτετημημένας explicationes exhibit.

διζήσεις. Euseb. Lib. vi. Hist. κεφ. ιγ. id. *Barnabas Cyprius, qui & Joseph Levites, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit, quæ inter Apocryphas Scripturas legitur: ait, in Ecclesiasticorum Scriptorum Catalogo, B. Hieronymus, & libro xiii. Commentariorum in Ezechiel. Cap. 43. Vitulum, inquit, qui pro nobis immolatus est, & multa Scripturarum loca, & præcipuè Barnabæ Epistola, quæ habetur inter Scripturas Apocryphas, nominat. Utrum verò ex propria mente ab Apostolo ad ædificationem Ecclesiæ compositam hanc fuisse Epistolam ille dixerit, ex aliorum autem sensu in Apocryphorum classem conjecerit, exquirant alii: in eam certè sententiam propendisse illum aliquando, ex Nominum Hebraicorum libello colligi posse videatur; in quo, cum reliquis Novi Testamenti Scripturis etiam Barnabæ istam Epistolam conjunctam ab eo fuisse cernimus.*

In illa Nicephori Constantinop. Patriarchæ Στιχομετρία, (quam Latinis Anastasium Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarium tradidisse diximus,) à Novi Testamenti Apocryphis quidem scriptis separatur; sed inter ea quibus contradicitur (ut & Apocalypsis Johannis,) recensetur. In altero verò Indiculo, quem Anastasii Nicæni in S. Scripturam Quæstionibus subjectam vidimus, unà cum Apocryphis simpliciter adnumeratur; & ipsius Hieronymi in Prologo Galeato suffragio accedente, & universalis Ecclesiæ simul judicio, quæ Barnabæ scriptum nullum in sacrum Canonem unquam admisisse comperta est. Montani enim,

# DE S. BARNABÆ EPISTOLA.

xxvii

enim spiritu afflatus fuit Tertullianus, quum Epistolæ ad Hebræos Barnabæ affixit titulum: & altera hæc, ἡ φερομένη Βαρνάβæ ἐπιστολή, ab Eusebio non solum inter Scripturas quibus contradicitur, sed etiam inter *nothas* collocatur. [Ut hinc etiam locum habeat, quod de aliis ejusdem generis ab Eusebio non solum inter Scripturas quibus contradicitur, sed etiam inter *nothas* collocatur.] Ut hinc etiam locum habeat, quod de aliis ejusdem generis ab Augustino est dictum. *Hæc scripta castitas Canonis non recepit: non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur auctoritas; sed quod ista non credantur ipsorum esse.*

Quamquam non longè post ipsius Barnabæ tempora exaratam fuisse hanc Epistolam, tot illa à Clemente Alexandrino (qui proximo post Apostolos seculo claruit,) ex ea, in *Stromatum* libris, laudata testimonia, fidem faciunt. Quibus & illa ejusdem in *Pædagogis*, Lib. ii. Cap. 10. adjungere liceat. Καὶ τὸν μὲν λαγῶν κατ' ἔτος πλεονεκτεῖν φασι τῆν ἀφ' ὀδευσιν, εἰς ἀριθμούς οἷς βεβίωκεν ἔτησιν ἴσχυοντα τρυπάς. Quæ ex istis Epistolæ hujus mutuatum eum fuisse, monuit me D. Petrus Turnerus, Savilianus in Academia Oxoniensi Matheseos Professor, eruditissimus: ὅτι ὁ λαγῶς κατ' ἑνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τῆν ἀφ' ὀδευσιν ὅσα γὰρ ἔτη ζῆ, τοσαύτας ἔχει τρυπάς. Sed & aliquam hinc præferunt vetustatis speciem, ipsarum Apocrypharum Scripturarum, quarum jamdiu in Ecclesia obsolevit memoria, citationes non paucæ: inter quas & illam fortasse quis annumeraverit, *Regna in terris decem regnabunt: & resurget retro pusillus, qui depenet tres in unum*; licet ea *Danielis* capitulo vii. uti olim in LXX. Interpretum editione legebatur, defunctam fuisse ego quidem existimaverim: quum Theodotionis interpretatio (quam in *Daniele*, alterâ illâ posthabitâ, Ecclesiam postea recepisse confirmat Hieronymus,) hanc nobis hodie lectionem exhibeat. Δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, καὶ ὀπίσω . . . . .

## Ex HUGONIS MENARDI JUDICIO de S. BARNABA, & ejus Epistola.

NUM certum est, hanc Epistolam eam esse quam 4<sup>o</sup> Par. 1645. Sanctus Hieronymus, Clemens Alexandrinus, & Origenes olim præ manibus habuerunt; cum omnes locos, ab illis ex ea citatos, in hac Epistola reperire liceat.

De Pasticiti<sup>a</sup>  
Cap. 20. & ex  
eo Hieronym.  
Catal. Script.  
Eccles. in Pau-  
lo. *describta 1744.*  
Euseb. Lib. *includ*  
vi. κεφ. 16. ιδ.  
Lib. iii. κεφ.  
κε.  
De Civitate  
Dei Lib. xviii.  
Cap. 38.

Cap. x.

Præfat. in Da-  
niel.  
Reliqua deside-  
ramur.

Hæc Præmonitio primum divulgata est in Editione Oxon. An. 1635.

*Epistola Argumentum.*

De illius argumento sive subjecto breviter agam. Cum Judæi quidam ad fidem Christi conversi *Galaticarentur* (ut cum Tertulliano loquar) hoc est, Legem Mosaicam unâ cum Evangelio retinendam esse putarent; idque multis Christianis persuaderent; Sanctus Barnabas, sive quis alius, Sanctum Paulum imitatus, eorum doctrinam hac Epistolâ convellere conatur; docetque multis Scripturæ locis, ac figuris, Legem Moyſis jam abrogatam esse, eique Evangelium successisse. Hic est hujus Epistolæ scopus; ad quem nonnulla hæc, quæ non sunt *πρωτεύουσά*, seu præcipui argumenti, sed veluti secundarii tractatûs, ut de adventu Christi, passione, &c. referuntur: nam illius gratiâ tractantur, cum ad ejus intelligentiam non parum conferant, juxta morem Oratorum, qui interdum aliò digrediuntur, non inutiliter quidem, cum id plenioris elucidationis gratiâ facere soleant. Sub finem Epistolæ multa docet Christianos, quæ ad vitam rectè instituendam plurimum conducunt. Hinc fit, ut hæc Epistola in duas partes commodè distribui possit: quarum altera est Didascalica, quæ multis argumentis docet nullum esse ampliùs Legis Mosaicæ & Judaicarum cæremoniarum usum: altera Parænetica, in qua præclara & utilia monita salutis & præcepta dantur.

*Epistolæ divisio.*

4° *Amsl.* 1646. *Ex* ISAACI VOSSII *JUDICIO*  
de BARNABÆ *Apostoli Epistola Catholica.*

**A**Liquot jam sunt anni, quòd hanc Barnabæ Epistolam, quam ab incomparabili Salmasio acceperam, in lucem emittere decreveram. Sed iter meum obstitit, quominus institutum illud tum temporis perficere licuerit. Dum verò Angliam lustro, alia sese obtulit occasio, quâ scriptum illud, quod jam diu lucem merebatur, tandem aliquando divulgaretur. Parabat tum novam Ignatii editionem Reverendissimus Hiberniæ Primas, USSERIUS ARMACHANUS. Illi itaque postulanti, & offerenti, ut unâ cum Ignatianis hæc quoque Barnabæ excuderetur Epistola, non tantùm libenter id concessi, sed etiam maximoperè gavifus sum, in illas manus incidere antiquissimum istud monumentum, à quibus immensum quantum splendoris mutuari sibi posset. Et nisi ingens isthoc incendium, quod non exiguam partem urbis Oxoniensis

nienſis vaſtavit, omnia quoque exemplaria abſumſiſſet, pulcherrimam ejus auctoris Editionem jamdiu habuiſſemus. Non deſuere tamen in Gallia viri docti, qui indignum putabant, ſcriptum hoc diutius in tenebris latitare. Itaque nupèr Claudius Menardus, monachus ordinis Sancti Mauri, novam nobis editionem adornavit. Quin plurimum hoc nomine meritus ſit de publico, nemo eſt, qui inſicias iverit. Plus tamen meruiſſet, ſi contigiſſet illi, plura videre exemplaria. Cum enim tota illa Editio ex uno promanârît codice; fieri aliter non potuit, quin inemendatiſſima prodiret. Mihi, licet non uſque adeò fortuna favorit, ut quiſquam invidere debeat: ea tamen contigit felicitas, ut tribus in hoc corrigendo uſus ſim MSS. Primum mihi Florentiæ ſuppeditavit Bibliotheca Medicea. Altera duo Bibliotheca Vaticana, & Theatinarum, qui Romæ agunt.

4<sup>o</sup> Parisiis,  
1645.

Nescio autem, cur quidam opinati ſint, hanc Epistolam non eſſe Barnabæ; cùm tamen & Clemens, & Origenes, & alii, illam ei tribuant. Offenſi ſunt, credo, viri docti, quòd hîc loca quædam S. Scripturæ aliter explicentur, quàm explicari debebant. Perſuaderi nequeunt, ſic potuiſſe ea capi à viro tantæ autoritatis, cujus toties ſacri libri meminerint, quique ſemper Pauli Apoſtoli comes fuerit individuus, & ipſe quoque unus è minoribus Apoſtoliſ. Sed quis à primis illis Chriſtianiſ omnigenam ſcientiam & doctrinam expoſtulet? quis illos non æquè hallucinatos exiſtimet, atque eorum nepotes; præſertim in rebus nihil ad fidem pertinentibus? Nunquid & in Epistola Clementis, ſimilia occurrunt? Quis enim bono animo concoquere poſſit fabellam illam, quam de Phœnice narrat, deque pluribus ultra Oceanum mundis? Non puto etiam quemquam velle admittere expoſitionem iſtam, ut linteum coccineum Raab meretricis, ſignum fuerit ſanguinis Chriſti, & alia quædam id genus, quæ non eſt hujus loci referre. Atqui tamen iſte Clemens, pari jure, atque Barnabas, dictus eſt Apoſtolus. Non debent itaque in hoc reprehendere, quod in altero excuſant. Notum eſt cuilibet, quàm nimiùm myſticè & ſuperſtitioſè (penè etiam ineptè) primi illi Chriſtiani Scripturas Sacras ſint interpretati. Si itaque & in hoc auctore quædam occurrant, quæ eruditis diſpliceant, dandum id potiùs moribus veterum Chriſtianorum, quàm ut putetur ſcriptum

## RECENTIORUM JUDICIA.

scriptum esse suppositivum. Sed neque hoc quemquam movere debet, quòd Eusebius & Græci posteriores, inter ἀπόκρυφα reposuerint Epistolam Barnabæ. Non enim hoc eò factum, quòd dubitarent de auctore; sed quòd non probarent mysticas istas interpretationes multorum S. Scripturæ locorum. Eadem ratione & Clementis Alexandrini, & multa Origenis opera, inter Apocrypha relata sunt. Neque tamen unquam dubitatum fuit, quin genuina essent illa opera. Et certè, si omnia quæ aliquando inter Apocrypha habita sint rejicere velimus, rejicienda quoque esset D. Pauli ad Hebræos Epistola, item Judæ Apostoli Epistola, & illa Clementis ad Corinthios. Quod quàm absurdum sit, quis est qui non videat?

Alii ex stylo, & scriptionis genere, dixerunt, sese deprehendere, Epistolam hanc esse spuriam. De Ignatii Epistolis idem adfirmabant. Sed nimiùm sanè acuti volunt videri, qui talia jactant. Non ita facile est spuria scripta à genuinis distinguere, quàm sit nativas gemmas dignoscere ab adulterinis. Cùm enim veri lapilli cum fictitiis committuntur & comparantur, tum ut plurimum fucus adparet: ita purpura ad purpuram dijudicatur: ita & in aliis mercibus fit. Sed quid est, unde isti, qui negant, Epistolas has esse Barnabæ, & Ignatii, isthoc colligere potuerint? Nunquid alia eorum scripta viderunt? Non certè. Unde ergo iis innotuit, quo stylo usi sint Barnabas, & Ignatius? At, inquit isti, sese nihilominus scire vera esse, quæ sentiant. Si ita est, jam verbum non addam.

J. B. COTELERII JUDICIUM  
de S. BARNABÆ Epistola.

REfertur à B. Luca Josem seu Josephum, Levitam, genere Cyprium extitisse. Scilicet ea in insula plurimi debebant Judæi: à quibus postea, imperante Trajano, infinita hominum multitudo jugulata fuit, urbsque Salamis, preemptis omnibus incolis, funditus eversa. Dicit etiam Lucas, Josem cognomen Barnabæ ab Apostolis tulisse, quo significetur υἱὸς παρακλήσεως, i. e. *filius consolationis & exhortationis*: utrumque enim παρακλήσεως denotat.—Ex his duabus significationibus, primam in explicando nomine Barnabæ accipiunt Cœcumenius ad

*l' e nomine  
Barnabæ.*



Act. iv. 36. dum id nominis vult esse μαρτύριον ἀρετῆς φιλοικτιμῶνος, & demonstrare παραμυθίαν καὶ οἰκτιρμῆν: Notkerus in Martyrolog. Tom. vi: Antiquæ Lectioſis Hen. Canisii, ad iii. Id. Jun. scribens, *Ab Apostolis Barnabas vel filius consolationis est vocatus, pro eo quòd cum habuerit agrum, eumque vendiderit, precium ejus ante pedes Apostolorum, ad consolationem pauperum, posuerit; nec non illi qui in Hieronymo; Libro de nominibus Hebraicis, vertunt filius consolationis.*—Ad posteriorem verò etiam significationem adduci potest expositio S. Chrysostomi, Hom. xi. in Acta: Βαρνάβας, ὁ ἐστὶν υἱὸς παρακλήσεως, ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων ἐπωνομάσθη· καὶ δοκεῖ μοι ἀπὸ τῆς ἀρετῆς εἰληφέναι τὸ ὄνομα, ὡς πρὸς τοῦτο ἴκανος ἂν καὶ ἐπιτήδειος. *Barnabas, hoc est, Filius consolationis & exhortationis, ab Apostolis cognominatus est. Et mihi videtur, à virtute nomen assumpsisse, quòd ad illud aptus esset ac idoneus: ad consolandum, nempe, ac exhortandum. Accedit huc veriloquium Hieronymianum; Barnabas, filius Prophetæ, aut Prophetiæ: hoc est, Propheta. Prophetarum scilicet sive Doctorum est, adhortari & consolari Dei plebem. Quocirca Act. xv. 32. Ἰούδας δὲ καὶ Σίλας καὶ αὐτοὶ προφήται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ἐπεστήριξαν. Juxta nostrum Interpretem; Judas autem & Silas, & ipsi cum essent prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmaverunt. Et I Cor. xiv. 3. ὁ δὲ προφητεύων ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομῆν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Vide Ver. 31.*

Hunc Barnabam extitisse unum ex LXX Domini discipulis comprobari potest, testimonio Clementis Alex. *Barnabas unus ex LXX. discipulis.* eamque traditionem sequuntur Epiphanius, auctor Chronici Alexandrini, Dorotheus in Synopsi, & ii qui Barnabæ res gestas conscripserunt. Contrà objicit Beda in Act. iv. quòd manifestè scribat B. Lucas, eum post ascensionem Domini, ad discipulatum Apostolorum venisse: nisi fortè putandum est, eum priùs ita discipulatum Christi secutum, ut necdum renunciaverit omnibus quæ possidebat: quod utrùm Evangelicæ doctrinæ convenerit, cuius facillimè patet. Verùm pace viri venerabilis, nec Lucas dicit Barnabam post ascensionem Domini cœpisse credere; nec videtur necesse ut omnes Discipuli omnia sua abjecerint: quod quamvis esset, potuit Noster recens hæreditate adeptum agrum

agrum vendere, quò pecuniam ad pedes Apostolorum poneret.

*Epistola  
Barnabæ.*

De Epistola nomen illius præferente, dubitatur an sit genuinus foetus, an suppositus. Existimatum quidem Clementi Alexandrino, Origeni, ac Hieronymo, summis viris, nihil hìc fraudis delitescere. At Eusebius, quando Hist. Eccl. Lib. iii. C. 25. Epistolam collocat inter libros spurios, *ἐκ νόθων*, dolum videtur suspicatus: nisi si quis nothum volumen eo loci exponat, ut in Amphilochei Epistola Iambica ad Seleucum, illud quod non est genuinum Sacræ Scripturæ, sive aliàs auctorem verum titulo præferat, sive ementitum. Certè vix credi potest, quòd

Ast. xi. 24.

adeò eximius Apostolus, *vir plenus Spiritu Sancto & fide*, segregatus unà cum Paulo à S. Spiritu in opus Evangelii, & collega ejusdem Apostoli in Gentium Apostolatu, ea scripserit quæ in Opusculo præfenti continentur: coactas dico allegorias, enarrationes Scripturarum minùs verisimiles, fabulas de animalibus, &c. Hæc tamen, vix credibilia, non remorata sunt prædictos Clementem, Origenem, Hieronymum: sicut pauci nævi, qui honestam faciem Epistolæ Clementis Rom. ad Corinthios commaculant, non impediunt quin tanti ea fieret; quamvis magna, meo quidem judicio, differentia intercedat ratione auctoritatis, Clementem inter & Barnabam, cujus Epistola tantum famæ non est consecuta, ac illa Clementis. Ad hæc argumento, quo utitur S. Augustinus Lib. i. contra adversarium Legis & Prophetarum Cap. 20. ut Apocrypha sub nominibus Andreæ Johannisque scripta explodat, *Si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia*; eo, inquam, argumento in suspicionem illegitimæ proles venit Epistola, cum jamdiu rejecta & ad Apocryphas Scripturas amandata fuerit. *Apocrypha*, inquit Hieronymus Epist. vii. ad Lætam, *sciat non eorum esse, quorum titulis prænotantur*. Quapropter Origenes, qui putavit Opus esse Barnabæ, credidit etiam esse Canonicum. *Sunt*, inquit ad vers. 24. Cap. i. Epist. ad Rom. *præterea, (sicut in multis Scripturæ locis invenimus) etiam utriusque partis, vel utriusque viæ, fautores quidam & adjutores Angeli, &c.* ubi quis non videt alludi ad Cap. xviii. nostræ Epistolæ, de duabus viis, & de Angelis utriusque viæ præpositis? Jam verò Lib. i. contra Celsum vocem, à Barnaba paulò durius in Apostolos prolatam, nequaquam rejicit; imò similibus

# DE S. BARNABÆ EPISTOLA. xxxiii

similibus Scripturæ dictis munit ac firmat, insuperque Epistolam sacram esse innuit, & vocat *Catholicam*: quo *Epistola* quidem nomine etiam indicatur eam saltem à multis Ca- *Catholica.* tholicis fuisse admittam, atque instar Catholicarum lectitatum; non solum autem significatur, quod aiunt ex Leontio Lib. de Sectis, Actione 2. à cujus opinione nullatenus dissentit Œcumenius, scriptam esse ad omnes generaliter, non verò ad unam gentem. Nam si id tantum declararet ea vox, cui unquam venisset in mentem; Johannis Secundam, ad unam domum, & Tertiam, ad unum hominem exaratas, in Catholicarum censum referre? Denique S. Hieronymus, in Libro, quem de interpretatione nominum Hebraicorum, imitatus Philonem ac Origenem, composuit, inter Novi Testamenti libros non statuisset Epistolam Barnabæ, nisi vidisset ita ab Origene fuisse actitatum. Eamdem quoque sententiam deprehendimus in antiqua Stichometria Latina, quæ extat in duobus Mss. altero Christianissimi Regis, altero Monachorum S. Germani. Illic Epistola Barnabæ collocatur post Epistolam Judæ, ante Johannis Revelationem & Actus Apostolorum.—Verum in omnia diversa abierat præceptor Origenis, Clemens Alex. quippe qui Opus, quod credit esse Barnabæ, impugnat, licet suppresso, honoris causâ, nomine; Pædag. ii. C. 10. Id porro nequaquam commisset, si ad Canonem pertinere fuisset arbitratus. Ac fortè suspicio erit alicui, variâsse Clementem, aut se ad multorum opinionem accommodâsse, tum cùm Scripturarum Canon certos limites nondum acceperat. Si quidem in libris *ὑποτυπώσεων*, referente Eusebio, Hist. Lib. vi. Cap. 14. unâ cum Novi Testamenti libris enarraverat Epistolam Barnabæ; quam fortasse Pseudepigrapham rebatur, quando confutabat. Sed & Hieronymus, suprâ citatus de notione vocis *Apocryphum* pro Opere falsi tituli; tamen, in locis relatis inter Veterum Testimonia, *Vide Testi-* Epistolam Apocrypham, non Pseudepigrapham vult. *monia. p. xix!* etiam à Gelasio Apocrypha non pro Pseudepigraphis dumtaxat sumuntur, vel quorum secreti auctores atque incogniti, verum pro omnibus, quæ, quia notam aliquam mereri videntur, sive suppositionis, sive erroris, sive impietatis, abscondi debent atque ignorari, (*ἀποκρυφῆς μᾶλλον ἢ ἀταγνώσεως ἄξια* dicit Auctor Synopseos Sacræ Scripturæ, creditus Athanasius) nec in publica versari no-

titia, sicut Libri Canonici Scripturarum, & ii Ecclesiastici Patrum, qui inoffenso pede decurri queunt. Quare inter Apocrypha recenset Clementis Alexandrini Opuscula, Tertulliani, Cypriani, Arnobii, Lactantii, Eusebii, aliorum, quamvis indubia. — Ex quibus omnibus conficitur, non admodum clare utrum præsentem Epistolam adjudicare debeamus Barnabæ Apostolo, an alteri homini Apostolico, qui aut Barnabæ nomen assumpsit, aut Barnabæ fuerit cognominis; prout à primis Christianis nomina Apostolorum affectata fuisse docet nos Dionysius Alexandrinus apud Euseb. Lib. vii. Cap. 25. Eò magis inclino, ut censeam non esse Apostoli. Quòd si quis certiora proferat, gratissimam ille rem faciet. Ego quod nescio, scire me non possum profiteri.

*Quando scripta.* Dices, si non est Apostoli; Quando scripta fuit? quantæ habenda & habita auctoritatis? De primo; patet ex Epistolæ Cap. xvi. datam fuisse post excidium Hierosolymitanum. Liquet etiam ex Clemente Alexandrino, laudatore Epistolæ, ante finem secundi sæculi prodiiisse. Sicut autem per primum non bene quis originem illius repeteret, à temporibus excidium mox subsequenter; ita malè per secundum concluderetur, natales ejusdem contigisse, statim antequàm Clemens libros suos componeret. An enim necesse fuit, ut ingenii monumentum Apocryphum, simul ac è manibus Scriptoris exierat, illico ad communem notitiam perveniret, atque à Patribus citaretur? eo præsertim tempore, quo & scribebant pauci, & qui sua litteris committebant, solos ferè in testimonium adhibebant sacros libros: ut non commemorem luctuosissimam voluminum Ecclesiasticorum prioribus sæculis exaratorum jacturam. — Itaque mediâ viâ incedendum videtur; & referendum Opus ad tempus, quod inter utrumque intercedit; ita tamen ut ad primum magis accedat: quam rem character dicendi, Apostolicam antiquitatem redolens, non obscurè significat.

*Quantæ auctoritatis.* Quantum ad Epistolæ auctoritatem, de præsentem tempore nulla oritur difficultas. Constat inter omnes, eam in Canone locum non habere. Nec minùs constare debet, dignam esse magnâ veneratione, quæ tantum ferat ætatis atque existimationis. Si autem consideremus prima sæcula, quando Canone diverso utebantur Ecclesiæ; varia in studia scissi fuerunt Christiani. — Id ut intelligatur,

DE S. BARNABÆ EPISTOLA. XXXV

tur, observare oportet, Scripturarum, quæ aut sacræ sunt, aut tales sunt habitæ à nonnullis, non unam apud sanctos Patres reperiri divisionem. Interdum duplex solummodo fit Scriptura: Canonica, cujus dictator Spiritus Sanctus; & Apocrypha, cujus auctor homo solus. Sic duo genera ponuntur in Euseb. Hist. *ὁμολογουμένων καὶ ἀναντιρρήτων & τῶν μὴ τοιούτων*: in Athanas. Synopri, *καυνοζομένων & μὴ καυνοζομένων*: in Cyrill. Hierof. Cat. 4. *τῆς διαθήκης καὶ παρὰ πάντι ὁμολογουμένων & ἀποκρύφων καὶ ἀμφιβαλλομένων*: in Greg. Naz. Carm. 33. *θειῶν seu γνησίων & παρεγγράπτων seu μὴ γνησίων*: apud Hieron. Epist. 129, *Eccl. Ecclesiasticarum & Apocrypharum*; apud Innocentium Papam Epist. 3. *receptorum in Canone ac repudiandarum*. — Aliquando triplex Scriptura perhibetur: Canonica, omnino recipienda; Apocrypha, penitus rejicienda; & Dubia, inter utramque posita; ab aliquibus videlicet admissa, repudiata ab aliis; mista & media inter genuinam ac notham; veræ proxima, cui contradicitur quidem, honor tamen habetur ut legatur Catechumenis; quam demum licet non eodem in precio habeant Catholici, ac Canonicam, ut ex ea fidei dogmata confirmant, non ideò quemadmodum Apocrypham abominantur, quinimo cum reverentia excipiunt, ac in Ecclesiis ad plebis ædificationem lætitant. — Porro utriusque hujus divisionis membra subdividuntur. In prima, Canonicæ Scripturæ, juxta sententiam S. Augustini, vel ab omnibus accipiuntur Ecclesiis Catholicis, vel à pluribus & gravioribus, vel à paucioribus minorisque auctoritatis, vel fortè à pluribus at non gravioribus, aut denique forsàn à gravioribus sed non pluribus; sicque aut omnimodæ, aut majoris, aut æqualis auctoritatis censei debent: quam inæqualitatem auctoritatis Judæis non fuisse inauditam colligo ex Philone, Josepho, atque Hieronymo. Ab Augustino *Vide Iñdori Orig. vi. 1.* Lib. xviii. De Civ. Dei Cap. 36. duplex Canon Scripturarum Vet. Testamenti statui videtur: earum quas Judæi pro Canonicis habent, & earum quas Ecclesia. In eadem prima divisione, Libri Apocryphi gradus similiter obtinent, prout ad veritatem ac pietatem, falsitatem & impietatem magis aut minùs vergunt. In secunda pariter divisione, dubiæ Scripturæ, apud Eusebium diversitam accipiunt ex proximitate ad Canonicas vel ad Apocryphas; cùm a pluribus Ecclesiis publicè lætitantur, cùm

ab antiquis Doctoribus reperiuntur allegatæ, cumque spuria videntur ac de quibus quàm maximè dubitatur.

His ita positis, evanescit omnis difficultas. Epistola Barnabæ ab Origene & quibusdam Ecclesiis Canonica reputata fuit: à Clemente Alexand. interdum Canonica, interdum Dubia, interdum non Canonica, seu Apocrypha in bono sensu primæ divisionis: ab Eusebio dubia; spuria, citata quidem ab Antiquis, at melioris notæ Apocryphis propinquior: ab Hieronymo Apocrypha, seu extra Canonem, ad Ecclesiæ ædificationem pertinens: à Nicephoro Constantino-politano non Canonica, non Apocrypha, sed cui contradicitur: à nullo Apocrypha deterioris notæ, noxia scilicet, Hæretica, impia; cujus generis videtur fuisse Evangelium inscriptum nomine Barnabæ, quod in Concilio Romano operâ Gelasii damnatum est:

*Titulus Epistolæ.*

Ad quos scripta fuerit hæc Epistola, res non magni est momenti. Ut enim præclariè Tertullianus, *Nihil de titulis interest; cum ad omnes scripserint Apostoli, tum ad quosdam.* Ac fortè ἀνεπίγραφος semper exstitit; qualem cernimus Johannis Apostoli Primam. Quòd si aliter se res habeat, conjiciam ex tota orationis serie, ad Christianos Hebræos missam, tenaces nimium antiquatæ Legis, ad Hebræos inscriptam fuisse. Hincque potuit fieri, ut accepto rumore de Epistola quadam Barnabæ ad Hebræos à se non visa, Tertullianus, Epistolam Pauli Canonicam ad Hebræos, de cujus auctore ac auctoritate ambigebatur, putaverit à Barnaba fuisse destinatam.

De Pud.  
Cap. 20.

*Antiqua Versio*

Vetus autem Interpretatio, barbariem ubique, ubique negligentiam ostendit, estque imperfecta & mutila, tum passim, tum præcipuè ad finem, ubi posteriora Capita refecantur, fortè quia minùs docta videbantur Interpreti, atque ad mores magis pertinentia: igitur omissis iis, paucisque vocibus insertis, colophonem per doxologiam imponit. Suum tamen illi Versioni precium: cui debemus priora Capita, cum non paucis emendationibus Græci contextûs, ut nihil dicam de antiquitate illius ac simplicitate.

*Ex Prefatione Editionis Oxoniensis, An. 1685.*

CUM in editione Scriptorum veterum Ecclesiasticorum versarer, præterire non licuit S. Barnabæ Epistolam;

stolam; primævæ antiquitatis, argumenti sacri, & Auctoris (quod præfert,) nomine pariter sacri, commendatissimum. Hæc postquam per plurima secula in Bibliothecarum pluteis delituisset, Reverendissimi Usserii, Armachani Primatis, studio & auspiciis prelo hoc in loco subjiciebatur An. 1643. Sed urbis Oxoniæ parte magnâ gravi incendio correptâ, Typographeum, cum tota supellectile, schedis impressis, & exemplari ipso, conflagavit; ita ut ex clade ista nihil superesset, præter paginas nonnullas, quæ penes Correctorem, quantum conjicere datur, fuerant; quasque vir eruditissimus Edvardus Bernardus SS. Theol. Doctor, & Astronomiæ Professor Savilianus redemit, mihiq; benignè communicavit. . . .

[*Post hæc & pauca alia, USSERII Præmonitione insertâ, pergit Reverendus admodum Editor quæ sequuntur adjicere.*]

Quid autem eruditissimus, Hiberniæ juxtâ & melioris literaturæ Primas, de Epistolæ hujus Auctore senserit, quanquam non ex dictis liquidò appareat; indicia tamen sunt fati claraquæ fidem faciant, propendisse eum in hanc sententiam, ut crederet, Opus hoc Scriptori ignoto deberi. Esto ergo huic Operi alienâ manu S. Barnabæ nomen appositum; aut, si libeat, Epistolam hanc consolatoriam, (quæ sæpius dicitur ideò scripta, ut lectores lætos faceret,) ex argumenti designatione, ab Auctore ipso, *Barnabas*, sive *Consolator*, appellatam; eo fere modo quo liber Salomonis *Cobeleth* sive *Ecclesiastes*, dicitur; aut Hermæ opus *Pastor* inscribitur. Quicquid sit, necesse est ut fateamur optimâ fide scriptorem hunc usum fuisse; non alienos, imò non aliquos, captavisse titulos; hoc verò solum sibi arrogasse, ut ceu è fidelium grege minimus aliquis, unus ex illis, frater fratribus salutaria monita proponeret, per omnia orthodoxus, & Apostolorum, præsertim S. Pauli, vestigiis insistens: ut si non laborum & itinerum, saltem dogmatum participem ubique agnoscamus. Interea animadvertendum, Historiam Jobi, Ruth, Hestheris, & Paralipomenon, aliosque ex libris in Hebraicum Canonem receptis; quod pariter obtinet in Epistola ad Hebræos, Auctorum nomina minimè præferre; & tamen de illorum fide, nulla est controversia. Interim dispicendum videtur, an nos hac tempestate rectiùs de Epistolæ

## xxxviii RECENTIORUM JUDICIA

istolæ hujus Auctore possimus judicare, quàm qui proximo vixerint seculo, Clemens Alexandrinus, atque Origenes, qui S. Barnabæ adscripsere. Porrò adnotandum, scripto alicui non ideò statim fidem omnem abrogari, si de ejus Auctore aliquando fuerit dubitatum, aut si ipsum per aliquod tempus delituerit. Nòrunt eruditi hæc ipsa scriptis quibusdam in Canonem nunc & olim receptis accidisse; & quæ de S. Barnabæ Epistola refert Eusebius, eadem eum non modò de S. Joannis Apocalypsi & S. Judæ & Catholicis omnibus Epistolis, sed etiam de illa ad Hebræos, quæ nunc S. Paulo adscribitur, licet olim S. Barnabæ imputaretur, retulisse.

Constat Epistolam hanc, quæ fere tota est in Synagogæ ritibus, & S. Scripturarum mysticis sensibus evolvendis, ad rudis vulgi captum minùs esse accommodatam; & proinde verisimile est à lectione ejus publica Ecclesiam post tempus aliquod abstinuisse: quod & hodie factum de nonnullis reconditoris argumenti periochis quæ in sacro Canone continentur. Hoc verò fidenter dixerim, Epistolam hanc quo penitius intelligatur, eo acceptiorem futuram, & ad S. literarum, nec non antiquissimorum Patrum cognitionem plurimum facturam. Quanquam enim perpetuus Veteris Instrumenti ad Messiam respectus nobis quasi per transfennam ex Chaldæi Paraphrastis stricturis, scriptorum Talmudicorum, Rabbinorumque malignis interpretamentis compareat: olim tamen, quando in omni Synagoga hebdomadatim non lectæ tantùm, sed & enarratæ erant Scripturæ; Midrash iste mysticus, sive Evangelicus Veteris Instrumenti sensus, non minùs omnibus innotuit quàm ipse sacer textus: & proinde non minùs idonea suppeditabat argumenta ad convincendos Judæos, quàm ea quæ ex disertissimis S. Literarum vocibus fuissent deducta. Hinc factum est, quòd Dominus noster & ejus Apostoli, fere passim adversus Judæos exinde argumenta depromserint; & si fortè aliqua apud Auctorem nostrum occurrant quæ longiùs petita videntur, illa ipsa, aut eorum saltem vestigia in Epistolis Paulinis quis poterit reperire.

Sed nolumus pertinaci nimis patrocínio S. Barnabæ, aut quicumque Epistolæ hujus auctor is demum fuerit, invidiam facere; ne iniquum petendo eo quod æquum est excidamus. Modica sunt quæ in ejus gratiam poscimus,

nec



# DE S. BARNABÆ EPISTOLA.

xxxix

nec (ut puto,) facilè recufanda : ut nimirum fi non ipfi, faltem annis ejus honos habeatur : fi non Apoftolum agnofcamus ; eum tamen ceu Patrem revereamur : & demum, fi non in Canonem illum recipiendum ducamus, faltem in Clafficis Scriptoribus, pro dignitate quam olim obtinuit apud Ecclefiæ Scriptores antiquiffimos, numeremus.

E. BERNARDI *Epiftola*, Adnotationibus *fuis præfixa in Editione Oxon. 1685.*

*Chriftiani nominis Cultoribus E. BERNARDUS*

*γνώστω καὶ εὐρίην.*

**E**Piftolam equidem Barnabæ facundiffimi viri, unde nomen illud Syrum meruit confenfu concilii Apoftolici, itidemque in Afia honores vix humanos ; catholicam, piã, & utilem maximè ad adgreffus Rabbiorum, poft duos treſve viros doctos, vobis denuò, fratres, offert hoc Theatrum ; non quo cupit nitore adnotationum, rectè tamen magisque ex veſtro commodo. Quinimo multi heic habent, pars fanè magna noſtræ amicitia vitæque noſtræ, quibus otium, ingenium, atque eſt ſacra eruditio, ut poſſint vice Enchiridii plenè & accuratè iſtius Doctõris Epiftolium, quo nil pulchrius tulit unquam Cyprus, orbi fidelium enarrare ; eodemque quaſi opere illuſtrare divinam illam Epiftolam ad Hebræos : quam Eccleſiaſtici plurimi B. Paulo tribuunt ; quidam collegæ ejus, quem nunc laudamus, ob ſcriptorum ſimilitudinem ; nonnulli denique ex doctis hujus ætatis & meliorum, B. Clementi, non adeò peritè. Purior enim dictio cernitur in hac Barnabæ, & minùs Latina, quàm ferunt ambæ Clementis Romani. Cæterùm ut gratulari fas eſt Eccleſiæ Catholicæ, quòd hoc ævo ruruſum legantur piſſimæ paræneſes & Epiftolæ Barnabæ Apoftoli, Clementis pontificis Romæ ex primis, & Ignatii Theophori, quæ plus mille annos ſepultæ & πάντ' ἀπόκρυφοί jacuerant : ita nolo vos neſcire has literas Joſis Levicæ multo ſinceriùs hodieque ſervari, quàm Ignatii ſeptem, doctiſſimorum virorum cura digna & ſollicitudo ; imò dico quàm prior illa & ἱερατικῆ Clementis, quæ vel Preſbyteranis probatur & defenditur.

## RECENTIORUM JUDICIA.

fenditur. Hoc equidem faciam manifestum, quando ab Historicis Judæorum fortè liberabor. Illi nunc me tenent. Præterea in Schola Pantæni sonuisse sæpius verba Barnabæ, notum satis: addo tamen, unde pretium & eximia existimatio scripti, ad Ambones Alexandrinos venisse pridem; quinimo quantum demonstrat Syllabus nominum Hebraicorum quem huc adjunximus interprete Adamantio, ad finem à principio inter Scripturas Canonicas hanc Epistolam tum olim lectam fuisse acceptamque. Hoc adeò proniùs factum reor in celeberrima illa & Romanæ quamdiu æmula Ecclesia, quòd Fundatoris sui B. Marci Cyprii hic Apostolus adjutor pius comesque adfiterat. Viri boni charique valete.

*Oxonix die brevissimo*

A. D. MDCLXXXIV.

*Hieronymus de nominibus Hebraicis in S. Script. postquam Novi Testamenti libros enarrasset; procedit ad Barnabæ Epistolam.*

*Latine transtulit è Græco Origenis Ecclesiarum magistri.*

	CAP.
Abraham, <i>Pater videns populum.</i>	ix
Adam, <i>homo.</i>	vi
Amalec, <i>populus lingens sive populus brutus.</i>	xii
David, <i>desiderabilis.</i>	x. xi
Eva, <i>calamitas, aut certè vita.</i>	xli
Ephraim, <i>frugifer sive ubertas.</i>	xlii
Manasse, <i>oblitus.</i>	xliii
Nahum, <i>germen. Lege Nave.</i>	xli
Rebecca, <i>patientia.</i>	xliii
Sabbata, <i>requies.</i>	xv
Sion, <i>specula.</i>	vi
Sina, <i>mensura, mandatum, tentatio.</i>	xv
Satan, <i>adversarius sive prævaricator.</i>	xviii

Indiculus Scripturarum in Bibliotheca regis Gallix à Doct. Cotelero laudatus, eandem Epistolam post illam Judæ & ante S. Joannis Apocalypsin collocat, & agnoscit versus saltem DCCCL.

EX GEORGII BULLI *Defensione*  
*Fidei Nicænæ.*

**E**JUS auctorem Barnabam Apostolum fuisse senserunt doctissimus Hammondus noster, Vir summus, Isaacus Vossius, & alii: hæc imprimis ratione adducti, quòd ipsam sub Barnabæ nomine sæpius citent Clemens Alexandrinus, Origenes, aliique Veterum. Neque aliud habent adversæ sententiæ Patroni, quod his opponant, præterquam quòd Auctor Epistolæ loca nonnulla Veteris Testamenti mysticè nimis exposuisse videatur. Sed hujus rei probabilem rationem reddit Hammondus in Dissert. I. contra Blondellum; ubi, postquam in præcedentibus Capitibus Gnosticorum \* characterem tradiderat: *Apostoli Barnabæ, inquit, quæ non ita pridem prodidit, Epistola, ex hoc uno Gnosticorum caractere commodè explicari poterit; aliàs (ut complicatum & prolixum ænigma,) certissimam Lectoribus crucem factura. Isti quippe Simonis afflæ, ὡσὺν, i. e. Scripturæ Sacræ mysticè interpretandæ facultatem sibi arrogantes, multa Veteris Testamenti mysteria ad impuros usus suos accommodabant. — Hinc Barnabas hæc fere universâ Epistolâ suâ, Veteris Instrumenti loca quamplurima, mysticè etiam & cabalisticè exposita, Gnosticorum doctrinis opponit. Et in sequentibus ostendit, quàm tota illa Epistola refellendis Gnosticorum deliriis egregiè inserviat. Utut verò illud sit, certè Auctorem primæ antiquitatis fuisse evincunt dicta Veterum Testimonia, phrasæ ab eo usurpatæ Apostolicæ ætati propriæ, styli simplicitas, ac denique Hærefes ab ipso impugnatæ, illæ tantùm quæ sub ipsis Apostolis pullularunt. Def. Fid. Nic. Sect. I. Cap. ii. § 2.*

\* Illud enim de *Simonis afflæ*, aliisque istius seculi *Gnosticis* ex hoc fonte oriundis, imprimis notandum est. Duplici eos illecebrâ, non eâ solum, quâ *libidinibus*, sed & alterâ quâ *incolumitati & securitati* omnium consulebatur, *carnales* quidem, sed & *timidos*, ad partes suas pellexisse; ideòque

simul positos inveniri ex parte una *δειλούς καὶ ἀπίστους, timidos & infideles*, ex altera *ἂδελυγμένους καὶ πορνούς, abominandos & impuros*, Apoc. xxi. 8. quibus *Gnosticos* istius seculi designari, reliqua *φοίτων, φαρμακίαν, εἰδωλότρον* caterva simul posita, mihi factis persuasum dedit. Cap. iii. 4.

ΚΕΦ.

ΡΑΓ.

α.	Ἀσπασμὸς τοῦ Βαρνάβα πρὸς τοὺς ἀδελφούς.	I
β.	Περὶ τῆς ἐσχάτων ἡμερῶν χαλεπότητος, καὶ νόμου καταργουμένου.	3.
γ.	Ὡς προφῆται ἡμᾶς καὶ Ἰουδαίους διαφόρως προσαγορεύονται.	5.
δ.	Περὶ δέκα βασιλέων κατὰ τὸν Δαυιδ.	6.
ε.	Περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων.	10.
ς.	Ὡς ἀπὸ τῶν προφητῶν προεφανεροῦτο τὸ πάθος τοῦ Κυρίου.	14.
ζ.	Ὡς τράγος ἀποπομπαῖος τύπος ἐστὶ Κυρίου Ἰησοῦ.	24.
η.	Ὡς δάμαλις πυρρὰ τύπος ἐστὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.	32.
θ.	Περὶ πνευματικῆς τῆς τῶν ὠτίων καὶ καρδίας περιτομῆς.	36.
ι.	Περὶ τῶν βρωμάτων ἀπειρημένων, καὶ ζώων ἀκαθάρτων.	44.
ια.	Περὶ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ σταυροῦ.	52.
ιβ.	Κατ' ἰδίαν, περὶ τοῦ σταυροῦ.	58.
ιγ.	Περὶ τοῦ λαοῦ κληρονόμου.	66.
ιδ.	Τὴν διαθήκην, ἣν ἔλαβεν ὁ Μωσῆς καὶ συνέτριψεν, ὁ Κύριος ἔδωκεν ἡμῖν.	70.
ιε.	Περὶ τοῦ σαββάτου.	74.
ισ.	Περὶ τοῦ ναοῦ.	82.
ις.	Ἐπίλογος τῶν λεγομένων.	88.
ιη.	Περὶ δυοῖν ὁδοῖν.	90.
ιθ.	Περὶ τῆς ὁδοῦ τοῦ φωτός.	ibid.
κ.	Περὶ τῆς ὁδοῦ τοῦ μέλανος.	96.
κα.	Ἐπίλογος παραινετικός.	98.

CAP.

CAP.	PAG.
i. <i>Salutatio Barnabæ ad fratres.</i>	1.
ii. <i>De ultimi temporis periculis, &amp; Legis abolitione.</i>	3.
iii. <i>Quomodo Prophetæ nos &amp; Judæos diversimode alloquuntur.</i>	5.
iv. <i>De decem regibus secundum Daniele.</i>	6.
v. <i>De Christi Passionibus.</i>	10.
vi. <i>Quomodo à Prophetis prædicta est Passio Dominica.</i>	15.
vii. <i>Quomodo caper emissarius typum gerit Domini Jesu.</i>	25.
viii. <i>Quomodo vacca rubra typum gerit Domini Jesu.</i>	33.
ix. <i>De spiritali aurium &amp; cordis circumcissione.</i>	37.
x. <i>De cibis vetitis &amp; animalibus immundis.</i>	45.
xi. <i>De aqua &amp; Cruce.</i>	53.
xii. <i>Seorsim de Cruce.</i>	59.
xiii. <i>De Populo bærede.</i>	67.
xiv. <i>Testamentum, quod Moyses accepit &amp; contrivit, Dominus nobis dedit.</i>	71.
xv. <i>De Sabbato.</i>	75.
xvi. <i>De Templo.</i>	83.
xvii. <i>Epilogus dictorum.</i>	89.
xviii. <i>De duabus viis.</i>	91.
xix. <i>De via lucis.</i>	104.
xx. <i>De via tenebrarum.</i>	97.
xxi. <i>Conclusio admonitoria.</i>	99.

# Loci S. SCRIPTURÆ in hac EPISTOLA.

CAP.	GENESIS	PAG.	CAP.	PAG.
i. 26.		11. 20	v. 21.	8
28.		20	viii 14.	16
ii. 2.		76	xvi. 1. 2.	54
xxv. 21. 23.		66	xxviii. 16.	16
xlvi. 9. 11. 14. 18. 19.		68	xxxiii. 13.	38
	EXODI		16. 17. 18.	54
iii. 8.		22	xl. 3.	38
xvii. 14.		64	12.	82
xx. 8.		74	13.	20
xxiv. 18.		70	xlvi 6. 7.	72
xxxii. 7.		8. 70	xlvi. 1.	66
19.		8	2. 3.	54
xxxiii. 1.		18	xlvi. 6.	72
xxxiv. 28.		7	17.	84
	LEVITICI		l. 6...9.	14
xx. 24.		18	liii 5.	10. 14
xxiii. 29.		24	7.	10
	NUMERORUM		lviii. 4...10.	5
xiii. 17.		64	lxi. 1.	74
xxix. 7. 11.		26	lxii. 7.	56
	DEUTERONOMII		lxv. 2.	60
v. 12.		74	lxvi. 1.	82
ix. 10. 12.		8. 70	2.	92
xxvii. 15.		62		
	PSALM.		JEREMIÆ	
i. 1.		50	ii. 12.	52
3...6		54	iv. 3. 4.	38
xvii. 45.		38	vii. 2. 26.	ibid.
xxi. 17. 19.		18	22. 23.	4
21.		14	ix. 25. 26.	40
23.		22	xvii. 24.	76
xli. 3.		22		
l. 19.		5	EZECHIELIS	
lxxxix. 4.		78	xxxvi. 11.	20
cix. 1.		64	xlvi. 12.	56
cxvii. 12.		18		
22.		16	DANIELIS	
cxviii. 120.		14	vii. 7. 8. 24.	7
	PROVERBIORUM		ZACHARIÆ	
i. 17.		10	viii. 17.	4
	ISAIAE		xii. 10.	30
i. 2. 10.		38	xiii. 7.	14
11...14.		4		
13.		80	MATTHÆI	
iii. 9.		18	ix. 13.	12
			xxii. 14.	10
			LUCÆ	
			vi. 30.	96
				S. BAR-

---

# S. BARNABÆ APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

I. **A**VETE, filii & filiæ, in nomine DO-<sup>VET. INT.</sup>  
mini nostri Jesu-Christi, qui nos di-  
lexit, in pace. Magnarum & honesta-  
rum Dei æquitate abundantiam sciens esse in <sup>Lege xi:</sup>  
vobis, supra modum exhilaror beatis & præcla-<sup>quitatum,</sup>  
ris spiritibus vestris; quòd sic naturalem gratiam  
accepistis. Propter quod plurimùm gratulor mi-  
hi, sperans liberari: quia verè video in vobis in-  
fusedum spiritum ab honesto fonte Dei. Cùm per-

*Avete.]* Sic χαίρετε vertitur *æquitate abundantiam, &c.* Ex  
à Vulg. Int. Matt. xxviii. 9. ora Men.

*Ex ora Menardina editionis manus* *Dei æquitate.]* Scilicet, *gratiã,*  
*ignotã.* *bonitate, & misericordiã.* MEN.

*Filii & filia.]* Ita fideles ap- *Naturalem gratiam.]* Natu-  
pellat, quos per Evangelium ge-  
nuit: & hic stylus Apostolicus  
est. 1 Cor. iv. 14, 17. Gal. iv.  
19. 1 Joan. ii. 1. MEN.

*Nos.]* Vos, Usserius. OXON.  
*In pace.]* בשלום, ut Luc. ii.  
29. vii. 50. & Jac. iii. 18.

*In pace. Magnarum &c.]* *Ab honesto.]* Scilicet, egregio:  
Mallem sic constitui: *in pace* Glossæ veteres: *Honestus, egre-*  
*magna. Rerum honestarum Dei* *gius. ἀξιόλογος.* MEN.

VET. INT.

<sup>2</sup> Forſan  
plenius.

ſuaſum mihi ſit hoc, & <sup>2</sup> plenus ſciam, quia dum  
ad vos adloquor, multa mihi bona ſucceſſerunt  
in via æquitatis Domini. Ideo, forſ & ego cogi-  
to diligere vos ſuper animam meam: quia mag-  
nitude fidei & dilectio habitat in illo, & ſpes vi-  
<sup>3</sup> F. quia ſi. tæ illius. Cogitans ergo hoc, <sup>3</sup> quaſi curæ mihi  
fuerit, ut vobiſcum partiar ex eo quod accepi,  
<sup>4</sup> F. ſpiritu ſervienti. futurum mihi talibus <sup>4</sup> ſpiritus ſervientes hoc in  
mercede; adpropiaſi pauca vobis mittere, ut ſi-  
dem veſtram conſummataſi habeatis, & ſcien-  
tiam.

*Clemens Alex. in Strom. II. iſta ſic citat.*

αἶψ' οὖν ἔλαβον μέρους, ex ea parte quam ac-  
ἔσπούδαſα κατὰ μικρὸν cepi, ſtudui pauca ad vos  
ὑμῖν πέμψαι ἵνα μετὰ mittere: ut, cum fide ve-  
τῆς πίſτεως ὑμῶν, τελείαν ſtra, perfectam etiam ha-  
ἔχητε καὶ τὴν γνῶſιν. beatis cognitionem.

Tres ſunt ergo conſtitutiones Domini, vitæ  
ſpes, initium, & conſummatio. Propalavit e-  
nim Dominus per Prophetas, qui præterierunt;

*Bona.*] Spiritalia, in merce- Tit. iii. 12. ubi σπούδαſον à vulg.  
dem Evang. prædicationis. MEN. Int. vertitur *festina*. Gloſſ. vet.

*Æquitatis.*] Juſtificationis, ut Σπουδάω, *festino, propero*. CLER.  
infra. MEN. *Scientiam.*] Per γνῶſιν intelli-

*Fors.*] Voſſius legit *fratres*, git myſteriorum fidei, & præci-  
quaſi per compendium fuerit puè reconditi ſcripturarum ſen-  
ſcriptum *fras*; quod exſcriptor ſūs cognitionem. OXON. Myſ-  
non intelligens mutavit in *fors*; ticam theologiam Chriſtianorum.  
quæ vox quidem Latina eſt, ſed Sic Clemens Alex. vocabulum  
caret hęc ſenſu. CLER. intellexit Strom. vi. BERN.

*In illo.*] In hoc, in hac. MEN. *Tres ſ. e. conſtitutiones.*] i. e.  
*Vita.*] Æternæ. *Illius* vide- tria conſtituit Deus ad noſtram  
tur redundare. MEN. ſalutem. *Vita ſpes*, æternæ, vi-

*Spiritus ſervientes.*] Uſſerius delicet. *Initium*, nempe, vitæ  
legit *Spiritibus ſervienti*. OXON. perfectæ. *Conſummatio*, i. e. per-  
Legendum *ſpiritu ſervienti*, juxta ſecta caritas, prout adquiri poteſt  
Philipp. iii. 3. MEN. in hac vita. MEN.

*Adpropiaſi.*] Imò adpropere- *Qui.*] In Oxon. editione qua:  
vi. Vide 2 Tim. iv. 9. 21. quam ſequitur Wakius.



& futurorum dedit nobis initia scire. Sicut ergo locutus est, honestius & altiùs accedere ad aram illius. Ego autem non tamquam doctor, sed unus ex vobis, demonstrabo pauca, per quæ in plurimis lætiores sitis.

II. Cùm sint ergo dies nequissimi, & Contrarius habeat hujus sæculi potestatem; debemus attendentes inquirere æquitates Domini. Fidei ergo nostræ <sup>1</sup> adjutor est timor & sustinentia: quæ autem nobiscum pugnant, patientia est & continentia. Hæc cùm apud Dominum permanent <sup>2</sup> casta, conlætantur illis sapientia & intel-  
<sup>1</sup> F. adjutores.  
<sup>2</sup> F. castè, lectus.

*Clemens Alex. in Strom. II.*

Τῆς μὲν οὖν πίστεως Fidei ergo nostræ adjutorum εἰσιν οἱ συλλήπτορες timor & tolerantia: quæ autem nobiscum pugnant, æquanimi-προθυμία καὶ ἐγκράτεια. tas & continentia. His Τούτων οὖν, τὰ πρὸς τὸν ergo, in iis quæ ad Dominum κέρως, μὲνόντων ἀγνώως, num pertinent, castè μαρτυροῦνται αὐτοῖς sostenentibus, unà cum eis lecticia, σύνεσις, ἐπιστήμη, tantur sapientia, intelligentia, scientia, cognitio.

Adaperuit enim nobis per omnes Prophetas, quia non utitur nostris hostiis, neque victimis,

*Et futurorum d. n. initia s.]* Ad aram illius.] Ad subli-  
 Per initia futurorum intelligitur mem mysteriorum ejus cognitionem. MEN.

*Accedere.]* In præceptis, passim dei subauditur ante Infinitivum. CLER. Menardus legit  
 Contrarius.] Glossarium vetus MS. Satan, adversarius, contrarius. MEN.

*Æquitates.]* Justitias seu justificationes. MEN.

*Castà.]* Intègra. MEN.

VET. INT. neque oblationibus, hæc dicens: *Quò mihi multi-*  
 If. i. 11.--- *tudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus?*  
 14. *Plenus sum holocaustomatibus arietum, & pingua-*  
 3 L. Videri. *rorum nolo: nec si veniatis<sup>3</sup> videre mihi. Quis*  
*enim exquisivit hæc de manibus vestris? calcare*  
*aulam meam, non adjicietis. Si attuleritis mihi*  
*similaginei, vanum; supplicamentum exsecratio mi-*  
*hi est. Neomenias vestras, & Sabbata, & diem*  
*magnum non sustineo: jejunium, & ferias, & dies*  
*festos vestros odit anima mea. Hæc ergo vacua fe-*  
*cit, ut nova lex Domini nostri Jesu-Christi, quæ*  
*sine jugo necessitatis est, humanam habeat oblatio-*  
 Jer. vii: *nem. Dicit Dominus iterum ad illos: Numquid*  
 22. 23. *ego præcepi parentibus vestris, cùm exierunt de ter-*  
 Zach. vii: *ra Ægypti, ut offerrent mihi hostias & victimas?*  
 17. *Sed hoc præcepi illis, dicens: Unusquisque vestrum*  
*adversus proximum non habeat malitiam; & jura-*

*Videre mihi.]* Lege *videri*, ut tum eis fuisse de sacrificiis, sed apud Tertull. i. e. *Videri à me*, de voluntate Dei audienda, & faciendâ. MEN.

*Ferias.]* Apud LXX. ἀργίας, otium. Sed Interpres legissè videtur ἀργίας, ferias. MEN.

*Sine jugo necessitatis.]* Non astricta legi Mosaicæ. Ζυγὸν δουλείας, jugo servitutis. Gal. v. 1. MEN.

*Humanam h. oblationem.]* Cor præparatum ad parendum Dei mandatis. MEN.

*Numquid ego &c.]* Optima est explicatio S. Irenæi, qui. L. iv. C. 32. adversus hæreses, scribit, his Hieremiæ verbis significari, Non ob sacrificia eductos fuisse Israelitas de terra Ægypti; sed ut oblii Idololatricæ Ægyptiorum possent audire verbum Domini: ac proinde non præcipuè manda-

*Unusquisque &c.]* Apud Hieremiam C. vii. hæc ita habentur in versione communi, juxta textum Hebraicum & Græcum: *Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus; & ambulate in omni via, quam mandavi vobis; ut bene sit vobis.* S. Hieronymus, in C. v. Amos Prophetæ, hæc habet verba: *Et hoc in omnibus sanctis Scripturis observandum est, Apostolos, & Apostolicos viros, in ponendis testimoniis de veteri Testamento, non verba considerare, sed sensum; nec eadem sermonum calcare vestigia, dummodo à sententiis non recedant.* Mos est etiam Barnabæ & priscorum multos locos simul conglobatos citare. MEN.

*mentum mendum non<sup>4</sup> habet.* Intelligere ergo debemus, cum non simus sine intellectu, consilium benignitatis Patris nostri: quia nobis dicit, volens nos similiter errantes quærere, quemadmodum ad illum accedamus: nobis enim dicit, *Sacrificium Deo, cor contribulatum, & humilitum Deus non despicit.* Certius ergo inquirere debemus, fratres, de nostra salute, ut ne quando habeat introitum in nobis, & evertat nos à vita nostra.

VET. INT.  
<sup>4</sup> F. amet  
 vel habeat.  
 Pf. l. 19.

III. Dicit ergo iterum de his ad illos: *Ut quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine causa. Neque si curvaveris quasi circulum collum tuum, & saccum te circumdederis, & cinerem straveris: nec sic celebrabis jejunium acceptum.* Ad nos autem sic dicit: *Cum<sup>1</sup> jejunaveritis, solve omnem nodum injustitiæ, & omnem consignationem iniquam dele, solve suffocationes impotentium commerciorum, dimitte quassatos in remissionem, & omnem cautionem malignam dissipa.* Frange esurienti panem tuum, & egros sine tecto induc in domum tuam: cum videris nudum, vesti; & domesticos seminis tui non despicias. Tunc erumpet

— 6. — 10.  
<sup>1</sup> F. jejuna-  
 veris.

*Mendum.*] Est prisca vox Latina, ut docet Charisius, L. i. Dom. & L. iii. C. i. ad Qui-  
*Mendum in mendacii significatione dicitur; menda, in culpa operis aut corporis.* Hinc factum *mendax.* CLER.

priani versio, in Lib. de Orat.  
 rinum, verborum πᾶσαν αἰ-  
 γραφὴν ἄδινον δίωπα, quæ hic  
 redduntur, *Et omnem cautionem  
 malignam dissipa.* COR.

*Habeat.*] Videtur deesse vocabulum, *Satan*, vel *Contrarius*, vel quid simile, ante *habeat.* MEN.

*Impotentium.*] Violentorum.  
 MEN.

*Vita.*] Vitæ instituto. CLER.  
*Sine causa.*] Videtur Interpretæ hæc assumpsisse ex Is. i. 13. OXON.

*Et domesticos seminis tui non despicias.*] Juxta LXX. Vulgo juxta textum Heb. *Et carnem tuam*

*ne despexeris.* Sed sensus idem est: nam *domestici seminis tui,* sunt homines ejusdem tecum naturæ & carnis. MEN.

*ne despexeris.* Sed sensus idem est: nam *domestici seminis tui,* sunt homines ejusdem tecum naturæ & carnis. MEN.

VET. INT. *temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua citò*  
<sup>2</sup> L. orientur. <sup>2</sup> *oriuntur: & præibit ante te justitia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamas, & Deus exaudiet te; cùm adhuc loqueris, dicet, Ecce adsum; si abstuleris à te nodum, & suadelam malorum, & verbum murmurationis; & dederis esurienti panem ex animo. In hoc ergo, fratres, providens est & misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo; atque antè ostendit omnibus nobis, ut non incurramus, tamquam profelyti, ad illorum legem.*

<sup>f</sup> F. his tantis, vel instantibus.

<sup>2</sup> L. nos.

IV. Oportet ergo de <sup>1</sup> instantibus multùm scrutantes scribere, quæ <sup>2</sup> non possint sanare. Fugiamus ergo ab omni opere iniquitatis, & odio

*Temporaneum.*] Ita apud Tertullianum de resurrectione carnis. MEN.

*Vestimenta tua.*] Apud LXX. juxta textum Hebraicum legitur *ἰσχυατα, sanitates*, pro quo quidam legerunt, *ἰσχυατα, vestimenta*, ut notat S. Hieronymus. Hinc factum est, ut Interpres Barnabæ verterit, *vestimenta*, quod vocabulum sumpsit pro carne Tertullianus, Lib. de res. carnis. MEN. Sic legit quoque Interpres qui versionem antiquam ab Irenæo, Tertulliano, & Cypriano receptam adornavit. OXON.

*Exclamas.*] S. Cyprianus L. iiii. de testimonio, legit *exclamabis*, juxta Heb. & LXX.

*Nodum, & suadelam malorum.*] Lucifer L. i. pro Athanasio interpretatur *vinculum iniquitatis & obligationis*. Opinari quis posset, Interpretem nostrum scripsisse *suadelam manuum*, vel *sutelam malorum*. MEN.

*Suadelam malorum.*] Apud LXX. *χειροτονιαυ*, quod redditur *suadelam*, quia perorantes extensâ manu verba faciebant. OXON.

Imperitus Interpres *χειροτονιαυ* putavit compositam esse ex *χειρων* *deterior*; & verbum *τεινω* interpretatus est *contendere*, vehementer velle & niti persuadere. Quæ omnia inania sunt. In Heb. textu est *עצב של* *missio digiti*, quo fortè signo utebantur in testimonio, ut se ex animi sententia loqui significarent; unde addit Propheta & *loqui falsum*. Lxx. verterunt *χειροτονιαυ*, quia jurantes *ἔτεινον χεῖρα*, *tendebant manum* in cœlum. Fortè utrumque conjungendum, ita ut mos esset manus sublatae indicem erigere. CLER.

*Oportet &c.*] Usserius legit, *Oportet ergo non de instantibus multùm scrutantes scribere, quæ non possint sanare*. OXON. Vossius legit *his talibus*: Menardus, *instantibus*: Bernardus, *his statibus*.

habeamus errorem hujus temporis, ut futuro di- VET. INT.  
 ligamur. Non demus animæ nostræ spatium, ut  
 possit habere potestatem discurrendi cum nequif-  
 simis & peccatoribus; ne quando similemus illis.  
 Consummata enim tentatio, sicut scriptum est, Dan. ix.  
 sicut Daniel dicit, adpropinquavit. Propter 24. 27.  
 hoc enim Dominus <sup>3</sup> interdicat tempora & dies, <sup>3</sup> L. inter-  
 ut acceleret dilectus illius ad hereditatem suam. cidit.

Dicit sic Propheta: *Regna in terris decem regna-* — vii. 24.  
*bunt, & resurget retro pusillus, qui deponet tres*  
*in unum.* De regnis similiter. De hoc ipso di-

cit iterum Daniel: *Et vidi quartam bestiam, ne-* — 7. 8.  
*quam, & fortem, & sæviorem cæteris bestiis ma-*

*rinis: & apparuerunt illi decem cornua: & a-*  
*scendit aliud cornu breve in medio illorum; & de-*  
*jecit cornua tria de majoribus cornibus.* Intelli-

gere ergo debemus. Adhuc & hoc rogo vos  
 tamquam unus ex vobis, omnes amans super ani-

nam meam, ut adtendatis vobis; & non simile-  
 tis eis, qui peccata sua congerunt, & dicunt,  
 Quia testamentum illorum & nostrum est. Nos-

trum est autem, quia illi in perpetuum perdidit  
 illud, quod Moyses accepit. Dicit enim Ex. xxxiv.  
 Scriptura: *Et fuit Moyses in monte jejunans* 28.

*Futuro diligamur.]* Usserius ex per quod rex significatur; quem  
 conjectura legit, *futura diliga-* ideo appellat *pusillus*. MEN.  
*mus.* OXON.

*Demus.]* Usser. *debemus.* OXON. *Qui tres reges humiliabit, juxta*  
*Similemus.]* Similo neutraliter textum Heb. Græc. & versionem  
 fumitur. MEN. communem. MEN.

*Sicut scriptum est.]* Usserius *De regnis similiter.]* Subaudi  
 legit, *de qua scriptum est.* OXON. *dicendum est:* quæ nempe cum  
*Intercidit &c.]* Hæc respiciunt suis regibus ab illo potentiore  
 verba Domini, Mat. xxiv. 22. funditus evertentur. MEN.

Vide If. x. 23. OXON. *Quia testamentum &c.]* In-  
*Dilectus.]* Usser. *dilectos.* OXON. telligit Nazaræos, illisque simi-  
*Pusillus rex.]* Apostolus ver- les Christianos, qui legem Moy-  
 ba non reddidit, sed sensum, al- sis cum Evangelio retinebant.  
 ludens ad illud parvulum cornu, MEN.

- VET. INT. *quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & accepit testamentum à Domino, tabulas lapideas scriptas manu Dei.* Sed conversi in idola, perdidērunt illud: dicit enim Dominus Moyſi:
- Ex. xxxii. 7. & Deut. ix. 12. *Moyſes descende celerius, quia præteriit legem populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti. Et projecit Moyſes tabulas lapideas de manibus suis:*
- Ex. xxxii. 19. *& confractum est testamentum eorum; ut dilectio Jesu consignetur in præcordiis vestris, in spem fidei illius. Propter quod adtendamus novissimis diebus. Nihil enim proderit nobis omne tempus vitæ nostræ, & fidei, si non <sup>4</sup> modò iniquum & futuras tentationes habeamus; sicut dicit filius Dei, *Resistamus omni iniquitati, & odio habeamus eam.* Ergo considerate opera malæ viæ. Non separatim debetis seducere vos tamquam justificati; sed in unum convenientes inquirete, quod communiter dilectis conveniat & profit. Dicit enim scriptura: *Væ illis, qui sibi solis intelligunt, & apud se docti videntur!* Simus spiritales, simus templum consummatum Deo:*
- 4 F. odio.
- II. v. 21.

*In spem fidei illius.] Spes hinc sumitur pro retributione vitæ se ad aliis separare. Plaut. in Aucternæ, quæ datur fidelibus, ob fidem, quæ per dilectionem operatur, ut Tit. ii. 13. Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα. Expectantes beatam spem. MEN. Iniquum.] Iniquitatem. MEN. Usterius legit animum.*

*Seducere vos.] Seducere se, est se ab aliis separare. Plaut. in Aucternæ, quæ datur fidelibus, ob fidem, quæ per dilectionem operatur, ut Tit. ii. 13. Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα. Expectantes beatam spem. MEN. Iniquum.] Iniquitatem. MEN. Usterius legit animum.*

*Seducere se, est se ab aliis separare. Plaut. in Aucternæ, quæ datur fidelibus, ob fidem, quæ per dilectionem operatur, ut Tit. ii. 13. Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα. Expectantes beatam spem. MEN. Iniquum.] Iniquitatem. MEN. Usterius legit animum.*

*Tentationes.] Peccata, metonymicè, causa pro effectu. MEN.*

*Resistamus &c.] Hanc Christi sententiam in toto Evangelio non repereris: sed eam audivit ab ipso Christo, aut ab aliquo discipulo. Qualis est ista Pauli sententia, Act. xx. 35. MEN.*

*Malæ viæ.] Alludit ad viam duplicem, alteram lucis, alteram tenebrarum, de qua infra multis agit. MEN.*

*Simus spiritales.] Rectè: quia verè spiritualis est is, qui positâ sensûs proprii superbîâ, Dei sapientiam communitati consentiens sequitur. MEN. Vide 2 Cor. iii. 1.—4.*

*Simus templum.] Paulus hâc loquendi formulâ sæpe utitur. 1 Cor. iii. 16. 17. vi. 19. 2 Cor. vi. 16. Ephes. ii. 21. 2 Theſſ. ii. 4.*

in quantum est in nobis, meditemur timorem VET. INT. Dei, & custodiamus mandata illius.

*Clemens Alex. in Strom. II.*

Καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόσ- *Et Barnabas Aposto-*  
 τολος, Ὁαὶ οἱ συνελοὶ παρ' *lus, cum præposuisset, Væ* II. v. 21.  
 ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν *qui sunt intelligentes a-*  
 ἐπιστήμονες, προτάξας, *puđ seipfos, & coram se-*  
 ἐπήγαγεν, Πνευματικοὶ γε- *metipsis scientes; subjun-*  
 νώμεθα, ναὸς τέλειος τῷ *xit, Efficiamur spirituales,*  
 Θεῷ· ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐφ' ἡ· *& templum Deo perfectum:*  
 μῖν, μελετῶμεν τὸν φόβον *in quantum est in nobis,*  
 τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν *meditemur timorem Dei,*  
 ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολάς *& ejus præcepta servare*  
 αὐτοῦ, ἵνα ἐν τοῖς δικαίω- *contendamus; ut in il-*  
 μασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶ- *lius justificationibus læ-*  
 μεν. *temur.*

Dominus, non acceptâ personâ, judicat mundum. Unusquisque, secundum quæ facit, accipit: si fuerit bonus, bonitas eum antecedit; si nequam, merces nequitiae eum sequitur. Adtendite, ne quando quiescentes jam vocati addormiamus in peccatis nostris; & Nequam, accipiens potestatem nostram, suscitet & excludat à regno Domini. Adhuc & illud intelligite, cum videritis tanta signa & monstra in populo Judæorum, & sic

*Meditemur timorem Dei.] Jux-* *Suscitetur] Lege suscitetur, sci-*  
 ta illud, *II. xxxiii. 18. Cor* licet, adversus nos. *MEN. Post*  
*tuum meditabitur timorem. suscitetur* addit nos *OXON.*

*MEN.*

*Signa & monstra.] Respicit*

*Adtendite, ne &c.] Alludit signa & prodigia, quæ excidium*  
 ad parabolam decem Virginum. Hierosolymitanum comitaban-  
*Mat. xxv. MEN.* tur, à Domino prædicta, *Mat.*

*Potestatem nostram.] Nostram* *xxiv. OXON.*  
 pro nostri, i. e. in nos. *MEN. Et sic.] Quodd sic. MEN,*

VET. INT. illos dereliquit Dominus. Adtendamus ergo, ne  
 Mat. xxii. fortè, sicut scriptum est, *multi vocati, pauci e-*  
 14. *lecti*, inveniamur.

V. Propter hoc Dominus sustinuit tradere cor-  
 pus suum in exterminium, ut remissione peccato-  
 rum sanctificemur, quod est sparsione sanguinis  
 illius. Scriptum est enim de illo, quædam ad  
 IF. liii. 5. 7. populum Judæorum, quædam ad nos. Dicit  
 autem sic: *Vulneratus est propter iniquitates*  
*nostras, & vexatus est propter peccata nostra;*  
*sanguine illius sanati sumus. Tamquam ovis*  
*ad victimam adductus est: & sicut agnus co-*  
*ram tondente se, sic non aperuit os suum.* Super-  
 gratulari ergo debemus Domino, quia & præ-  
 terita nobis ostendit, & sapientes fecit; & de  
 futuris non sumus sine intellectu. Dicit au-  
 tem: *Non injustè tenduntur retia avibus.* Hoc

*Sparsione sanguinis illius.*] 1 Pet. i. 2. *Sparsio sanguinis* Christi est applicatio passionis illius. MEN.

*Scriptum est.*] Rectiùs, *Scripta sunt.* MEN.

*Dicit autem sic.*] Videntur deesse vocabula *ad nos.* MEN.

*Vulneratus est &c.*] IF. liii. Ubi hujus textûs membra sparsim habentur, non continuè: sed ea simul conjunxit Apostolus, facilitatis & brevilitatis causâ. MEN.

*Sanguine.*] Vulgo habetur *livore ejus*, juxta Hebræum תבורה quod propriè plagam significat, in qua sanies congregatur. MEN. Legisse videtur Int. τῷ αἵματι. OXON. Sensum hic sequutus est Barn. nam sub finem capitis vocem πληγῶν habet. CLER.

*Dicit autem.*] Videntur deesse vocabula *ad illos.* Nam ut primus locus ex Esaia citatus ad nos pertinet, quibus profuit sanguis Christi, Judæis repudiatis:

fic sequens Proverbiorum locus, ad illos, quos ostendit in tenebris ambulantes non potuisse retia & laqueos venantium evitare. MEN.

*Non injustè &c.*] Prov. i. 17.

juxta LXX. Ὁυ γὰρ ἀδικῶς ἐκτένονται δίχτυα πτερωτοῖς. In textu Hebraico sine ulla negatione habetur כִּי הֵם i. e. *Frustra enim.* Quæ verba quidam proferenda putant per interrogationem, quo pacto expositio Græca non discrepabit à textu Hebraico. MEN.

*Quia justè &c.*] Quemadmodum avibus justè retia tenduntur, si volando se forsitan humiliùs deprimant, cum possent ea se altiùs attollendo devitare: sic justè peribunt Judæi, qui, cum haberent lucem Scripturarum, in ea non ambulârunt, sed in tenebris; nec se in altum extulerunt, sed humi repperunt. MEN.



dicit, quia justè periet homo habens viam veri- RET. INT.  
 tatis, scientiam, & se à via tenebrosa non con-  
 tinet adhuc. Et ad hoc Dominus sustinuit pati  
 pro anima nostra, cùm sit orbis terrarum Domi-  
 nus; cui dixit die ante constitutionem sæculi:  
*Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem* Gen. i. 26.  
*nostram.* Quo modo ergo sustinuit, cùm ab ho-  
 minibus hoc pateretur, discite. Prophetæ ab  
 ipso habentes donum, in illum prophetaverunt.  
 Ille autem, ut vacuam faceret mortem, & de  
 mortuis resurrectionem ostenderet, quia in  
 carne oportebat eum adparere, sustinuit, ut  
 promissum parentibus redderet; & ipse, sibi

*Cui dixit.]* Videtur deesse  $\tau\theta$  creavit, cum priùs eodem die  
*Pater.* Nam inde probare con- brutas creâset animantes. Die  
 tendit Filii excellentiam, quòd sit etiam sexto, horâ sextâ, cruci  
 terrarum orbis Dominus, & quòd affixus fuit Christus, ut eodem  
 ei dixerit Pater, *Faciamus &c.* die, eademque hora, quibus  
 Quod etiam infrâ repetit C. vi. creatus, homo quoque redimere-  
 quem secuti sunt antiqui Patres, tur. De hora notat Origenes in  
 in probanda ejusdem Filii Dei Tract. 35. in Mat. MEN.  
 præstantia, & divinitate. *Faciamus &c.]* Non ut Ju-  
 Plurimi autem Patres asserunt, in dæis, Socinianis, & quibusdam  
 hominis creatione Patrem non Christianis malè feriat placet,  
 solum locutum esse Filio suo, hæc in plurali efferuntur, tan-  
 sed etiam Spiritui Sancto, cùm quam verba honoris, & pro mo-  
 dixit, *Faciamus hominem &c.* re regio. OXON.  
 Cur autem S. Barnabas & qui- *Donum.]* Prophetiæ videlicet.  
 dam Patres de Spiritu Sancto ta- Nam Prophetæ Dei spiritu affati  
 cuerint, ratio est, quia tan- prophetârunt. I Pet. i. 10. MEN.  
 tum de Christi divinitate & *Quia i. c. o. e. adparere.]*  
 excellentia agere animus erat. Discipulis post mortem. Sed lege,  
 MEN. *Et quia &c.* MEN.

*Die ante constitutionem sæculi.]*  
 Ante plenam & perfectam mundi  
 constitutionem, quia homine  
 nondum creato, non erat mundus  
 planè perfectus. Die enim  
 sexto, horâ sextâ, Deus hominem

*Sustinuit.]* Passus est. MEN.

Nam quòd unicuique nostrùm duo cohæreant *Angeli*, id est bonus & malus, Scriptura testatur : de bonis quidem, &c. De utrisque verò liber *Pastoris* plenissimè docet, *Lib. ii. Mand. vi. Cap. 2.*

*Collatione xiii. Cap. 12.*

Adjacere autem homini in quamlibet partem, arbitrii libertatem, etiam liber ille qui dicitur *Pastoris*, apertissimè docet ; in quo duo *Angeli* unicuique nostrùm adhærere dicuntur, id est bonus ac malus ; in hominis verò optione consistere, ut eligat quem sequatur. *Ibidem.*

*Prosper, Lib. contra Collatorem, Cap. 30.*

Post illud autem nullius auctoritatis testimonium, quod disputationi suæ de libello *Pastoris* inseruit, &c. *Ibidem.*

*Concilium Romanum, sub Gelasio.*

Liber, qui appellatur *Pastoris*, apocryphus. *Idem censet Nicephorus Constantinopolitanus, in fine Chronographiæ.*

*Maximus, in Lib. de divinis nominibus, Cap. 4.*

<p>Καὶ ἐπὶ τοῦ ποιμένος τὸν Ἑρμῶν τελειώσαντος, ὡς καὶ ἀνέγνωμεν ἐν τῷ Ποιμένι. Οὕτω καὶ ἐν τῷ Ποιμένι ἀνέγνωμεν.</p>	<p>Atque in Pastore Her- mam perficiente, sicut ibi legimus in <i>Pastoris</i> libro. Et paullò post : Sic etiam in <i>Pastore</i> legimus.</p>
---	---

*Walfridus Strabus, Visionibus Wettini. V. 675.*

Cœlicolas hominum custodes esse sacrata  
Scripta ferunt, Dominusque docens ostendit Iesus,  
Ante Patris faciem stantes servire fideles :  
Atque liber *Pastoris* opem demonstrat eandem.

*Liber*

*Liber Pontificalis, in vita Pii.*

Sub hujus Episcopatu, frater ipsius Hermes [Hermas] librum scripsit, in quo Mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cùm veniret ad eum in habitu Pastoris, ut sanctum Pascha die Dominicâ celebraretur. *Lege Martyrologia, Bedam, Adonem, Regionem, &c.*

*In Epistola prima earum, quæ Pio Papæ falsò adscribuntur.*

Nôsse vos volumus, quòd Pascha Domini, die Dominicâ, annuis solennitatibus sit celebrandum. Istit ergo temporibus Hermes [Hermas], doctòr fidei & Scripturarum, effulsit inter nos. Et licèt nos idem Pascha prædictâ die celebremus, quia tamen quidam inde dubitârunt; ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ Angelus Domini in habitu Pastoris apparuit, & præcepit ei, ut Pascha die Dominicâ ab omnibus celebraretur.

*Pseudo-Tertullianus, Lib. adversùs Marcionem.*

Post hunc deinde Pius; Hermas cui germine frater, Angelicus Pastor, \* quia tradita verba locutus.

\* qui.

*Nicetas ad illud Gregorii Nazianzeni Orat. 4. circa finem,*

πίστευε τὸν σύμπαντα κόσμον, ὅσος τε ὄρατος καὶ ὅσος ἀόρατος, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ Θεοῦ γενόμενον.

Crede quòd, quemadmodum in *Pastoris* libro habetur, unus est Deus, qui omnia creavit atque perfecit, & ex nihilo in rerum naturam produxit: Græcè, πίστευε ὅτι καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ποιμένι, Εἷς ἐστὶ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας, καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. *Lib. ii. Mand. I.*

*In vita S. Genovefæ, Cap. 4. apud Bollandum, 3. Jan.*

Duodecim enim virgines spirituales, quas Hermas, qui & Pastor nuncupatus est, in libro suo descripsit, ei individue comites extitere; quæ ita nominantur: Fides, Abſtinentia, Patientia, Magnanimitas, Simplicitas, Innocentia, Concordia, Caritas, Disciplina, Caſtitas, Veritas, & Prudentia. *Lib. iii. Sim. ix. Cap. 2, &c. & 15.*

---

---



---

## J. B. COTELERII JUDICIUM

DE

### S. HERMÆ PASTORE.

**Q**UOD in hominum judiciis solet contingere, ut alii plus quàm par est, alii minus tribuant, tertii modum servent ac æquitatem ; id si super libro Hermæ factum fuisset pronunciavero, non verebor ne à veritatis tramite censear aberrâsse. Scilicet excefferunt recti fines, quotquot *Pastorem* inseruerunt Catalogo Divinarum Scripturarum : cùm hodie ab universa Ecclesia extra Canonem legatur. Fuit autem ea sententia quarumdam Ecclesiarum ex illis Græciæ, apud quas, teste, post Eusebii Historiam Lib. iii. Cap. 3. Hieronymo in Tractatu de viris illustribus, publicè recitabatur. Credibile namque fit, partem Opus habuisse pro Canonico, partem pro Ecclesiastico : quo de ultimo dubitare nos non sinunt testimonia Athanasii in Epistola Paschali, & Rufini ad Symbolum ; sicut primum confirmatur tum per Auctores qui Hermæ scriptum inter dubia volumina, & ab aliquibus admissa, rejecta ab aliis recensent ; tum per antiquos Bibliorum codices manu exaratos, quorum nonnulli

nonnulli *Pastorem* quoque complectuntur, ut ille Bibliothecæ S. Germani; tum per manu scriptas veteres Stichometrias, quæ similiter Hermam continent; tum denique per Ecclesiæ Magistros ad eandem opinionem accedentes. Nam Irenæus ut Scripturam videtur citare. Clemens Alexandrinus divinam esse revelationem innuit. Tertullianus Lib. de Oratione Cap. 12. venerationem illius non improbat, absit modò superstitio. Catholici apud eundem Tertullianum, Libro de pudicitia, Montanistis opponunt, ad auctoritatem fidei confirmandam: quemadmodum, apud Athanasium, Ariani Catholicis. Origenes scripturam divinitus inspiratam putat, licet aliter sentientibus nolit fieri præjudicium. Cassianus denique testimonia inde desumpta cum textibus facris miscet.

At ex parte adversa multum de honore Hermæ *Pastori* debito detrahitur à Tertulliano ex antiquis. Ille mirum quantum mutatus per Montanistarum præstigias à Tertulliano, illo libri orthodoxi de Oratione conscriptore, *Pastoris* scripturam in Opere Hæretico de pudicitia sugillat, appellans *Apocrypham, falsam, adulteram, amatricem, patronam & sociam mæchorum*; afferensque, *ab omni concilio Ecclesiarum, etiam nostrarum Catholicarum, è Divino Instrumento expelli*. Ubi jocularis est error cujusdam ad Nonnum, quasi egerit Tertullianus de muliere adultera per Johannem Evangelistam initio Cap. viii. memorata.

Ab

Ab illis quoque minùs, quàm fatis sit, honorificè sentitur, qui in Origene *Pastoris* librum contemptui habent. Omitto Prosperum, quia mirum non est, quòd homo vivens inter Latinos suos, quibus penè ignotum fuisse *Pastorem* refert Hieronymus, nullum auctoritatem Operi ignorato tribuerit. Eusebium etiam prætereo, Hieronymum, Gelasium, Nicephorum CP. qui cum Nothis & Apocryphis numerant. Jam de iis appellationibus quid significant, sententiam meam protuli in Notis ad Barnabam. Addi tamen inibi dictis nunc velim, de illa divisione Scripturæ in Canonicam, Dubiam, & Apocrypham; Opus aliquod nec falsi nominis, nec doctrinæ noxiæ, appellari posse Apocryphum, quòd extra Canonem ab omnibus Ecclesiis collocetur. Atque eâ significatione, opinor, Hermæ *Paster* Nicephoro CP. Apocryphus est.

Venio ad recentiores; homines, ut equidem mihi videtur, duræ frontis. Quis enim, quæso, non obstupescat, cùm legerit nonnullorum judicia de volumine à tot tantisque viris tantopere celebrato? Hi librum optimum utilissimumque prædicant. Illi verò infamant atque exagitant, ut Novatianorum & Pelagianorum fontem, Montanistarum superstitionum gurgitem; insuperque fautorem Arianorum; ut fabulosum; ut (proh magna crimina!) liberi arbitrii, solitudinis Monasticæ, necnon Purgatorii adstructorem; ut ruditate Christianismi ac reliquiis Gentilitatis con-

spicuum ; ut Pseudepigraphum, supposititium ; ut alium ab eo, quem olim manibus terebant SS. Patres ; denique ut barbarum, atque per Hæreticos interpolatum, infertis erroribus ac fabellis. Quas accusationes & consimiles, frivolo aut nullo fundamento subnixas, cùm ad loca pervenerimus, si necesse visum fuerit, Deo dante, absque confutatione non relinquemus.

Medium itaque beati tenere, cùm olim, tùm nuper, quicumque Hermæ *Pastorem* judicavere *σύναγμα* non quidem Canonicum, sed Ecclesiasticum, ac optimæ notæ, & propugnaculum fidei Catholicæ adversùs Montani duritiam ; ad hæc fœtum Hermæ, Apostolici illius viri, (nulla quippe ratio contrarium evincit) quem Paulus in fine Epistolæ ad Romanos saluti jubet. Nam qui Hermetem seu Hermem in illius locum substituunt, aut utrumque confundunt, decepti videntur à fabula Libri Pontificalis ; ubi ad similitudinem Hermæ fingitur quidam Hermes, Pii Papæ primi frater, scriptor libri quo continebatur Mandatum Angeli, visi in habitu pastoris, de Paschate die Dominicâ celebrando. Quod commentum multi amplexi sunt, præcipueque nescio quis Poëta sub honesto Tertulliani nomine latens Lib. iii. adversùs Marcionem in fine ; item Epistolarum Papæ Pii fabricator Ep. i. Beda, Ado, alii, in Chronicis, in Martyrologiis ; nec non Auctor Catalogi Pontificum Romanorum, ab Ægidio Bucherio in Commentario ad Victorii Canonem



Canonem Paschalem editus, qui forsan ex Pseudo-Damafo debet emendari. Sed & facile fuit librariis, Hermam mutare in Hermem, & Hermem vice versâ in Hermam. Sicque fortassis apud Magistrum Sententiarum Lib. iv. Dist. 35. N. 5. ex Herma factus fuerit Hermes: similiterque in Rufiniana Origenis Interpretatione Lib. i. Cap. 3. de principiis, & Lib. iv. Cap. 2. Postremo sanè loco Caput primum Philocaliæ Hermam ostendit. Et contrâ fortè prædictus Poeta, *Hermes* scripserat, non *Hermas*; nisi si, quem errorem errâsse videtur Pseudo-Pius, Hermem & Hermam pro uno eodemque habuerit. Nec dissimili, quamvis aliâ depravatione, Editiones S. Hieronymi Libro de Nominibus Hebraicis, Capite de Epistola ad Romanos, exhibent *Ermon*, *anathematizantes mærorem*; cùm & res ipsa, & Capita de Numeris, de Actis Apostolorum *Ermen* reponendum persuadeant; tametsi *Ermon* quoque eodem sensu exponatur in Capitibus de Deuteronomio, de Jesu Navæ (ubi perperam *Emon* adparet) & de Psalterio.

Jam verò ex Rufini ad Symbolum verbis obscurioribus nascitur quæstio. Quæ si ita distinguantur, *Libellus qui dicitur Pastoris sive Hermatis, qui appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri*; unus noster liber quatuor geret nomina, *Pastor, Hermas, Duæ Viæ, Judicium Petri*. Sin autem ubi virgula conspicitur, major distinctio ponatur, duo puncta, vel punctum cum virgula;

duo constituentur libri binomines, alter *Pastoris*, sive *Hermatis*, alter *Duæ Viæ*, vel *Judicium Petri*. Equidem nullus dubito, quin diversa volumina extiterint : suspicor magis à Rufino scriptum, *Libellus qui dicitur Pastoris sive Hermatis ; quique appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri*. Rationes, cur Opera non confundam, hæ sunt.

1. De uno libello sic locutus fuisset, *Qui dicitur Pastoris, sive Hermatis, sive Duæ Viæ, vel Judicium Petri*.
2. In toto *Pastore* ne verbum quidem de Petro.
3. Pauciora de *Duabus Viis* profert initio Mandati vi. quam ut inde nomen acciperet. Certè multò plura apud Barnabam & in Constitutionibus Apostolorum, hoc denominationis iis scriptis non dedere.
4. Apertè B. Hieronymus in Catalogo *Judicium Petri* distinguit ab *Hermæ Pastore* : de primo enim differit in Petro, de secundo in Herma. Atque hæc ad Rufinum.

Ex Origenis autem verbis Lib. iv. Cap. 2. de principiis, in Philocaliæ Cap. 1. p. 22. *διὰ τοῦτο κ. τ. λ.* [Vide *Testimonia* p. 110.] conjecerunt viri docti, *Pastorem* Commentariis ab Origène fuisse illustratum. Quamquam loquitur dumtaxat de præfenti expositione, quam nempe eodem loci post *Hermæ* testimonium statim subjungit. Est & alius error nonnullorum adeò crassus, ut nec refutationis indigeat. Dicunt ab Hieronymo, in Prologo galeato, per *Pastorem* non intelligi librum *Hermæ*, sed Tertium Machabæorum, contortâ & longè petitâ utentes deductione ἀπὸ τῆς

τῆς παστάδος sive πασιδος: cūm ex aliis Hieronymi cæterorumque locis res manifestatissimè pateat.

Denique, cujus habemus Animadversiones multas ad nostrum Auctorem, Barthius, cūm passim labitur, tum contra antiquam eam Versionem Quatuor committit. Prius, appellando rusticam, semibarbaram, semiveterem: quod neutiquam est. Alterum, temere & absque ulla ratione, imò contra omnem rationem affirmando, Epitomen magis esse, quàm Interpretationem. At aliter rem se habere, liquet ex convenientia textuum à Veteribus prolatorum. Equidem videntur ista citari ex *Pastore* à Clemente Strom. ii. p. 384. προηγείται μὲν πίστις, φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη. *Præcedit quidem fides, timor verò ædificat, perficit autem caritas*: quæ ibi non inveniuntur; verùm Clementis sunt, sua Hermaicis interferentis. Tertium commissum, quando futilibus conjecturis hariolatur, scriptam fuisse post Hieronymi tempora, & ab Anastasio Bibliothecario. Esto, concedamus barbariem ubique redolere: num eadem de causa antiquissimam Irenæi Interpretationem Anastasio adscribemus? Sed Hieronymus testatur, plerisque sui temporis Latinis Hermæ volumen ignorari. Quid inde? At multò antea plebi Africanæ notissimum extitit: utpote ex cujus lectione mos invaluerat *adsignatâ oratione assidendi*, ut verbis utar Tertulliani. At à Latinis Catholicis, tempore Zephyrini ac ejusdem Tertulliani,

## 126 COTELERII JUDICIUM.

tulliani, ad jugulandam Montani impietatem adhibebatur. Sanè ante Anastasium ab Hieronymo, Rufino, Cassiano, Gelasio, Beda, & Walfrido Strabo, Latinis Scriptoribus memoratur. An necesse est, ut omnes isti Græcè legerint, & non ex nostro Interprete? Transeo reliqua Barthii momenta, pulvere ventoque leviora, ut ultimum illius peccatum attingam. In eo autem consistit, quòd Johanni Tarino eam affingit opinionem, de qua vir ille eruditissimus οὐδὲ κατ' ὄναρ, quasi ad Philocaliæ Cap. 1. Rufino adscripserit *Pastoris* Latinam translationem. Nos ut nihil certi afferre possumus, ita suspicamur per prima Ecclesiæ tempora Latinos non caruisse laudatissimi Operis versione: eam verò aliam à Nostra fuisse, nihil nos cogit dicere.

Capitum Lemmata absunt a codicibus MSS. Gallicanis.

---

*Johannis Clerici brevis notatio de S. Hermæ  
Pastoris Codd. MSS.*

Ex multis indiciis intelligere est, Anglicanos codices meliores esse iis, ex quibus expressæ sunt vulgatæ Hermæ editiones. Sed duo sunt potissimum, ex quibus hoc colligere liceat. Alterum est, voces bene Latinas, sed sæculis barbaris minùs usurpatas, in iis comparere, quæ in notiores sequiore ævo mutata leguntur in aliis codicibus. Alterum, alias voces barbaras  
quidem

quidem illas, sed ante aliquot sæcula non ampliùs usitatas in iis occurrere, quæ non leguntur in editionibus.

- 
- ANG. denotat MSS. Anglicanos B. & L.  
 B—————MS. Bibliothecæ Bodleianæ.  
 C—————Carmelitarum Excalceatorum  
                   suburbii Parisiensis.  
 G—————S. Germani.  
 L—————Bibliothecæ Lambethanæ.  
 V—————S. Victoris.
- 

I N D E X C A P I T U M  
 P A S T O R I S.

L I B. I. V I S I O N E S.

- I. **C**Ontra turpes & elatas cogitationes, & negligentem  
*Hermæ filiorum castigationem.* p. 129  
 II. *Rursum de negligenti uxoris loquacis & filiorum libidino-*  
*forum castigatione, & ejus modo.* 134  
 III. *De triumphantis Ecclesiæ structurâ, & variis homi-*  
*num reproborum ordinibus.* 139  
 IV. *De tentatione & tribulatione hominibus superventura.*  
 154

L I B. II. M A N D A T A.

- Proœmium.* 159  
 I. *De fide in unum Deum.* 161  
 II. *De fugienda obtretatione, & elemosyna facienda in*  
*simplicitate.* ibid.  
 III.

III. De fugiendo mendacio, & Hermæ pœnitentia ob simulationem.	p. 165
IV. De dimittenda adultera.	167
V. De tristitia cordis, & patientia.	176
VI. De agnoscendis uniuscujusque hominis duobus Geniis, & utriusque inspirationibus.	184
VII. De timendo Deo, & Dæmone non metuendo.	189
VIII. Declinandum esse à malis, & facienda bona.	192
IX. Postulandum à Deo assiduè, & sine hæsitatione.	197
X. De animi tristitia, & non contristando Spiritum Dei, qui in nobis est.	202
XI. Spiritus & prophetas probari ex operibus : & de duplici Spiritu.	209
XII. De duplici cupiditate : Dei mandata non esse impossibilia : & Diabolum non metuendum credentibus.	211

## LIB. III. SIMILITUDINES.

I. Nos, qui in hoc mundo permanentem civitatem non habemus, debere inquirere futuram.	222
II. Ut vitis ulmo fulcitur ; sic dives oratione pauperis juvatur.	226
III. Ut hyeme virides arbores ab aridis : sic in hoc sæculo justis ab injustis internosci non possunt.	228
IV. Ut æstate vividæ arbores ab aridis, fructu & virentibus foliis internoscuntur : sic in futuro sæculo justis ab injustis beatitudine differunt.	229
V. De vero jejunio, & ejus mercede ; tum & de corporis munditia.	230
VI. De duplici genere hominum voluptariorum, & eorum morte, defectione, & pœnarum duratione.	240
VII. Pœnitentibus faciendos esse pœnitentiæ dignos fructus.	250
VIII. Electorum, & pœnitentium peccatorum multa sunt genera : omnes autem, pro pœnitentiæ & bonorum operum suorum modo, habebunt mercedem.	252
IX. Ædificandæ militantis & triumphantis Ecclesiæ mysteria maxima.	265
X. De Pœnitentia & Eleemosyna.	306

---

---

S. H E R M Æ  
P A S T O R.

---

L I B E R P R I M U S,

Qui inscribitur

V I S I O N E S.

V I S I O I.

*Contra turpes & elatas cogitationes, & negligentem Hermæ filiorum castigationem.*

I. **Q**UI enutriverat me, vendidit quamdam puellam Romæ. Post multos autem annos hanc visam ego recognovi; & cœpi eam diligere ut sororem. <sup>1</sup> Ex-acto autem tempore aliquo, lavari eam in flumine Tiberi vidi; & porrexi ei manum, & eduxi eam è flumine. <sup>2</sup> Visaque eâ, cogitabam in corde meo, dicens: Felix essem, si talem ux-

<sup>1</sup> B. & L. Post tempus aliquod. <sup>2</sup> G. C. B. & L. Vifa- VAR. LECT] que eâ dixi: Felix essem, si talem uxorem haberem; & speciem cùm vidissem, cogitabam in corde meo dicens: Felix essem, si talem uxorem haberem & specie & moribus. Hoc solum cogitavi, nec ultrâ aliquid cogitavi.

*Ut sororem.]* Durante primo dicitur, *Conjugi tue, que futura Christianæ pietatis ardore, con- est soror tua.* Hinc ansa data, jugati subinde, ex consensu, tho- mulieres subintroductas retinendi. ri commerciis abstinebant; & ux- OXON.  
or in sororem cessit: unde infra

PARS I.

I

orem & specie & moribus fortitus effem. Hoc solum, nec ultrà quidquam cogitavi. Post tempus autem aliquod cum iis cogitationibus proficiscens, honorificabam creaturam Dei, <sup>3</sup> cogitans quàm magnifica & pulcra sit. Et dum ambulàsssem, obdormivi. Et spiritus me rapuit, & tulit me per quemdam locum ad dexteram, per quem non poterat homo iter facere. Erat autem locus ille in rupibus, & abruptus, <sup>4</sup> & inuius ab aquis. Cumque transissem locum illum, veni ad planitiem; & genibus positus cœpi orare Dominum, & confiteri peccata mea. Et orante me, apertum est cœlum; & video mulierem, quam concupiveram, salutantem me de cœlo, & dicentem: Herma, ave. Et ego prospiciens illam, dico ei: <sup>5</sup> Domina, quid tu hîc facis? At illa respondit mihi: <sup>6</sup> Recepta sum <sup>7</sup> huc, ut peccata tua arguam apud Dominum. Domina, inquam, num tu me argues? Non, inquit. Sed audi verba, quæ tibi <sup>8</sup> dictura sum. Deus, qui in cœlis habitat, & condidit ex nihilo ea quæ sunt, & multiplicavit propter sanctam Ecclesiam suam, irascitur tibi, quoniam peccâsti in me. Respondens dico ei: Domina, si in te ego peccavi, ubi, aut quo in loco, aut quando tibi turpe verbum aliquod locutus sum? <sup>9</sup> Nonne semper te quasi Dominam arbitratus sum? Nonne semper te reveritus sum ve-

Origenes  
ad Joh. i. 1.

VAR.LECT. <sup>3</sup> *Deest* in G. & V. <sup>4</sup> *Deest*. <sup>5</sup> L. Domina mea, quid hîc? Præcepta sum à Domino, ut peccata tua arguam. Domina, nunc tu me arguis? <sup>6</sup> C. Præcepta. <sup>7</sup> *Deest*. <sup>8</sup> C. & L. incipio dicere <sup>9</sup> L. Num semper te, ac si Deam.

*Domina.*] Hermas Κυρία πο- *Mulieres statim ab anno decimo-*  
fiterat, quo modo Johannes in *quarto à viris domina appellan-*  
Ep. ii. 1. ἐκλεκτῇ Κυρία. Epictet- *tur. Cor.*  
us Cap. lxii. Ἄι γυναῖκες εὐθὺς *Deus qui &c.] Vide infra*  
ἀπὸ τεσσαρτηκταίδεκα ἐτῶν ὑπὸ *Lib. ii. Mand. i.*  
τῶν ἀνδρῶν Κύρια καλοῦνται.



lut forem? <sup>1</sup> Quid in me comminisceris hæc tam nefanda? Tunc illa arridens mihi, ait: In corde tuo ascendit concupiscentia nequitiae. <sup>2</sup> An non videtur tibi, viro justo rem <sup>3</sup> iniquam esse, si ascenderit in corde <sup>4</sup> mala concupiscentia? Peccatum est ei, & quidem grande. Justus enim vir justa cogitat. Cogitante ergo illo quæ justa sunt, & rectè eo incedente, in cœlis propitium habebit Dominum, in omni negotio suo. Qui autem nefanda cogitant in cordibus suis, mortem & captivitatem <sup>5</sup> assument: maximè ii, qui sæculum hoc diligunt, & gloriantur in divitiis suis; & qui non expectant futura bona, <sup>6</sup> vacuantur animæ eorum. Hæc autem faciunt dubii, qui non habent spem in <sup>7</sup> Domino, & contemnunt & negligunt vitam suam. Sed tu ora ad Dominum; & sanabit peccata tua, totiusque domûs tuæ, & omnium Sanctorum.

II. Postquam autem locuta est verba hæc, clausi sunt cœli. Et ego totus eram in mœrore & metu; & dicebam intra me: <sup>1</sup> Si hoc mihi peccatum adscribitur; quo modo potero salvus esse? Aut quo modo exorabo Dominum pro peccatis meis <sup>2</sup> abundantissimis? Quibus verbis rogabo Dominum, ut mihi propitius sit? Hæc me recogitante & discernente in corde meo; video contra me cathedram de lanis candidis, sicut nix, factam magnam. Et venit mulier anus Hieron. in Osee vii. 9. in veste <sup>3</sup> splendida, habens librum in manu; &

<sup>1</sup> Quid mei commemoraris. <sup>2</sup> Aut non. <sup>3</sup> C. & L. VAR. LECT. favam. <sup>4</sup> L. illius ei equidem magnum. <sup>5</sup> sibi assument. <sup>6</sup> MSS. vagantur. <sup>7</sup> L. Deo. <sup>1</sup> L. Et si. <sup>2</sup> pessimis? Quantis. <sup>3</sup> candida.

*Dubii.* ] Διψυχος auctorem scripsisse ex Clemente Alex. discimus. Vide S. Jac. i. 8. OXON.

fedit <sup>4</sup> sola, & salutavit me : Herma, ave. Et ego mœstus & plorans, dixi : Domina, ave. Et illa dixit mihi : Quid mœstus es, Herma, qui <sup>5</sup> eras patiens, & modestus, & semper hilaris ? Respondens dico ei : Domina, <sup>6</sup> contumelia mihi objecta est à muliere optima, dicente, <sup>7</sup> quòd peccavi in eam. At illa dixit mihi : Absit à servo Dei res ista. Sed fortè in corde tuo ascendit <sup>8</sup> illius <sup>9</sup> concupiscentia. Est quidem in servis Dei talis cogitatio, peccatum inferens. Non enim debet hæc cogitatio abhorrenda esse in servo Dei; neque <sup>1</sup> spiritus probatus concupiscere malum opus; & præcipuè Hermas, qui est continens ab omni <sup>2</sup> concupiscentia scelestâ, & est omni simplicitate plenus, & innocentia magnâ.

III. Verumtamen non causâ tui irascitur Dominus; sed propter domum tuam, quæ nefas admisit in Dominum, & in parentes suos. Et tu, cum sis amator filiorum, non commonuisti domum tuam, sed dimisisti illos <sup>1</sup> conversari violenter; propter hoc <sup>2</sup> enim irascitur tibi Dominus: sed <sup>3</sup> sanabit omnia, quæ <sup>4</sup> in te gesta sunt mala in domo tua. Propter illorum enim peccata & iniquitates, consumptus es à sæcularibus negotiis. Jam enim misericordia Dei miserta est tui, & domûs tuæ, & <sup>5</sup> conservavit te in gloria. Tu tantum noli vagari; sed animæquus esto, & conforta domum tuam. Tamquam ærarius producens opus suum, <sup>6</sup> exponit ei cui vult: sic & tu verbum quotidianum <sup>7</sup> justum docens, ab-

VAR.LECT. <sup>4</sup> Singularis. <sup>5</sup> G. es. <sup>6</sup> ANG. lascivia. <sup>7</sup> G. quoniam. <sup>8</sup> illa. <sup>9</sup> Deest. <sup>1</sup> C. spiritu. <sup>2</sup> L. pollutione. <sup>3</sup> C. & L. conviolarî sævè. <sup>4</sup> L. Deest. <sup>5</sup> sanavit omnia quæ ante gesta sunt in domo tua mala. <sup>6</sup> C. & G. ante. <sup>7</sup> G. C. & L. confortavit. <sup>8</sup> obtinguit. <sup>9</sup> C. optimum. L. justè.

[Concupiscentia.] Hæc voce utitur in notione in Scholis recepta.  
OXON.

scindes grande peccatum. <sup>8</sup> Non desinas ergo commonere natos tuos : scit enim Dominus, quod pœnitentiam agent ex toto corde suo; & <sup>9</sup> scribet te in libro vitæ. Cumque finisset verba hæc, ait mihi : Vis audire me legentem? Dico <sup>1</sup> ei : Domina, volo. Esto ergo auditor. Et revoluto libro, legebat <sup>2</sup> gloriose, magnifice, & mirifice, <sup>3</sup> quæ non poteram in memoria retinere. Erant enim verba terrificæ, quæ non poterat homo sustinere. Novissima tamen verba memoriæ mandavi; erant enim pauca, & utilia nobis: Ecce Deus virtutum, qui invisibili virtute, & magno sensu suo condidit mundum, & honorifico consilio <sup>4</sup> circumdedit decorem creaturæ suæ, & fortissimo suo verbo confixit cœlum, & fundavit terram super aquas, & virtute suâ potenti condidit sanctam Ecclesiam suam, quam benedixit; ecce transferet cœlos ac montes, colles ac maria; & omnia <sup>5</sup> plena fient electis ejus; ut reddat illis repromissionem quam repromisit, cum multo honore & gaudio <sup>6</sup> servaverint legitima Dei, quæ acceperunt in magna fide.

IV. Cumque consummasset legendo, exfurrexit de cathedra : & venerunt quatuor juvenes, & tulerunt cathedram ad Orientem. Et vocavit me ad se, & tetigit pectus meum, aitque mihi : Placuit tibi lectio mea? Dico ei : Domina, hæc mihi novissima placent; priora autem sæva & dura sunt. At illa ait mihi : Hæc novissima <sup>1</sup> istis; priora autem refugis & Ethnicis. Et cum loqueretur mecum, duo <sup>2</sup> quidam viri apparuerunt; & sustulerunt illam <sup>3</sup> humeris, & abierunt, ubi & cathedra erat, ad

<sup>8</sup> Ne. <sup>9</sup> describentur in. <sup>1</sup> C. & ego. <sup>2</sup> L. glorias. VAR. LECT.  
<sup>3</sup> quas. <sup>4</sup> Desunt circumdedit --- fortissimo. <sup>5</sup> B. C. L. & V. plana. <sup>6</sup> C. L. & V. si servaverint. <sup>1</sup> L. iustis. <sup>2</sup> V. quidem. <sup>3</sup> L. in humerum.

Orientem. Hilaris autem discessit. Et cùm abiret, ait mihi: Confortare, Herma.

## V I S I O II.

*Rursum de negligenti uxoris loquacis & filiorum libidinosorum castigatione, & ejus modo.*

¶ F. Cumis. I. **C**UM verò proficiscerer <sup>a</sup> cum his, circa illud tempus quo & anno priore, <sup>1</sup> ambulans, commemoratus sum anni prioris visionem. Rursumque me abstulit spiritus, & <sup>2</sup> duxit me in eundem locum, quo anno primo; <sup>3</sup> & honorificavi nomen ejus, quòd dignum me arbitratus sit, & manifestaverit mihi peccata pristina. Et cùm surrexissem ab oratione, <sup>4</sup> video contra me anum illam, quam & anno superiore videram, ambulans, & legentem libellum aliquem. Et ait mihi: Potes hæc electis Dei renunciare? Dico ei: Domina, tanta in memoria retinere non possum; da autem mihi libellum, & describam. Accipe, inquit, & restituas mihi illum. Ut <sup>5</sup> autem accepi, in quemdam locum agri <sup>6</sup> sedens, descripsi omnia ad literam; non inveniebam enim syllabas. Cumque consummâssem scripturam libelli, subito de manu mea raptus est libellus; à quo autem non vidi.

II. Post quindecim autem dies, cùm jejunâssem, multumque rogâssem Dominum, revelata

VAR. LECT. <sup>1</sup> G. videram, ambulans. <sup>2</sup> L. eduxit. <sup>3</sup> cumque venissem ad illum locum, positus genibus cœpi orare Dominum, & honorificare. <sup>4</sup> C. & L. audivi. <sup>5</sup> L. eum. <sup>6</sup> C. G. & L. sedens.

[*Syllabas.*] Quo modo vetustissimâ. Locum hunc laudat Clemens. <sup>5</sup> fimi codices MSS. descripti con- Alex. Strom. vi. & addit τειλέ-  
spiciuntur, perpetuâ literarum se- cas, non inveniebam syllabas fini-  
rie, nullâ vocum distinctione fac- re. OXON.

est mihi scientia scripturæ. Erat autem scriptura hæc: Semen tuum, Herma, deliquit in Dominum, & prodiderunt parentes suos in nequitia magna. Et audierunt proditores parentum, & <sup>1</sup> prudentes profecerunt. Sed etiam nunc adjecterunt <sup>2</sup> peccatis suis libidines, & commaculationes nequitiae, & sic impleverunt iniquitates suas. Sed impropria verba hæc filiis tuis omnibus, & conjugii tuæ, quæ futura est soror tua. Et ipsa <sup>3</sup> enim compefcet linguam suam, in qua malignatur; <sup>4</sup> & auditis verbis his, continebit se, & <sup>5</sup> consequetur misericordiam. <sup>6</sup> Erudietur enim, postquam impropertaveris <sup>7</sup> illi hæc verba, quæ mandavit ille Dominator, ut <sup>8</sup> tibi revelentur. Tunc remittentur illis peccata <sup>9</sup> quæ jam pridem peccaverunt, & omnibus sanctis, qui peccaverunt usque in hodiernum diem, si ex toto corde suo egerint pœnitentiam, & abstulerint à cordibus suis dubitationes. Juravit enim Domi-

<sup>1</sup> prodentes. <sup>2</sup> G. peccata peccatis. <sup>3</sup> L. etiam. VAR.LECT.  
<sup>4</sup> C. & G. fed. <sup>5</sup> L. habebit. <sup>6</sup> V. Erudientur. <sup>7</sup> illis.  
<sup>8</sup> G. Decst. <sup>9</sup> L. qui.

*Conjugi tuæ &c.*] Scilicet, per *in carne, nunc in spiritu, sociam;* continentiam. Vide Lib. iii. Simil. *de conjugæ germanam, de femina* ix. 11. Clemens Alex. Strom. *virum, de subjecta parem, quæ* iii. & vi. ad 1 Cor. ix. 5. ait, *sub eodem jugo ad cœlestia simul* mulieres ab Apostolis circum- *regna festinat.* Nec operam per- ductas fuisse, non tamquam ux- *des si legeris Canones, Concilii* ores, sed tamquam sorores. Con- *Arvernensis 13. ii. Turonensis 12.* sule Theodoritum Hist. L. iv. & i. Matisconensis 11. Sicut au- *& i. Matifconensis 11.* tem laudantur conjuges sorores, *seu sponsæ sorores;* ita vitupe- *rantur virgines sorores:* quod *videre licet in Can. 19. Ancyrano,* *in Tertull. de jejun. in Hieron.* *epist. 22. & in Cod. Theodos.* *de Episcopis & Clericis lege 44.* *Cor.*

*Cogor amore etiam Placidina pau-*  
*ca referre,*

*Quæ tibi tunc conjux, est modò*  
*caræ soror.*

Præclarè, ut omnia, Hieronymus, *Si ex toto corde &c.*] De die & alibi sæpe, & Epist. 28. ad *pœnitentiæ præfinita, vide Heb.* Lucinimum: *Habes tecum, priùs* iii. §. OXON.

nator ille, per gloriam suam, super electos suos, præfinitâ istâ die, etiam nunc si peccaverit aliquis, non habiturum<sup>1</sup> illum salutem. Pœnitentiæ enim justorum habent fines. Impleti sunt dies pœnitentiæ omnibus sanctis: gentibus autem pœnitentia usque in novissimo die. Dices ergo eis qui præfunt Ecclesiæ, ut dirigant vias suas in justitia; ut recipiant in pleno repromissionem, cum multa gloria. Permanete ergo qui operamini justitiam; & sic facite, ut<sup>2</sup> sit transitus vester cum sanctis Angelis. Felices vos, quicumque sustinetis pressuram supervenientem magnam, & quicumque non negaverit vitam suam. Juravit enim Dominus per Filium suum: Qui denegaverit Filium<sup>3</sup> & se, spondentes se vitam illius, & ipsi denegaturi sunt illum in advenientibus diebus. Ii autem, qui numquam denegaverint, ob nimiam misericordiam propitius factus est illis.

III. Tu autem, Herma, noli meminisse<sup>1</sup> injuriarum filiorum tuorum, sed nec sororem tuam<sup>2</sup> negligas; sed cura ut emendentur à pristinis peccatis. Erudientur enim doctrinâ istâ, si tu jam non fueris memor<sup>3</sup> injuriæ illorum. Memoria enim<sup>4</sup> injuriarum mortem operatur; obli-

VAR. LECT: <sup>1</sup> V. illam. <sup>2</sup> fiat. <sup>3</sup> C. & L. seque despondentes vitam suam; qui nunc denegaturi sunt in &c. <sup>1</sup> C. malorum. <sup>2</sup> L. finas. <sup>3</sup> C. G. & L. malitiæ. <sup>4</sup> malorum.

*Transitus vester.*] Tertull. de *nitatem non mori, sed manere* patientia C. ix. *Profectio est, quam cum Christo; & dormitionem e-*putas mortem. Athanasius de *jus, transitum esse, non mortem.* virginitate, Οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς COT. Mors fidelium *transitus* δικαίως θανάτου, ἀλλὰ μετάθεσις. est ad gloriam, & eorum animæ Hieron. Epist. 3. *Intelligeres illum* per Angelos in sinum Abraham emori, sed emigrare, Epist. 34. hæ deportantur. Luc. xvi. 22. ad Julianum, *Quod sanctissimam* OXON. *conjugem tuam, non quasi mor-* *tuam, sed quasi proficiscentem de-* x. 33. *duxeris.* Et adv. Jovinianum, L. i. *Nimiam.*] Idem valet quod C. 14. *Ex quo ostenditur, virgi-* *summam.* OXON.

vio verò <sup>5</sup> earum vitam æternam. Tu autem, Herma, magnas tribulationes sæculares sustinuisti, propter prævaricationes domûs tuæ; quoniam illas, ut ad te nihil pertinentes, neglexisti; & in negotiationibus tuis <sup>6</sup> malignis implicitus es. Sed illud te saluum faciet, quòd non discesseris à Deo vivo; & simplicitas tua, & <sup>7</sup> singularis continentia saluum facient te, si permanferis. Et omnes salvos facient, quicumque hujusce-modi operantur, & ingrediuntur in innocentia & simplicitate. Hi qui hujusmodi sunt, invalescent adversus omnes nequitias, & permanebunt in vitam æternam. Felices omnes, qui operantur justitiam, non absumentur usque in <sup>8</sup> vitam æternam. Dices autem: Ecce magna tribulatio venit. Si tibi videtur, iterum nega. Prope est Dominus convertentibus, sicut scriptum est in <sup>9</sup> Heldam & Modal, qui vaticinati sunt in solitudine populo.

Num. xi.  
26, 27.

IV. Revelatum autem est mihi, fratres, dormienti, à juvene specioso, & dicente mihi: Annum illam, à qua accepisti libellum, quam putas

<sup>5</sup> malorum. <sup>6</sup> G. magnis. <sup>7</sup> G. & L. nimia. <sup>8</sup> G. VAR.LECT. æternum. <sup>9</sup> L. Holda & Meda.

*Si tibi videtur &c.*] Scilicet senibus, à Mose electis ad gubernandum populum Israeliticum, aut extra numerum LXX positi, pari tamen dignitate; super quos, cùm, jubente Mose, ut omnes ad ostium tabernaculi starent, remansissent in castris, tunc

*In Heldam &c.*] Istorum prophetarum nomina Num. xi. 26. prophetiæ dono, non quidem 27. in Heb. & Vulg. sunt Eldad temporario, ut reliquos ex LXX; & Medad; in LXX. Ἐλδὰδ καὶ si fides Basilio, sed permanenti. Ἰωδὰδ. Inter veteres alii scribunt Atque ex hac sacræ Scripturæ Ἰωδὰδ, alii Ἐλδὰδ καὶ Ἰωδὰδ historia, antiquus aliquis ansam accepit fabricandi librum sub persona & nomine eorum prophetarum; cujus apocryphi, præter porro Eldadus & Medadus duo Hermam, alii meminerunt. Cor.

esse? Et ego dixi: Sibyllam. Erras, inquit, non est. Quæ est ergo, Domine? Et dixit mihi: Ecclesia Dei est. Et dixi ad illum: Quare ergo anus est? Quoniam, inquit, omnium prima creata est, ideo anus; & propter illam mundus factus est. Post hæc autem visionem vidi in domo mea; & venit illa anus, & interrogavit me, si jam libellum <sup>1</sup> dedissem Senioribus? Et respondi: Adhuc non. <sup>2</sup> At illa dixit: Bene fecisti; habeo enim quædam verba edicere tibi. Cùm autem consummavero omnia verba, apertè <sup>3</sup> scientur ab electis. Scribes ergo duos libellos, & mittes unum Clementi, & unum <sup>4</sup> Graptæ. Mittet autem Clemens in exteras civitates; illi enim

VAR. LECT. <sup>1</sup> suum. <sup>2</sup> Et. <sup>3</sup> G. & L. scient electi. <sup>4</sup> L. Grappatæ.

*Sibyllam.*] Cur Hermas non qui hanc etiam Hermas credi appellaret *Sibyllam*, mulierem visam in forma *Sibyllæ*, hoc est, ut congregatio ac communio, non anum, & cum libro præ manibus? Cor. *Sibylla*, anus fatidica. fidelium, omni creaturâ antiquiorem dixisse videtur. GRAB.

*Scribes ergo &c.*] Similis locus Apocal. i. 11. Expositio autem allegorica Origenis non impedit, quò minùs scripta videantur hæc sub Clemente Pontifice, qui à Presbyteris separatim memoratur, cuique soli demandatur provincia mittendi ad exteras civitates, vivente Romæ quâdam feminâ pietatis conspicuâ, Diaconissâ forsitan, vocatâ *Grapte*; quod nomen reperies etiam in Josepho de Bell. Jud. L. v. C. 9. Cor. *Clementi.*] Clementem Romæ Episcopum intelligere videtur, qui, pro muneris sui ratione, literas encyclicas, systaticas, & formatas ad vicinas Ecclesias frequenter dirigit, & earum rebus consulit; quod ex Epistolis ad Corinthios missis constat. Oxon.



permissum est: <sup>5</sup> Grapte autem commonebit vi-  
duas & orphanos. Tu autem leges in hac civi-  
tate cum Senioribus, qui præsunt Ecclesiæ.

*Ista sic leguntur apud Origenem, Philocaliæ  
C. 1. ex L. iv. C. 2. περὶ ἀρχῶν.*

Γράψεις δύο βιβλία, *Et scribes duos libel-* Ex interpr.  
καὶ δώσεις ἐν Κλήμεντι, *los, & dabis unum Cle-* Ruf.  
καὶ ἐν Γραπῇ. Καὶ *menti, & unum Graptæ.*  
Γραπτὴ μὲν νοουθήσει *Et Grapte quidem com-*  
τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρ- *moneat viduas & orpha-*  
φανούς. Κλήμης δὲ πέμ- *nos. Clemens verò mittat*  
ψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις. *per omnes civitates quæ*  
Σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς *foris sunt. Tu verò an-*  
πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλη- *nunciabis Presbyteris Ec-*  
σίας. *clesiæ.*

<sup>5</sup> Grappate.

VAR.LECT.

*Grapte &c.] Grapte, Ecclesiæ Tu autem &c.] Tu ipse cum*  
Romanæ προεβύτις, *fœminas & Ecclesiæ Presbyteris transigas.*  
juniores commonefaciet. OXON. OXON.

### V I S I O III.

*De triumphantis Ecclesiæ structura, & variis  
hominum reproborum ordinibus.*

I. **V**ISIO quam vidi, fratres, visio talis e-  
rat. Cùm jejunâssem frequenter, &  
precatus essem Dominum, ut mihi ostenderet re-  
velationem, quam pollicitus est ostendere per  
anum illam; eadem nocte apparuit mihi anus il-  
la, & dixit mihi: Quoniam sic 'langues, & soli-  
citus es ad sciendum omnia; veni in agrum,

' B. egens es. L. egenus es. G. jejunus.

VAR.LECT.

ubi vis, & circa horam sextam manifestabo me tibi, & ostendam tibi quæ oporteat te videre. Rogavi illam, dicens: Domina, in quem locum agri? Ubi, inquit, vis, elige locum bonum, secretum. Antequam autem<sup>2</sup> loqui cœpissẽm, & dicere ei locum, ait mihi: Veniam ubi vis. Fui ergo, fratres, in agro, &<sup>3</sup> observavi horas, & veni in locum ubi constitueram ei venire. Et video subsellium positum: erat cervical<sup>4</sup> lineum; & super linteum expansum carbasinum. Videns hæc posita, & neminem esse in loco; stupere cœpi, & capilli mei<sup>5</sup> exsurrexerunt, & quasi<sup>6</sup> horror me comprehendit, cum essem solus.  
<sup>7</sup> Ad me autem reversus, & memoratus<sup>8</sup> gloriam Dei; & acceptâ audaciâ, positis genibus confitebar Deo iterum peccata quæ priùs. Ecce venit illuc cum juvenibus sex, quos & antè videram; & stetit post me orantem, & audiebat me orantem, & confitentem Domino peccata meâ. Et tangens me, dixit: Desine jam pro peccatis tuis tantum orare. Ora & pro iustitia, ut accipias partem ex ea in domo tua. Et erexit me de loco, & apprehendit manum meam, &<sup>9</sup> adduxit me ad subsellium, & ait illis juvenibus: Ite, & ædificate. Postquam autem discesserunt juvenes, & nos soli<sup>1</sup> fuimus, ait mihi: Sede hîc. Dico ei: Domina, sine seniores antè sedere. Quod tibi dico, inquit, sede. Cumque vellem sedere ad dexteram partem, non est passâ; sed annuebat mihi manu, ut ad sinistram partem sederem.<sup>2</sup> Cogitante autem me, & mœsto existente, quòd non sivit me ad dexteram partem sedere; ait mihi: Quid mœstus es, Herma? Locus qui est ad dexteram, illorum est, qui jam meruerunt

VAR.LECT. <sup>2</sup> L. ei loqui. <sup>3</sup> æstimavi. <sup>4</sup> linteum. <sup>5</sup> B. exstruxerunt. <sup>6</sup> B. C. & L. horripilatio. <sup>7</sup> B. & L. Apud. <sup>8</sup> L. gloriæ. <sup>9</sup> eduxit. <sup>1</sup> facti sumus. <sup>2</sup> Recogitante.

Deum, & passi sunt causâ nominis <sup>3</sup> ejus. Tibi autem superest multum, ut cum illis federas. Sicut manes, in simplicitate tua permane, & fedebis cum illis; & quicumque fuerint operati illorum opera, & sustinuerint quæ illi sustinuerunt.

II. Dico ei: Domina, vellem scire quæ sustinuerunt. Audi, inquit: Feras bestias, flagella, carceres, cruces, causâ nominis <sup>1</sup> ejus. Propter hoc, illorum sunt dextræ partes sanctitatis, & <sup>2</sup> quisquis <sup>3</sup> patietur propter nomen <sup>4</sup> Dei; reliquorum autem sinistræ partes sunt. Sed utrisque <sup>5</sup> eis, & qui ad dexteram, & qui ad sinistram sedent, sunt dona & promissiones; tantum quòd ad dexteram sedentes habent gloriam quamdam. Tu autem cupidus es sedere ad dextram cum eis: sed exiguitates tuæ multæ sunt. Emundaberis autem ab exiguitatibus tuis. Sed & omnes, qui dubii non fuerint, emundabuntur ab omnibus peccatis in hunc diem. Et cum hæc dixisset, volebat abire. Et procidens illi ad pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi demonstraret quod repromiserat visum. At illa rursus apprehendit manum meam, & erexit me, & fecit sedere super subsellium ad sinistram: & elevatâ virgâ quadam splendidâ, dixit mihi: Vides rem magnam? Dico ei: Domina, nihil video. <sup>6</sup> Ecce non vides contra te turrim magnam, quæ ædificatur super aquas, lapidibus <sup>7</sup> quadris splendidis. In quadrato enim ædificabatur turris ab illis sex juvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum adportabant lapides. Quidam <sup>8</sup> autem de profundo trahebant lapides;

<sup>3</sup> V. *Deest*. B. Domini. <sup>1</sup> V. *Deest*. B. Domini. <sup>2</sup> L. VAR.LECT. quicumque. <sup>3</sup> B. & L. passus fuerit. <sup>4</sup> L. *Deest*. <sup>5</sup> C. & G. & eis. L. ex eis qui ad dextram sedent, ad sinistram sedent. <sup>6</sup> B. Ait mihi. <sup>7</sup> C. G. & L. quadratis. <sup>8</sup> L. Quidem.

*Passi sunt &c.* Laureolam marsem, studiose docent omnes scripturam gloriâ peculiari præfultores veteres. Oxon.

Origenes,  
Philocaliæ  
C. viii.

alii de terra transferebant, & porrigebant illis sex juvenibus. Porrò illi accipiebant, & ædificabant. Eos autem qui de profundo extrahebantur lapides, omnes sic <sup>9</sup> ponebantur in structuram: politi enim erant, & convenientes commissuræ cum <sup>1</sup> aliis lapidibus; sicque conjungebantur alius ad alium, ita ut commissuræ eorum non <sup>2</sup> paterent. Et in hunc modum <sup>3</sup> apparebat structura turris, tamquam ex uno lapide ædificata. Cæteros autem lapides, qui adferebantur de terra, quosdam quidem rejiciebant, quosdam verò adaptabant in structuram. Alios excidebant, & projiciebant longè à turri. Alii autem lapides multi circa turrim positi <sup>4</sup> erant; & non utebantur illis ad structuram. Erant enim quidam ex illis scabrosi; alii autem scissuras habebant; alii vero candidi & rotundi, non convenientes in structuram turris. Videbam autem alios lapides projici longè à turri, & <sup>5</sup> incidentes in viam, & non manentes in via, sed volvi de via in locum desertum: alios autem in ignem incidentes, & ardentes: alios cadentes secus aquam, nec posse volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

III. Et cùm hæc mihi demonstrâssæt, volebat <sup>1</sup> recedere. Dico ei: Domina, quid mihi prodest hæc vidisse, & non scire quæ sint hæc res? Respondens dixit mihi: Versutus es homo, volens scire ea quæ circa turrim sunt. Ita, inquam, Domina, ut fratribus annunciem; & hilariores

VAR.LECT. <sup>9</sup> B. ponebant. C. & L. imponebant. <sup>1</sup> B. & L. illis.  
<sup>2</sup> C. G. & L. parerent. <sup>3</sup> B. & L. parebat. <sup>4</sup> ANG. jacebant. <sup>5</sup> L. venientes in via. <sup>1</sup> C. G. & L. recurrere.

Non convenientes &c.] Vide κίτας ἔχει, διαλελυμένος, κατὰ L. iii. Sim. ix. 6. 7. 31. Didymus in Catena Græcorum in τοῦς ἔξω τῆς οἰκοδομῆς λίθους, οἱ οὐχ ἀρμόζουσι τῇ οἰκοδομῇ τοῦ Job. viii. 17. 18. Ὁ ἀσεβῆς, οὐδὲν πύργου, κατὰ τὸν Ποιμένα. COT. ἔπασαν τὴν διαγωγὴν ἐν οἴκῳ κατ-

fiant; & hæc audientes honorificent Dominum cum multa gloria. Et illa ait: Audient quidem multi: & cum audierint, quidam ex eis gaudebunt; quidam autem flebunt. Sed & <sup>2</sup> illi audientes, si pœnitentiam egerint, & ipsi gaudebunt. Audi nunc <sup>3</sup> de similitudine turris omnia hæc, & hæcenus mihi de revelatione molestior esse noli. Revelationes enim istæ finem habent: impletæ sunt enim. Sed tu non desinis in petendo revelationes: improbus enim es. Turris quidem, quam vides ædificari, ego sum Ecclesia, quæ tibi apparui, & modò, & prius. Quodcumque igitur volueris, interroga de turri; & revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis. Dico ei: Domina, quoniam me semel dignum arbitrata es, ut omnia mihi reveles, <sup>4</sup> revela. Ait mihi: Quodcumque oportuerit tibi revelari, revelabitur; tantum, ut cor tuum apud Dominum sit, & ne dubites, quodcumque videris. Interrogavi illam: Quare turris ædificata est super aquas, Domina? Respondit: Dixeram tibi & prius, verutum te esse circa <sup>5</sup> structuras <sup>6</sup> diligenter <sup>7</sup> inquirentem: igitur invenies veritatem. Quare ergo super aquas ædificatur turris, audi: Quoniam vita vestra per aquam salva facta est, & fiet. Fundata est enim verbo omnipotentis & honorifici nominis: continetur <sup>8</sup> enim ab invisibili virtute Dei.

IV. Respondens dico ei: Magnificè habent se

<sup>2</sup> C. G. & L. isti. <sup>3</sup> similitudinem. <sup>4</sup> L. Revela mihi VAR.LECT. quodcumque oportuerit tibi revelare. Revelabitur à te, tantum ut cor tuum apud Dominum sit, & ne dubites quòd eum videris. Interrogavi. <sup>5</sup> B. C. & L. scripturas. <sup>6</sup> L. & inquirentem. Igitur inveniens veritatem quare super. <sup>7</sup> inquirens. <sup>8</sup> autem.

*Improbis.*] Lege *importunus*. hunc laudat Clemens Alex. Strom. Oxon. ii. \*Ο εδν ενδερχεται σοι αποκαλυφθησει, αποκαλυφθησεται. COT.

*Quodcumque &c.*] Locum

res hæ. Illi autem juvenes sex qui ædificant, qui sunt, Domina? <sup>1</sup>Hi sunt <sup>2</sup>Angeli Dei, qui primò constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam, <sup>3</sup>struendi, ædificandi, & dominandi creaturæ illius. Per hos <sup>4</sup>enim consummabitur structura turris. Cæteri autem qui <sup>5</sup>adportant lapides, qui sunt? Et ipsi <sup>6</sup>sancti Angeli Domini; <sup>7</sup>sed illi sunt his excellentiores. Cùm ergo consummata fuerit structura turris, omnes simul epulabuntur juxta turrim, & honorificabunt Dominum, quoniam consummata erit structura turris. Interrogavi eam dicens: Vellem scire exitum lapidum, & vim eorum qualis sit? Respondens autem, dixit mihi: Numquid tu præ omnibus melior es, ut tibi id reveletur? Alii enim priores te sunt, & meliores te, quibus oportebat revelari visiones has: sed ut honorificetur nomen Dei, tibi revelatum est; & revelabitur propter dubios, qui cogitant in cordibus suis, utrumne sint hæc, <sup>8</sup>an non sint. Dic illis, quòd hæc omnia sunt vera; & nihil extra veritatem est; sed omnia firma, <sup>9</sup>certeque fundata sunt.

*Clemens Alex. in Strom. I.*

Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἢ τῷ Ἑρμῶ μετὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα, τὰ ὁράματα, φησί, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα, διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις *Divinè ergo potestas illa, quæ Hermæ loquitur in revelatione; Visiones, inquit, & revelationes, propter dubios, qui cogitant in cordibus*

VAR. LECT. <sup>1</sup>B. Ait mihi. <sup>2</sup>L. sancti. <sup>3</sup>C. G. & L. creandi & <sup>4</sup>B. & L. ergo. <sup>5</sup>B. adportabant. <sup>6</sup>sunt. <sup>7</sup>C. & G. hi autem præcellentes illos. L. præcellentes illis. <sup>8</sup>G. & L. aut non. <sup>9</sup>C, G. & L. & certa quæ.

αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦ- *fuis, utrum-ne sint hæc,*  
 τα, ἢ οὐκ ἔστιν. Ὁ- *aut non sint. Simili-*  
 μοίως δὲ καὶ ἐκ τῆς πο- *ter autem ex redundan-*  
 λυμαθοῦς περιουσίας ἀ- *ti quoque doctrinæ co-*  
 ποδείξεις ἰσχυροποιούσι, *pia corroborant demon-*  
 καὶ βεβαιούσι καὶ δε- *strationes, firmant &*  
 μελιούσι τοὺς λόγους τοὺς *fundant rationes demon-*  
 ἀποδεικτικούς, ὅσον ἔτι *strationes, quantum ad-*  
 αὐτῶν ὡς νέων φρένες *huc eorum tamquam ju-*  
 ἠερέθονται. *instabiles.*

V. Audi nunc & de lapidibus qui sunt in structura. Lapidem quidem illi quadrati, & albi, convenientes <sup>1</sup> in commissuris suis, ii sunt Apostoli, & Episcopi, & Doctores, & Ministri, qui <sup>2</sup> ingressi sunt in clementia Dei, & Episcopatum gesserunt, & docuerunt, & ministraverunt sanctè & modestè electis Dei, qui dormierunt, quique adhuc sunt; & semper cum illis convenerunt, & in se pacem habuerunt, & <sup>3</sup> se invicem audierunt. Propter hoc & in structuram turris conveniunt commissuræ eorum. Qui verò de profundo trahuntur, & imponuntur in <sup>4</sup> structura, & conveniunt commissuræ eorum cum cæteris lapidibus, qui jam ædificati sunt; ii sunt, qui jam dormierunt, & passi sunt causâ nominis Domini. Cæteri autem lapides, qui <sup>5</sup> adportabantur à terra, volo <sup>6</sup> scire qui sint, Do-

<sup>1</sup> B. commissura, hi sunt. <sup>2</sup> L. ingrediuntur. <sup>3</sup> alteru- VAR.LECT  
 trum. <sup>4</sup> B. structuram. <sup>5</sup> L. adportantur. <sup>6</sup> B. scire, inquam.

[Apostoli, &c.] Hic habes dis- [Doctores.] Presbyterorum or-  
 tinctos Hierarchiæ ordines, in do Doctorem nomenclaturâ hic  
 Apostolis, Episcopis Episcopatum designatur; quod à Cypriano  
 gerentibus, Doctores seu Pres- pariter factum: frustra est itaque  
 byteris docentibus, & Ministris Blondellus, qui ex hoc scriptore  
 sive Diaconis ministrantibus, paritati Presbyterianæ patrocini-  
 Cor. um quærit. Oxon.

mina? Ait: Eos quidem, qui in terram vadunt, & non sunt politi, illos Deus probavit, <sup>7</sup> quoniam ingressi sunt in æquitatem Domini, & direxerunt vias in mandatis ejus. Qui autem adferuntur, & ponuntur in <sup>8</sup> structura turris, <sup>9</sup> ii sunt novelli in fide, & fideles. Commonentur autem ab Angelis ad benefaciendum, propterea quòd non est inventa nequitia in illis. Quos autem rejiciebant, & <sup>1</sup> ponebant juxta turrim, qui <sup>2</sup> sunt <sup>3</sup> illi? Ait mihi: Ii sunt qui peccaverunt, & voluerunt pœnitentiam agere; propter hoc non sunt longè projecti à turri, quoniam utiles erunt in <sup>4</sup> structura, si pœnitentiam egerint. Qui ergo pœnitentiam acturi sunt, si egerint pœnitentiam, fortes erunt in fide; si nunc pœnitentiam egerint, dum ædificatur turris. Nam si consummata fuerit structura, jam quis non habet locum ubi ponatur, sed erit reprobus: solummodo autem hoc habebit, <sup>3</sup> qui jam ad turrim positus est.

VI. Qui autem recidebantur, & longè projiciebantur à turre, vis scire qui sunt? <sup>1</sup> Ii sunt filii iniquitatis, & qui crediderunt in simulatione, & omnis nequitia non <sup>2</sup> discessit ab eis: propter hoc non habent salutem; quoniam non sunt utiles in <sup>3</sup> structura, propter nequitias suas. Quapropter excisi sunt, & longè projecti, propter iram Domini; quia exacerbaverunt eum. Cæteros autem lapides, quos vidisti complures politos, non euntes in structuram; ii quidem <sup>4</sup> scabrosi erant, hi sunt qui cognoverunt veritatem, & nec permanserunt in ea, nec conjuncti sunt sanctis; propter hoc inutiles sunt. Qui

VAR. LECT. <sup>7</sup> qui. <sup>8</sup> B. & L. structuram. <sup>9</sup> L. qui sunt? <sup>1</sup> C. G. & L. projiciebant. <sup>2</sup> B. sunt? Ii. <sup>3</sup> L. *Deest*. <sup>4</sup> B. structuram. <sup>5</sup> C. G. & L. quoniam. <sup>6</sup> B. Volo, inquam, Domina. <sup>7</sup> L. abscessit. <sup>8</sup> B. structuram. <sup>9</sup> C. G. L. qui scabrosi.



autem scissuras habebant; <sup>5</sup> qui alius adversus alium in cordibus discordiam habent, & non <sup>6</sup> habent pacem inter se; in <sup>7</sup> præsentia quidem pacem habentes; cum autem unus ab alio <sup>8</sup> discesserit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hæ sunt ergo scissuræ, quas habent lapides. Qui verò curti sunt, <sup>9</sup> ii sunt, qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes iniquitatis; propter hoc curti, & non integri sunt. Candidi autem & rotundi, & non convenientes in structuram turris; qui sunt, Domine? Respondens mihi, dixit: Usque-quo stultus es & insensatus; & omnia interrogas, & nihil intelligis? Hi sunt habentes quidem fidem, habentes autem & divitias hujus sæculi, Cum ergo venerit tribulatio, propter divitias suas & negotiationes abnegant <sup>1</sup> Dominum. Respondens, dico ei: Domine, quando ergo utiles erunt Domino? Cum circumcisæ, inquit, fuerint divitiæ eorum, quæ eos delectant; tunc erunt utiles Domino, ad ædificium. Sicut enim lapis rotundus, nisi decisus fuerit, & abjecerit ab se aliquid, non potest quadratus fieri: sic & qui divites sunt in hoc sæculo, nisi circumcisæ fuerint divitiæ eorum, non possunt Domino utiles esse.

<sup>2</sup> A te primum scito: Quando dives fuisti, inutilis eras; nunc verò utilis es, & aptus vitæ tuæ: nam & tu ipse ex eis lapidibus fuisti.

VII. Cæteros autem lapides, quos vidisti longè projectos à turri, & currentes in via, & volvi de via in loca deserta; ii sunt, qui crediderunt quidem, dubitatione autem suâ, <sup>1</sup> reliquerunt viam suam veram, putantes se meliorem

<sup>5</sup> B. hi sunt qui. L. quia. <sup>6</sup> B. habentes. <sup>7</sup> L. per- VAR I. ecc.  
fona. <sup>8</sup> G. discesserint. <sup>9</sup> B. hi crediderunt quidem,  
sed plurimam partem habent iniquitatis. <sup>1</sup> B. suum Do-  
minum. <sup>2</sup> L. Ad te. <sup>1</sup> C. G. & L. relinquunt.

viã posse invenire. Errant autem, & miseri sunt, ingredientes in <sup>2</sup> desertas vias. Qui autem cadebant in ignem, & ardebant; ii sunt, qui in <sup>3</sup> perpetuum abscesserunt à Deo vivo, nec amplius illis ascendit in <sup>4</sup> corda pœnitentiam agere, propter desideria libidinum suarum, & scelcrum quæ operantur. Cæteri verò, qui cadebant juxta aquas, & non poterant volvi in aquas, qui sunt? Ii sunt, qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini; quibus, cùm venit in memoriam sanctitas veritatis, retrahunt se, ambulantque rursus post desideria sua scelestã. Consummavit igitur enarrationem turris. <sup>5</sup> Ego verò, cùm adhuc essem improbus, interrogavi illam: An <sup>6</sup> iis omnibus lapidibus qui projecti sunt, nec conveniebant in structuram turris, est pœnitentia; & <sup>7</sup> habebunt locum in turre hac? Habent, inquit, pœnitentiam, sed in hac turre non possunt convenire; alio autem loco ponentur multò inferiore; & hoc <sup>8</sup>, cùm cruciati fuerint, & impleverint dies peccatorum suorum. Et propter hoc transferentur, quoniam <sup>9</sup> perceperunt verbum <sup>1</sup> justum. Et tunc illis continget transferri de pœnis; si ascenderint in corda ipsorum opera, quæ operati sunt scelestã. Quòd si non ascenderint in corda ipsorum, non erunt salvi, propter duritiam cordis sui.

VIII. Cùm ergo <sup>1</sup> destiti <sup>2</sup> interrogare illam de omnibus istis; ait mihi: Vis aliud videre? Cumque cupidus essem ad videndum, hilaris factus sum vultu. Respiciens me, subrisit; &

VAR.LECT. <sup>2</sup> L. desertis viis. <sup>3</sup> B. & L. sine abscesserunt. <sup>4</sup> L. corde. <sup>5</sup> L. Ego qui, cùm improbus essem. <sup>6</sup> B. & L. ii omnes lapides, &c. si est illis. <sup>7</sup> L. habebuntur in. <sup>8</sup> G. loco, cùm. <sup>9</sup> receperunt. <sup>1</sup> L. istud. <sup>1</sup> B. & L. desivi. <sup>2</sup> L. interrogando.

*Alio autem loco &c.*] Falluntelligunt. Haud dubium quin tur quotquot de purgatorio inloquatur de pœnitentia. Cor.

ait mihi: Vides septem mulieres circa turrim? Video, inquam, Domina. Turris hæc, inquit, ab <sup>3</sup> iis supportatur secundum præceptum Domini. Audi nunc effectus earum: Prima quidem earum, quæ continet manu, Fides vocatur: per hanc salvi fient electi Dei. Alia verò quæ succincta est, & viriliter agit, <sup>4</sup> Abſtinentiæ vocatur: hæc filia est Fidei. Quisquis ergo secutus fuerit illam, felix fiet in vita sua; quoniam ab omnibus operibus malis abſtinebit <sup>5</sup>; credens, quòd, si se <sup>6</sup> continuerit ab omni concupiscentia, hæres erit vitæ æternæ. Cæteræ autem, inquam, Domina, quinque, quæ sunt? Filiæ, inquit, invicem sunt. Vocatur autem quædam Simpli-  
 citas, alia Innocentia, alia Modestia, alia Disciplina, alia autem Caritas. Cùm ergo servaveris opera matris earum, omnia poteris custodire. <sup>7</sup> Volebam scire, Domina, <sup>8</sup> quam quæque earum habeat virtutem? Audi, inquit: Virtutes æquales habent; <sup>9</sup> connexæ autem ad invicem sunt virtutes earum, & sequuntur se invicem sicut natæ sunt. Ex Fide nascitur Abſtinentia; de Abſtinentia Simpli-  
 citas; de Simpli-  
 citate Innocentia; de Innocentia Modestia; de Modestia Disciplina & Caritas. Harum ergo opera sancta, & pudica, & recta sunt. Quicumque ergo servierit his, & <sup>1</sup> voluerit tenere opera earum, in turri habebit habitaculum cum sanctis Dei. Interrogavi illam de temporibus, si jam consummatio <sup>2</sup> est? Illa autem exclamavit voce magnâ, dicens: Infensate homo! nonne vides turrim

Clemens  
 Alexand.  
 Strom. ii.

<sup>3</sup> V his albis. <sup>4</sup> L. Continentia. <sup>5</sup> se. <sup>6</sup> abſtinue- VAR.LECT.  
 rit. <sup>7</sup> Volo. <sup>8</sup> quæque quam vim habeat illarum &  
 virtutem. <sup>9</sup> tenentur ab invicem. <sup>1</sup> B. C. L. & V. in-  
 valuerit. <sup>2</sup> L. effct.

[*Quæ continet manu.*] Manus præsentat, quâ divina promissa contracta rectissimè Fidem re-apprehendimus. Oxon.

semper ædificari? Quando ergo consummata fuerit turris, & ædificata, habet finem; sed & citò consummabitur. Noli me amplius interrogare quidquam. Sufficiat tibi, & omnibus sanctis, commemoratio ista, & renovatio spirituum vestrorum. Sed non tibi hæc soli revelata sunt; sed ut omnibus demonstres ea. Post tri-duum enim intelligere te oportet, Herma, verba hæc, quæ tibi incipio dicere, ut loquaris ea in<sup>3</sup> auribus sanctorum; ut audientes ea, cum fecerint, emundentur à nequitiiis suis; sed & tu cum illis.

IX. Audite me ergo, filii. Ego vos enutrivi in multa simplicitate, & innocentia, & modestia, propter misericordiam Dei, quæ super vos stillavit in justitia; ut sanctificemini<sup>1</sup> & justificemini ab omni nequitia, & omni pravitate: vos autem non vultis requiescere à nequitiiis vestris. Nunc ergo audite me, & pacem habete alius<sup>2</sup> cum alio, & visitate vos alterutrum, & suscipite vos invicem, & nolite soli creaturas Dei percipere. Abundantiùs etiam impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis infirmitatem carnis suæ<sup>3</sup> contrahunt, & violant carnem suam. Aliorum autem, qui non habent escas, marcescit caro ipsorum, propter id quod non habent sufficientem cibum; & consumitur corpus eorum. Hæc igitur intemperantia nociva est vobis, habentibus, & non communicantibus iis qui egent. Attendite iudicium superveniens. Qui eminentiores estis, inquirete esurientes, dum adhuc turris non est consummata. Postquam enim consummata fuerit turris; vultis benefacere, & non habebitis locum. Videte ergo vos, qui gloriamini in divitiis vestris, ne

VAR. LECT. <sup>3</sup> omnibus. <sup>1</sup> B. *Desunt* & justificemini. <sup>2</sup> L. in alium.  
<sup>3</sup> assumunt, sed & cumulant, & conviolant.

fortè ingemiscant ii qui egent, & gemitus eorum ascendat ad Dominum, & excludamini cum bonis vestris extra januam turris. Nunc itaque vobis dico, qui præstis Ecclesiæ, & amatis primos <sup>4</sup> confessus; nolite similes fieri maleficis. Et malefici quidem venena sua in <sup>5</sup> pyxidibus bajulant: vos autem venenum vestrum & <sup>6</sup> pharmacum in corde continetis, & non vultis purgare corda vestra, & permiscere sensum vestrum puro <sup>7</sup> cordi, ut habeatis misericordiam à Rege magno. Videte ergo, filii, ne fortè hæ dissensiones vestræ fraudent vitam vestram. Quo modo vos erudire vultis electos Dei, cum ipsi non habeatis disciplinam? Commonete ergo vos <sup>8</sup> invicem, pacatique estote inter <sup>9</sup> eos; ut & ego coram Patre vestro astans, rationem reddam pro vobis Domino.

X. Cumque desisset mecum loqui, venerunt illi sex juvenes qui ædificabant, & tulerunt illam <sup>1</sup> ad turrim; & alii quatuor sustulerunt subfellium, & <sup>2</sup> abierunt ipsi iterum in turrim. Horum faciem non vidi, quoniam aversi erant. Euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. Respondens autem, mihi dixit: De his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur. Apparuit autem mihi, <sup>3</sup> fratres, primâ visione, anno <sup>4</sup> superiore, valde anus, & in cathedra sedens.

<sup>4</sup> recubitus. <sup>5</sup> pyxides portant. <sup>6</sup> B. & L. medicamentum. <sup>7</sup> L. corde. <sup>8</sup> alterutrum. <sup>9</sup> C. L. & V. vos. <sup>1</sup> C. & L. à turri. <sup>2</sup> ierunt. <sup>3</sup> L. *Decst.* <sup>4</sup> B. & L. priore. VAR.LECT.

*Et malefici &c.]* Appositè Seneca in exhortationibus, citante Laëtantio L. iii. C. 15. *Plerique Philosophorum tales sunt, disertissimi in convitium suum; quos si audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, indicium sui professoris putes; adeò recidunt ad ipsos maledicti in publicum missi. Quos non aliter intueri decet quàm medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides tenenda. Cor.*

Aliâ autem visione, faciem quidem juvenilem habebat, carnem autem & capillos aniles; & stans mihi loquebatur; hilarior autem <sup>5</sup> erat quàm primùm. Tertiâ autem visione, tota junior erat, & aspectu decora; tantùm <sup>6</sup> quòd capillos aniles habebat: hilaris autem <sup>7</sup> facie erat, & super subfellium sedens. De his ipsis mœstus eram valde, donec cognoscerem <sup>8</sup> visionem hanc. Video anum illam in visu noctis dicentem mihi: Omnis rogatio humilitate eget. Jejuna ergo, & percipies à Domino quod postulas. Jejunavi ergo diem unam. Eadem nocte apparuit mihi juvenis, & ait: Quid tu frequenter petis revelationes in oratione? Vide, ne multa postulans noceas carni tuæ. Sufficiant tibi revelationes hæ. Numquid poteris fortiores revelationes videre, quàm quas vidisti? Respondens ei dico: Domina, hoc solum peto pro tribus figuris illius anûs, ut integra fiat revelatio. Respondit mihi: Vos non insensati estis; sed dubitationes vestræ vos insensatos faciunt, <sup>9</sup> eò quòd non habeatis cor vestrum ad Dominum. Respondi illi, & dixi: Sed à te ea diligentius <sup>1</sup> cognoscemus.

XI. Audi, inquit, de figuris <sup>1</sup> quas inquiris. In <sup>2</sup> prima quidem visione, quare anus tibi apparuit, super cathedram sedens; quoniam spiritus vester antiquior etiam marcidus est, & non habens vim à vestris infirmitatibus, & dubitatione cordis. Sicut enim seniores, qui non habent spem renovandi, & nihil aliud <sup>3</sup> expectant nisi dormitionem suam: sic & vos infirmati à sæcularibus negotiis tradidistis vos in <sup>4</sup> focor.

VAR.LECT. <sup>5</sup> L. *Desunt* erat quàm. <sup>6</sup> quidem. <sup>7</sup> in fine. <sup>8</sup> B. & L. revelationem. <sup>9</sup> &. <sup>1</sup> L. cognoscamus. <sup>1</sup> B. de quibus. <sup>2</sup> L. priori. <sup>3</sup> expetunt. <sup>4</sup> MSS. accedias. L. accidias.

[*Omnis rogatio etc.*] Antiochus *της, ουκ εστιν εδπρόδεκτον γενησθαι προσευχης. Cot.*

diam, & non projecistis à vobis sollicitudinem in Domino; & <sup>5</sup> confusus est sensus vester, & inveterastis in tristitiis vestris. Quare ergo super cathedram sedebat, volebam cognoscere, Domine? Respondit: Quoniam omnis infirmus super cathedram sedet, propter infirmitatem suam, ut contineatur infirmitas ejus. Ecce habes figuram <sup>6</sup> primæ visionis.

XII. Secundâ autem visione, vidisti illam stantem, & juvenilem faciem habentem, & hilariorem quàm pristinam; carnem autem, & capillos aniles. Audi, inquit, & hanc parabolam. Cùm senior jam fuerit aliquis, desperat <sup>1</sup> de seipso, propter infirmitatem suam, & paupertatem; & nihil aliud expectat, nisi diem extremum vitæ suæ. Deinde subito illi relicta est hæreditas; & audiens exurgit, hilarisque factus induit virtutem: & jam non discumbit, sed stat, & <sup>2</sup> liberatus est à prioribus mœroribus; & jam non sedet, sed viriliter agit. Ita & vos <sup>3</sup> audite revelationem, quam Deus vobis revelavit, quia misertus est Dominus <sup>4</sup> vestri, & renovavit spiritum vestrum, & deposuistis <sup>5</sup> infirmitates vestras, accessit vobis fortitudo, & invaluistis in fide; & visâ Deus fortitudine vestrâ gavissus est. Propter hoc demonstravit vobis structuram turris; & alia ostendet, si ex toto corde pacem habueritis inter vos.

XIII. <sup>1</sup> Tertiâ autem visione, vidisti illam adolescentiorem, <sup>2</sup> honestam & hilarem, & <sup>3</sup> serenum vultum ejus. Sicut enim, si alicui mœsto supervenerit nuncius bonus aliquis; statim oblitus est mœroris, nihilque aliud expectat, nisi annunciationem quam audivit; & confortatur de

<sup>1</sup> B. C. L. & V. confusus. <sup>6</sup> L. prioris. <sup>1</sup> se ipsum. VAR. LECT.  
<sup>2</sup> sumtus. <sup>3</sup> auditâ revelatione. <sup>4</sup> nobis. <sup>5</sup> infirmitatem vestram. <sup>1</sup> Tertiam visionem. <sup>2</sup> in bonam. B. bonam.  
<sup>3</sup> L. bene.

cætero, & renovatur spiritus ejus propter gaudium quod accepit : sic & vos renovationem accepistis spirituum vestrorum, videntes hæc bona. Et quia super subfellium <sup>4</sup> vidistis <sup>5</sup> sedentem ; fortis positio est : quoniam quatuor pedes habet subfellium, & fortiter stat. Nam & mundus per quatuor elementa continetur. Qui ergo pœnitentiam egerint <sup>6</sup> integrè, juniores erunt ; & qui ex toto corde pœnitentiam egerint, erunt fundati. Habes <sup>7</sup> enim in pleno revelationem : nihil amplius postules de <sup>8</sup> revelandis. Si quid autem oportuerit, revelabitur tibi.

VAR.LECT. <sup>4</sup> G. & L. vidisti. <sup>5</sup> C. tamquam urnalem. <sup>6</sup> L. *Deest.*  
<sup>7</sup> *Deest.* <sup>8</sup> revelatione.

## V I S I O I V.

*De tentatione & tribulatione hominibus  
 superventura.*

I. **V**isionem vidi, fratres, post dies viginti pristinæ visionis, figuram tribulationis superventuræ. Proficiscebar <sup>1</sup> enim in illa via Campana : à via autem publica in villam sunt ferè stadia decem, Rarò autem iter fit per locum illum. <sup>2</sup> Et solus ambulans, rogabam Dominum, ut revelationes ejus, quas mihi ostendit per sanctam Ecclesiam suam, confirmaret ; & daret pœnitentiam omnibus fervis suis, qui scandalizati sunt ; ut honorificetur nomen ejus magnum & honorificum ; & quia me dignum <sup>3</sup> existimavit, ut ostenderet mihi mirabilia sua ; & cum honorificarem, & gratias agerem. Tam-

VAR.LECT. <sup>1</sup> B. & L. *Deest.* <sup>2</sup> L. *Deest.* <sup>3</sup> æstimavit.

[*Tribulationis.*] Tribulationem intelligit sub Domitiano, Oxon.





tis albis circumdata, & usque ad faciem mitram habens; pro tegumento autem habebat capillos nitidos. Cognovi ergo à pristinis visionibus, quoniam Ecclesia est; & hilarior factus sum. Salutavit autem me, dicens: Ave tu, homo. Et <sup>2</sup> illam refalutavi, dicens: Domina, ave. Respondens autem dixit mihi: Nihil tibi occurrit, homo? Dico ei: Domina, <sup>3</sup> occurrit mihi talis bestia, quæ possit populum consumere: sed virtute Dei, & <sup>4</sup> singulari ejus misericordiâ, evasi illam. Bene effugisti, inquit; quoniam solitudinem & solitudinem tuam ad Dominum projecisti, & cor tuum aperuisti ad eum, credens, quòd per nullum alium poteris salvus esse, nisi per magnum & honorificum nomen <sup>5</sup> ejus. Propter hoc misit Dominus Angelum suum, qui est super bestias, cui nomen est <sup>6</sup> Hegrin, & obtu-

VAR.LECT. <sup>2</sup> ego salutavi eam. <sup>3</sup> B. & L. *Desunt.* <sup>4</sup> L. nimia. *Deest.* <sup>6</sup> C. Egrin.

*Super bestias.] Hieron. L. i. ritibus Spiritum, sideribus sidus, Comment in Habac. ad i. 14. Dæmonibus Damonem, avibus Ex quo liber ille apocryphus stultitia condemnandus est, in quo serpentibus, piscem piscibus, hominibus hominem, qui est Christus scriptum est, Quendam Angelum, nomine Tyri, præesse reptilibus; & in hanc similitudinem piscibus quoque, & arboribus, & bestiis univrsis, proprios in custodiam Angelos assignatos. Habebat Hieronymus in animo Apocryphum non extans impræsentiarum. Recognitiones Clementi attributæ L. i. C. 45. Deus eum fecisset mundum, tamquam univrsitatis Dominus, singulis quibusque creaturis principes statuit; ipsis quoque arboribus, montibusque, ac fontibus, & fluminibus, & univrsis, ut diximus, qua fecerat. Multum enim est irè per singula. Statuit ergo Angelis Angelum principem, & spi-*

*Hegrin.] Admonet doctissimus Cotelierius, ista magnam cognationem habere cum iis, quæ dicuntur Apoc. ix. 11. Nomen verò Hegrin videri abbreviationem ἐγρηγόρου, scil. ἐγρήγ, al. ἐγρήν, Dan. iv. ubi agitur de Nebuchodonosore ad bestias misso, & decreto à vigili seu Angelo consignato. Ego potius conjicerem cum eruditissimo nostro Pocockio, Hegrin esse ipsissimam vocem עֲרֵיגִי, quam licet Græci codices, omisso γ, scribant εἶρ, tamen alibi per γ solent efferre, ut in Gomorrha, Gæza, aliisque quamplurimis. Et quidem angelorum, dæmo-*

ravit os ejus, ne te dilaniaret. Magnam tribulationem effugisti, propter fidem tuam, & qui talem bestiam non dubitasti. Vade ergo, & enarra electis Dei magnalia ipsius. Et dices illis, quòd bestia <sup>7</sup> hæc figura est pressuræ superventuræ. Si ergo præparaveritis vos, poteritis effugere illam; si cor vestrum fuerit purum ac sine macula, & reliquos dies <sup>8</sup> vestros servieritis Deo sine querela. Immittite sollicitudines vestras super Dominum, & ipse <sup>9</sup> dirigat eas. Credite Deo, qui estis dubii; quoniam <sup>1</sup> omnia potest, & avertere iram suam à vobis, & mittere vobis <sup>2</sup> præsidia. Væ dubiis iis, qui audierint verba hæc, & contempserint: melius erat illis non nasci.

III. Interrogavi eam de illis quatuor coloribus, quos habebat bestia in capite. At illa respondit mihi, dicens: Iterum tu curiosus es, de rebus hujusmodi <sup>1</sup> interrogans. Et dixi: Domina, demonstra mihi quid sint illa? Audi, inquit, <sup>2</sup> Illud nigrum mundus est, in quo commemoramini: <sup>3</sup> igneum autem & sanguinolentum; quoniam oportet sæculum hoc per sanguinem & ignem deperire: aurea autem pars, vos estis, qui effugistis sæculum hoc. Sicut enim per ignem <sup>4</sup> aurum probatur, & utile fit: sic

<sup>7</sup> L. talis hæc. <sup>8</sup> *Alii* vitæ vestræ. <sup>9</sup> L. dirigit. <sup>1</sup> B. VAR.LECT. & L. potest avertere. <sup>2</sup> *Alii* suffragia. <sup>1</sup> L. interrogas? <sup>2</sup> Ille niger. <sup>3</sup> igneus & sanguinolentus. <sup>4</sup> hoc aurum.

numque nomenclatura, vocibus αὐτοῦ, ὅς ἐστι ἐπὶ θηρίου, ᾧ ὄνομα, ἄριον, minùs videtur admit-  
aut Latinis, proponi gaudet. tendum, siquidem nomen Anglo-  
Quod subjungit vir doctissimus, lo adhibitum frigido synonymo  
occasione capratâ à Clemente ad bestiam translucatur. Pari  
Alex. qui, Strom. iv. locum fere jure ἄγιον legendum esse  
hunc laudans, bestiam illam ἄ- prætenderit, siquidem in loco  
γριον θηρίον appellat, scripsisse Danielis prælaudato, iste ἱερηνύ-  
Hermam ἔπεμψε Κύριος ἄγγελον ρος dicatur ἄγιος ἀπ' οὐρανοῦ. ΟΧ.

& vos probamini, qui habitatis in illis. Qui igitur permanferint, <sup>5</sup> & probati fuerint ab eis, purgabuntur. Et ficut aurum <sup>6</sup> emendatur, & remittit foldem fuam: fic & vos abjicietis omnem triftitiam & anguftiam, & emundabimini in <sup>7</sup> ftructuram turris. <sup>8</sup> Alba autem pars, fuperventuri eft fæculi, in <sup>9</sup> quo habitabunt electi Dei: quoniam immaculati & puri erunt electi Dei, in vitam æternam. Tu ergo ne definas <sup>1</sup> loqui hæc auribus fanctorum. Habetis & figuram tribulationis fuperventuræ magnæ. Nam <sup>2</sup> fi vos volueritis; nihil erit. In <sup>3</sup> mente habete ifta, quæ præfcripta funt. Hæc cum dixiffet, difceffit. Non vidi autem <sup>4</sup> quem in locum abierit. Strepitus autem factus eft, & averfus fum retrorfum, metuens; & putabam bef-tiam illam <sup>5</sup> advenire.

VAR. LECT. <sup>5</sup> B. & L. & perfeverarint. <sup>6</sup> C. G. & L. emundatur.  
<sup>7</sup> L. ftructura. <sup>8</sup> Album. <sup>9</sup> qua. <sup>1</sup> B. & L. loquendo.  
<sup>2</sup> L. etfi volueritis. <sup>3</sup> mentem habeto. <sup>4</sup> quo loco abiit.  
<sup>5</sup> B. & L. venire.



## LIBER SECUNDUS,

Qui inscribitur

## M A N D A T A.

## P R O O E M I U M.

CUM orâssem domi, & <sup>1</sup> confedissem supra lectum, intravit vir quidam <sup>2</sup> reverendâ facie, habitu pastorali, <sup>3</sup> pallio albo amictus, peram in <sup>4</sup> humeris, & virgam in manu gestans, & salutavit me. Et ego resalutavi cum. Protinusque confedit juxta me; &

Tertullianus de Orat. C. xii.

<sup>1</sup> C. & L. cum sedissem. <sup>2</sup> L. dignitosam faciem. VAR. LECT.  
<sup>3</sup> pallium album. <sup>4</sup> humerum.

*Concedissem*] Mos Christianorum quorundam sedendi statim post orationem, superstitionis arguitur à Tertulliano, Lib. de oratione C. 12. ubi hunc locum laudat. Consuetudo autem similis apud Gentiles invaluerat teste Pindaro. Et Plutarchus in Numa, inter enigmáticas more Pythagoreo leges illius regis, profert hanc quoque, *Ut sedeat postquam adoratum fuerit*; quam tribus modis explicat: quòd firmæ esse debeant preces, permanendumque sit in bonis; quòd interstitium ponere oporteat orationem inter & actionem secuturam; quodque in otio, non autem in occupatione ac properanter, Numen adire deceat. In

Quæstionibus verò Romanis, narrat suo adhuc tempore usitatum fuisse, ut qui precati essent atque adorassent, in templis perseverarent & sederent. Cor.

*Peram in humeris, &c.*] Habitus non pastorum dumtaxat, sed etiam viatorum, nec-non philosophorum, qui ea propter nomen Bactroperitarum gerebant, à baculo nempe & pera. Locum Matt. x. 10. *Non peram in via, neque duas tunicas, neque calcamenta, neque virgam*; Hieronymus sic enarrat: *Arguit philosophos, qui vulgo appellantur Bactroperita, quòd contemptores seculi, & omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum vehabant.* Cor.

ait mihi: Missus sum ab eo venerabili Nuncio, ut habitem tecum reliquos dies vitæ tuæ. Et ego putabam, ipsum ad tentandum me venisse. Et dico ei: Tu enim quis es? Ego enim novi cui traditus sum. Ait mihi: Non cognoscis me? <sup>5</sup> Non, inquam. Ego, inquit, sum Pastor ille, cui traditus es. Adhuc loquente eo, figura ejus mutata est. Cumque cognovissem, esse eum, cui traditus fueram, confusus sum, <sup>6</sup> protinusque metus me subiit, & totus mœrore confectus sum, quia sic ei responderam <sup>7</sup> insipienter. Ait mihi: Noli confundi; sed virtutem concipe animo in Mandatis meis, quæ daturus sum tibi. Missus sum enim, inquit, ut quæ vidisti superius, omnia tibi rursus ostendam; præcipue, quæ ex eis utilia sunt vobis. Primum <sup>8</sup> omnium, Mandata mea & species Similitudinum scribe. Reliqua autem, sicut ostendero tibi, sic ea scribes. Ideo autem præcipio tibi, primum Mandata mea & Similitudines scribere, ut subinde legendo facilius ea custodire possis. Scripsi igitur Mandata & Similitudines, ita ut præcepit mihi. Quæ audita si custodieritis, atque in his ambulaveritis, & exercueritis ea mente purâ; recipietis à Domino <sup>9</sup> quæ pollicitus est vobis. Sin autem, iis auditis, non egeritis pœnitentiam, sed adhuc adjeceritis <sup>1</sup> ad delicta vestra; à Domino adversa recipietis. Hæc omnia præcepit mihi scribere Pastor ille, Nuncius pœnitentiæ.

VAR.LECT. <sup>5</sup> nequaquam. <sup>6</sup> protinus, metusque in me intravit. <sup>7</sup> B. C. & L. nequiter &c. <sup>8</sup> L. omnia. <sup>9</sup> B. & L. quæcunque. <sup>1</sup> L. *Deest*.

*Pastor ille, &c.*] Ποιῶν ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, inquit Clemens Alex. *Angelus pœnitentiæ* τοῦ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀρχαγγέλου. Vide Mand. v. 1. vi. 2. apud Origenem in Ep. ad Rom. & Simil. ix. 14. 23. 24. Ab C. xiv. Apud Cedrenum non Hieronymo Pastores If. xiii. 20.

## M A N D A T U M I.

*De fide in unum Deum.*

**P**Rimum omnium, crede quod unus est Deus, qui omnia creavit, & consummavit, & ex nihilo omnia fecit. Ipse capax universorum, solus immensus est. Qui nec verbo definiri, nec mente concipi potest. Crede igitur in eum, & time eum: & timens, habe abstinentiam. Hæc custodi; & abjice abs te omnem nequitiam, & inde virtutem justitiæ; & vives Deo, si custodieris mandatum hoc.

Irenæus, L. iv. C. 37:  
 Origenes de princ. L. i. C. 3:  
 &c.  
 Euseb. hist. Eccl. L. v. C. 8.  
 Athanasius de incarn. verbi, &c.  
 VAR.LECT.

<sup>1</sup> B. & L. concupiscentiam &. <sup>2</sup> MS. & L. indue.

intelliguntur Angeli, qui humano præfunt generi, & quotidie vident faciem Patris. Cot. torum creatorem. Quod autem dicitur Deus capax universorum seu capiens omnia, & solus im-

*Primum omnium, &c.*] Græca Πρώτον πάντων, πίστευσον ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐν τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα ὁ μόνος πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος. S. Augustinus in mandato hoc usi sunt olim SS. Patres; usi & Hæretici Ariani: cum hoc discrimine, quod illi quidem optimo jure id fecerint; hi vero pessimo exemplo, singularique impudentiâ, quali neget Ecclesia, unum esse Deum, cunc-

tatorum creatorem. Quod autem dicitur Deus capax universorum seu capiens omnia, & solus immensus seu qui à nemine capiatur, id apud Clementem Alex. Strom. vi. sic exprimitur, ἀχώρητος, ὃς τὰ πάντα χωρεῖ. Quomodo, inquit S. Augustinus in altercatione cum Pascentio Ariano, post Epist. 177. est incapabilis Pater, quem capit Filius totum? & quibusdam interjectis, *Laudantes Deum, dicere solemus in precibus, ejus magnitudinem admirantes, Qui capit omnia, quem capit nemo; sed hominum: nam totus capitur à Filio.* Cot.

## M A N D A T U M II.

*De fugienda obtræctatione, & elemosyna facienda in simplicitate.*

**D**IXIT mihi: Simplicitatem habe, & ἀπλότητα ἔχε, καὶ ἀκακος γενεῶ, καὶ ἔσο

PARS I.

L

L. i. viii. C. i.

innocens esto; & eris sicut<sup>1</sup> infans, qui nescit malitiam, quæ<sup>2</sup> perdidit vitam hominum. Primum, de nullo malè loquaris, neque libenter audias malè loquentem. Sin verò & tu audieris, particeps eris peccati malè<sup>3</sup> loquentis; & credens, tu quoque peccatum habebis; quia credidisti malè loquenti de fratre tuo. Perniciosa est detractio; inconstans dæmon-

ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα πονηρίαν, τὴν ἀπολοῦσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἀκούε τοῦ καταλαλοῦντος· εἰ δὲ μή, καὶ σὺ ἀκούων ἔνοχος ἔσῃ τῆς ἀμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. Πονηρὸν γὰρ πνεῦμα ἔστιν ἡ καταλαλιά, καὶ ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε

VAR.LECT. <sup>1</sup> ANG. infantes qui nesciunt. <sup>2</sup> L. perdit. <sup>3</sup> loquentis, credens; & tu habebis.

*Detractio, inconstans demonium in India, & in aliis locis; --- est.]* Quippe solent Ecclesiæ magistri vitia ita appellare. Vide *sed puto magis, principem quidem fornicationis Spiritum unum esse, innumeros verò esse, qui in hoc ei officio pareant. --- Similiter & iracundia Spiritum principem unum esse arbitror; &c.* Idem ad Joh. viii. 49. *Convenit juxta Scripturas, peccantes multa facere pro eo quod per singulos pane homines sunt Spiritus aliqui, diversa in iis peccatorum genera molientes. Verbi causâ, est aliquis fornicationis Spiritus; est ira Spiritus alius; est avaritia Spiritus; existimantur esse levia peccalia verò superbia. Et si inventas esse aliquem hominem, qui dixerunt, repentinam iram, similibus omnibus malis, aut etiam pluribus agitetur, omnes hos, vel etiam plures in se habere inimicos putandus est Spiritus. --- Et iterum non est putandum, quòd unus fornicationis Spiritus seducat eum, qui (verbi gratiâ) in Britannis fornicatur, & illum qui*

*loci. Multa alia vitia à Patribus dæmonia appellantur. Denique non pauci, dæmonia septem, quæ Dominus ejecit ex Maria Magdalena, interpretantur de septem vitiis. Cot.*



nium est; numquam in *εἰρηνεῦον*, ἀλλὰ πάντοτε  
 pace consistit, sed sem- *ἐν διχοστασίαις κατοί-*  
 per in discordia manet. *κοῦν.*

*Hinc etiam Antiochus, homiliâ xxix.  
 ista habet.*

Καλὸν οὖν ἔστιν, ἐπὶ *Bonum itaque est, de*  
 μηδενὸς καταλαλεῖν, μη- *nullo malè loqui, neque*  
 δὲ ἠδέως ἀκούειν κατα- *libenter audire malè lo-*  
 λαλοῦντος. Εἰ δὲ μή, καὶ *quentem. Sin vero, Et*  
 ὁ ἀκούων ἔνοχος ἔσται *qui audierit, reus erit*  
 τῆς ἀμαρτίας τοῦ κατα- *peccati hominis malè lo-*  
 λοῦντος, εἰάν πιστεύσῃ *quentis, si crediderit ob-*  
 τῇ καταλαλιᾷ. Ὁ γὰρ *locutioni. Qui enim cre-*  
 πιστεύσας, ἔξει μετὰ *det, habebit adversùs*  
 τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Οὐ- *fratrem suum. Hic er-*  
 τος οὖν ἔνοχος ἔστι τῆς *go reus est peccati homi-*  
 ἀμαρτίας τοῦ καταλοῦν- *nis obloquentis. Neque*  
 τος. Οὐ δεῖ γὰρ μετὰ *enim oportet aliquid di-*  
 ἀπόντος ἀδελφοῦ λέγειν *cere contra fratrem ab-*  
 τι, σκοπῶ τοῦ διαβάλλ- *tere contra fratrem ab-*  
 λειν αὐτόν, ὅπερ ἔστιν *sentem, calumniandi in*  
 ἡ καταλαλιά, καὶ ἄλη- *tentione, quod est oblocu-*  
 θῆ ἢ τὰ λεγόμενα· ἀλλὰ *tio, licet vera sint quæ*  
 μᾶλλον ἀποστρέφεται *dicuntur; sed potius ob-*  
 τὸν καταλαλοῦντα. Ὡ- *locutorem aversari. O*  
 πόσον ποιηρὰ ἔστιν ἡ κα- *quantum pernicioſa est de-*  
 ταλαλιά, ἀκατάστατον *traſtio, inconstans demo-*  
 δαιμόνιον, μηδέποτε εἰ- *nium, numquam in pace*  
 ρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε *consistens, sed semper in*  
 ἐν διχοστάσιαις κατοί- *discordia manens.*

<sup>4</sup> Contine te ab <sup>5</sup> illa, & Ἀπεχεσθὲν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ  
semper pacem habe cum εἰρήνην ἔξεις μετὰ πάντων.  
fratre tuo. Indue con- Ἐνδύσαι δὲ τὴν ἀπλότη-  
stantiam sanctam, in τα, καὶ τὴν σεμνότητα,  
qua nulla sunt pecca- ἐν οἷς οὐδ' ἐν ἔστι προσκόμ-  
ta, sed omnia læta μα πονηρὸν, ἀλλὰ πάν-  
sunt. τα ὁμαλὰ καὶ ἰλαρά.

Et benefac <sup>6</sup> de laboribus tuis. Omnibus ino-  
pibus da simpliciter, nihil dubitans, cui des.  
Sed omnibus da: omnibus enim Deus dari vult  
de suis bonis. Qui ergo accipiunt, reddent ra-  
tionem Deo, quare acceperunt, <sup>7</sup> & ad quid.  
Qui autem accipiunt fictâ necessitate, reddent  
rationem; qui autem dat, innocens erit. Sicut  
enim accepit à Domino, ministerium consumma-  
vit, nihil dubitando cui <sup>8</sup> daret, & cui non da-  
ret; & fecit hoc ministerium simpliciter & glo-  
riose ad Deum. Custodi ergo Mandatum hoc,  
sicut tibi locutus sum; ut pœnitentia tua sim-  
plex inveniatur, & possit domui tuæ benefieri:  
& cor mundum habe.

*Antiochus, homiliâ xcviij.*

Καλὸν οὖν ἔστιν, ἐκ Bonum igitur est, de  
τῶν ἰδίων κόπων, ὧν ὁ propriis laboribus, quæ  
Θεὸς ἐπιχορηγεῖ, πᾶσιν suppeditavit Deus, om-  
νυστερουμένοις παρέχειν nibus inopibus dare sim-  
ἀπλῶς, μηδ' ἐν δισταζον- pliciter; nihil dubitan-  
τα, τίνι δῶς, τίνι μὴ do, cui des, cui non  
δῶς. Πᾶσι γὰρ ὁ Θεὸς des. Omnibus enim Deus  
διδόσθαι θέλει ἐκ τῶν dari vult de suis donis;  
ἰδίων δωρημάτων, καὶ non autem quemquam

VAR. LECT. <sup>4</sup> ANG. Abstine. <sup>5</sup> illo. <sup>6</sup> B. delatoribus. <sup>7</sup> L. ut.  
<sup>8</sup> dare, cui non dare.

μὴ διακρίναι, τίνι δῶ, *dubitare, cui det, vel cui*  
 ἢ τίνι μὴ δῶ. Ἡ γὰρ *non det. Hoc quippe mi-*  
 διακονία αὐτή, ἀπλῶς *nisterium, simpliciter fac-*  
 τελεσθεῖσα, ἐνδοξος ὑ- *tum, gloriosum est apud*  
 πάρχει παρὰ τῷ Θεῷ. *Deum: Et qui ita sim-*  
 καὶ οὕτως ἀπλῶς δια- *pliciter ministrat, vivet*  
 κονῶν, τῷ Θεῷ ζήσεται. *Deo.*

## M A N D A T U M III.

*De fugiendo mendacio, Et Herm.e pœnitentia  
 ob simulationem.*

**I** Terum mihi dixit: Ἀλήθειαν ἀγάπα, καὶ  
 Veritatem dilige, & πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ  
 omnis sermo 'verus ἐκ στόματός σου ἐκπορευ-  
 ore tuo procedat; ut spi- ἔσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα  
 ritus, quem Dominus τοῦ Θεοῦ κατοική σοι --  
 constituit in carne tua, οἱ γὰρ ψευδόμενοι ἀθε-  
 verax inveniatur apud τούσι τὸν Θεόν --- ἔλα-  
 cunctos homines; & Do- βον γὰρ πνεῦμα ἀλη-  
 minus magnificetur, qui θείας, καὶ ἐγένοντο οἰκη-  
 dedit spiritum<sup>2</sup> in te: τήρια τοῦ ἀληθινοῦ πνεύ-  
 quia Deus verax est in ματος.  
 omni verbo, & non

Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, non L. iii. Sim.  
 reddentes Deo depositum quod acceperunt. Ac- ix. 32.  
 ceperunt enim spiritum sine mendacio. Hunc  
 si mendacem reddunt, coinquinant mandatum  
 Domini, & fraudatores<sup>3</sup> fiunt.

<sup>1</sup> B. & L. verax. <sup>2</sup> L. vitæ in. <sup>3</sup> fiunt.

*Antiochus, homiliâ lxvi.*

Χρὴ οὖν πᾶσαν ἀλή- *Oportet ergo, ut omnis*  
 θειαν ἐκ τοῦ στόματος *veritas ex ore hominis*  
 τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορεύεσ- *procedat ; ut spiritus,*  
 θαι, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ *quem Deus constituit in*  
 ὁ Θεὸς κατώκησεν ἐν τῇ *carne hac, verax inve-*  
 σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὐ- *niatur apud cunctos ho-*  
 ρεθῆ παρα πᾶσιν ἀν- *mines ;* Ἔ sic Dominus  
 θρώποις, καὶ οὕτως δοξ- *magnificetur, qui in ho-*  
 ασθῇ ὁ Κύριος, ὃ ἐν τῷ *mine habitat : quia Do-*  
 ἀνθρώπῳ κατοικῶν ὅτι *minus verax est in omni*  
 ὁ Κύριος ἀληθινὸς ἐν παν- *verbo, et non est men-*  
 τὶ ῥήματι, καὶ οὐδὲν *dacium in ipso. Qui er-*  
 παρ αὐτῷ ψεύδος. Οἱ *go mentiuntur, abne-*  
 οὖν ψευδόμενοι ἀθετοῦσι *gant Dominum, et sunt*  
 τὸν Κύριον, καὶ γίνον- *fraudatores Domini, non*  
 ται ἀποστερηταὶ τοῦ *reddentes ei depositum*  
 Κυρίου, μὴ ἀποδιδόντες *quod acceperunt. Ac-*  
 αὐτῷ τὴν παραθήκην ἣν *ceperunt enim spiritum*  
 ἔλαβον. Ἐλαβον γὰρ *sine mendacio : hunc si*  
 πνεῦμα ἀψευστον τοῦ- *mendacem reddunt, coin-*  
 το ἔαν ψευδὲς ἀποδώσω- *quant mandatum seu*  
 σιν, ἐμίαναν τὴν τοῦ *depositum Dei, et frau-*  
 Θεοῦ παραθήκην, καὶ ἐ- *datores sunt.*  
 γέροντο ἀποστερηταί.

His <sup>4</sup> auditis, ego vehementer flevi. Qui cum  
 flentem me videret, dixit mihi: Quid ploras?  
 Et dixi: Quoniam, Domine, nescio an possim  
 salvus esse. Quare, inquit? Et dixi: Quia num-  
 quam, Domine, verum locutus sum verbum in vi-  
 ta mea, sed semper <sup>5</sup> in simulatione vixi, & men-

dacium pro veritate <sup>6</sup> affirmavi omnibus: & non mihi quisquam contradixit; sed fides habita est verbo meo. Quo modo ergo potero vivere, cum sic egerim? Et dixit mihi: Tu quidem bene & verè sentis. Oportebat enim te, sicut Dei servum, in veritate ambulare, & malam conscientiam cum spiritu veritatis non conjungere, nec tristitiam Spiritui Dei sancto & vero facere. Et dixi illi: Numquam, Domine, hæc verba tam diligenter audivi. Et dixit mihi: Nunc audis. <sup>7</sup> Cura deinceps, ut & illa quæ prius locutus es falsa pro negotiis tuis, his verbis & illa fidem <sup>8</sup> recipiant. Possunt enim & illa fidem <sup>9</sup> recipere, si vera locutus fueris <sup>1</sup> deinceps;

& si veritatem servaveris, poteris vitam consequi. Et quicumque *Ἐὰν τὴν ἀλήθειαν φύ- λάξῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζῶν περιποιήσασθαι.*

audierit hoc Mandatum, & fecerit, & recesserit à mendacio; vivet Deo.

<sup>6</sup> firmavi. <sup>7</sup> Custodi à modo. <sup>8</sup> B. & L. percipiant. VAR.LECT. <sup>9</sup> percipere. <sup>1</sup> L. à modo.

## M A N D A T U M IV.

*De dimittenda adultera.*

I. **M**Ando, ait, tibi, ut castitatem custodias; & non ascendat tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio, aut de fornicatione: *Φύλασσε τὴν ἀγνείαν, καὶ μὴ ἀναβαινέτω ἐπὶ καρδίαν σου περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ἢ περὶ πορνείας τινός, ἢ περὶ τοιούτων ὀνομάτων.*

<sup>1</sup> L. quia hoc facit.

VAR.LECT.

tum magnum. Tu autem semper memor esto Domini, omnibus horis; & numquam peccabis. Si enim hæc cogitatio in cor tuum ascenderit tam

των· τούτο γὰρ ποιῶν ἁμαρτίαν μεγάλην ἐργάζη ---- Βλέπε οὖν, ἀπέχου ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης.

mala, magnum peccatum facis: & qui hæc faciunt, viam mortis sequuntur. Vide ergo tu; abstine te ab hac cogitatione. Ubi enim castitas manet in corde hominis justī, <sup>2</sup> numquam ibi ascendere debet cogitatio mala. Et dixi illi: Domine, permitte <sup>3</sup> me pauca verba <sup>4</sup> tecum loqui. Dic, inquit. Et dixi illi: Domine, si quis habuerit uxorem fidelem in Domino, & hanc invenerit in adulterio, numquid peccat vir, si convivit cum illa? Et dixit mihi: Quamdiu nescit peccatum ejus, sine crimine est vir vivens cum illa. Si autem scierit vir <sup>5</sup> uxorem

VAR.LECT. <sup>2</sup> ποπ. <sup>3</sup> mihi. <sup>4</sup> dicere tibi. <sup>5</sup> B. mulierem.

*Si autem scierit vir &c.] Qui septem annos ad communionem crimen dissimulat, doctus spectare uterque accedat. Similis forma lacunar, sub mariti persona, leno est. Hoc verò in negotio Canones, pro temporum ratione, diversa statuerunt. Oxon.*

*Consimilia ubique nancisceris, in legibus Atticis & Romanis, in scriptoribus profanis, in Canonibus, in Patribus. Notatu maxime dignus est Canon Namnetensis 12. Si cuius uxor adulterium perpetravit, & hoc à viro deprehensum fuerit & publicatum; dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem: illa vero septem annis publicè pœniteat. Vir verò ejus nullatenus aliam accipiat. Quòd si voluerit adulteram sibi reconciliari, licentiam habeat: ita tamen, ut pariter cum illa pœnitentiam agat; & exactà pœnitentià, post*

*& in muliere servabitur, si eam vir ejus adulteravit, hoc est, adulterio suo polluit. Juxta istud B. Ambrosii L. ii. Comment. in Lucam, Pulcrè docuit S. Mattheus quid facere debeat justus, qui probrum conjugis deprehenderit, ut incruentum ab homicidio, castum ab adulterio prestare se debeat. Qui enim jungitur meretrici, unum corpus est.*

*Parti innocenti permissio solum datur per illum Canonem partem nocentem dimittendi; quod est contra communem Antiquorum sententiam. Hi enim jubent, ut dimittatur culpæ affinis, præsertim mulier: nam rariùs mulieres à mœchis maritis divertebant. Id verò jubent, tum ob Prov. xviii. 22. secundum*

suam deliquisse; & non egerit poenitentiam mulier, & permanet in fornicatione sua, & convivit cum illa vir; reus erit peccati ejus, & particeps mœchationis ejus. Et dixi illi: Quid ergo, si permanferit in vitio suo mulier? Et dixit: Dimittat illam vir; & vir per se maneat. Quòd si dimiserit mulierem suam, & aliam dux-

LXX. & Vulg. *Qui tenet adul-*  
*teram stultus est & impius;* tum  
propter allatam rationem S. Am-  
brosii; tum quòd ea societas in-  
quinet, dum conjux membrum  
fit, aut meretricis, aut fornicato-  
ris; tum quia licentia alteri  
datur peccandi, oriturque tur-  
pissimi lenocinii suspicio; tum  
etiam quia citius sequetur delin-  
quentis poenitentia; tum deni-  
que ut evitentur innumera mala,  
& scandalum.

In prædicto Canone præcipi-  
tur, ut conjux insons pariter  
cum fonte agat poenitentiam,  
non insolito olim ecclesiasticæ  
disciplinæ vigore; cujus rationes  
essè videntur hæc, Metus ne im-  
munis à flagitio, causa aliquate-  
nus vel occasio extiterit adulte-  
rii; suspicio incontinentiæ in re-  
poscente conjugem; & compro-  
batio veræ reconciliationis.

In Epistola decretali Domini  
Michaelis Patriarchæ, de sacerdo-  
tis uxore adulterio polluta, hæc  
sunt verba. *Ὁ μὲν τὴν ἡδονήν μοι-  
χευθεῖσαν ἀγαγόμενος, κ. τ. λ.*  
*Qui jam adulteratam in conjun-*  
*gem ducit, sacerdos fieri non po-*  
*test. Sed cum quis uxorem qui-*  
*dem virginem duxit, illa rorò*  
*connubio juncta ei adulterium ad-*  
*mittit; si re cognita sacerdos ma-*  
*neat quietus, nec eam suâ domo*  
*emittat, neque ab illa separari*  
*inducat in animum, indignus sa-*  
*cerdotis consecratur, propter hujus-*

*comodi sceleris tolerantiam. At*  
*si comperto adulterio, adulteran-*  
*tem domo suâ confestim expulerit,*  
*& divortium fecerit, posthac*  
*quoque in sacerdotii quod habet*  
*dignitate permanet. Cot.*

*Quòd si dimiserit mulierem*  
*&c.] Infraque reddit rationem:*  
*Propter poenitentiam ergo non de-*  
*bet, dimissa conjuge suâ, vir a-*  
*liam ducere: subditque, Hic ac-*  
*tus similis est, & in viro, & in*  
*muliere. Habes expressam ver-*  
*bis clarissimis orthodoxam sen-*  
*tentiam, de vinculo matrimonii*  
*post adulterium permanente;*  
*quæstione toties agitatâ, atque à*  
*Conc. Trid. definitâ, Sess. xxiv.*  
*Can. 7. Dempstis multis aut ob-*  
*scuriùs, aut generaliùs profatis,*  
*reliquorum præcipua his ferè*  
*capitibus possunt comprehendi.*

I. Nuptias per alterutrius con-  
jugum adulterium non dirimi,  
sententia Catholica est Tertulliani  
Lib. de Monogam. Innocentii  
Papæ ad Exuperium Epist. iii.  
Hieronymi ad Matt. xix. 9. Au-  
gustini, cum aliis in locis, tum  
præcipuè in duplici libro de a-  
dulterinis conjugii ad Pollen-  
tium; Patrum Conc. Milevitani  
ii. Can. 17. Namnetensis Can.  
12. Sueffionensis i. Can. 9. Fo-  
rojuliensis Can. 10. Quibus ad-  
jungo Canonem S. Patricio per-  
peram adscriptum; Can. 10. Syn-  
odi Anglic. apud Bedam Hist.  
L. iv. C. 5. Capitulum 215.

erit, & ipse mœchatur. Et dixi illi: Quid si mulier dimissa poenitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reverti; nonne recipietur à viro suo? Et dixit mihi: Imò, si non receperit eam

L.vi. Capitularium, cum Capitulo 20. Additionis 2. seu capite 2. libri iii. Concilii Parisiensis 6. & cap. 46. Triburiensis Synodi. Cùm enim, per posteriora ea decreta, non liceat marito adulteræ, vivente eâ, aliud inire connubium; datur intelligi, vetitum etiam id viro mœcho, & uxori sive libidinose, sive castæ.

II. Visum olim est Principibus Christianis, adulterio dissolvi conjugium. Patet ex multis notissimisque ea de re latis legibus: eamque doctrinam retinuerunt Græci. & Armenii. Quas leges S. Augustinus respiciens, homil. xlix. hæc habet verba, *Non vobis licet habere uxores, quarum priores mariti vivunt. Nec vobis, femina, habere viros licet, quorum priores uxores vivunt. Adulterina sunt ista conjugia, non jure fori, sed jure cæli.*

III. Qui solet Ambrosiaster appellari, ad 1 Cor. vii. 10, 11. existimat viro licere, dimissâ uxore peccante, ducere aliam; uxori non licere, dimisso obfornicationem viro, nubere: quia mulier inferior est. Atque ille locus laudatur in Synodo Aquifraganensi iii. An. 862. Verùm hinc adhiberi debent præclara B. Augustini verba L. ii. C. ult. de adulterinis conjugiiis: *Viri propterea se feminis superiores arbitrantur, ne pudicitia pares esse dignentur; in qua etiam praire debuerunt, ut eos illa tamquam sua capita sequerentur. Quamquam pro Pseudo-Ambrosio stare*

forfan videbuntur Episcopi Illiberitani, Can. 9, & 10.

IV. Quòd mulier, quamdiu vir vivit, si nubat, sit adultera, docetur à Basilio ad Amphilocheum, C. 9. & 48. Hieronymo Ep. xxx. C. 1. Adv. Jovinianum L. i. C. 5. & Ep. cxlvii. ad Amandum; Innocentio Ep. ii. C. 12. & Niceta Metropolitanæ Heracleæ in Responsis ad interrogationes Constantini Episc. L. v. Juris Græco-Romani.

V. Contrà, quòd uxor pudica à marito dimissâ, vel maritum adulterii ergo dimittens, extra culpam, aut saltem extra crimen sit, si nuptias contrahat, creditum Epiphanio, Hæc. lix. §. 4. (cum quo confer Constitutiones Apost. L. iii. C. 1.) ac fortè Tertulliano L. ii. C. 1. ad uxorem; illisque Ecclesiæ præsidibus, commemoratis excusatisque ab Origene ad Matt. xix. 8. qui contra Scripturam permiserunt aliquam nubere, viro priori vivente. Credit quoque Pollentius, id licere, non tamen expedire; prout refertur à S. August. L. i. C. 6. de adulterinis conjugiiis. At Photio Ep. i. Auctarii placet, ut mulier, à viro citra rationem ac invita repudium passâ, cùm ille aliam acceperit, ipsaque postea cum alio juncta fuerit, adultera non appelletur,

VI. Cum impudica conjugè copulatus potest eâ relicta aliam querere, ex mente Lactantii L. vi. C. 23. Concilii Venetici, Can. 2. Synodi S. Patricii, Can.



vir suus, peccat, & magnum peccatum sibi admittit: sed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit; sed non sæpe. Servis enim Dei

26. Concilii Bituricensis in Sess. 2. Synodi Lemovicensis ii. Can. 15. & Leonis iv. in Synodo Rom. Can. 36. Quibus adde Capit. 116. Theodori Cantuariensis, Tom. ix. Spicilegii. Insignis est locus B. Augustini libro de fide & operibus C. 19. *Quisquis etiam uxorem in adulterio deprehensam dimiserit, & aliam duxerit, non videtur equandus eis, qui, exceptâ causâ adulterii, dimittunt & ducunt. Et in ipsis divinis sententiis ita obscurum est, utrum & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, ut, quantum existimo, venialiter ibi quisque fallatur.*

VII. Adulteræ admittitur spes conjugii, etiam post mortem viri, per Concilii Forojulienfis Can. 10. Consule Decretum cap. Hi vero, Cauf. xxxii. Quæst. 7. Similes autem multæ sanctiones latæ reperiuntur super incestu, raptu, aliisque criminibus.

VIII. Cùm soleant Patres & Concilia facultatem divortii faciendi propter solum adulterium dare, Principalibus legibus complures aliæ varietque causæ separationis investæ sunt. Eamque in partem peccabant Ebionaci, quòd, teste S. Epiphano, liberè ad secundas, usque tertias, septimasque nuptias diverterent. Quinetiam interdum aliquid de rigore remissum fuit Ecclesiasticis regulis, dum se ad Jus civile accommodant. Quare juxta Canonem Compendiensem 13, &c. ingressus monasterii, seu voti emissio, dissolvit copulam ma-

trimonii, adeo ut conjux non vovens valeat nuptias contrahere. Præterea ex responso Gregorii Papæ secundi, Epistolâ ad Bonifacium, Vir, cui mulier debitum reddere ob infirmitatem nequit, si se non potest continere, alteram sibi jungat. Conjuratio in vitam mariti, & longa absentia, uxore nolente virum sequi, matrimonii nexum solvunt, secundùm Vermeriensis Concilii Can. 5, & 9. De uxoris etiam furore utrinque multùm agitata est quæstio.

Penè præterieram admonere, pietatis plenam esse rationem, ob quam Hermas vult, ut conjux, post dimissionem conjugis moechantis, coelebs maneat; *Potest enim in hujusmodi pœnitentia esse. Quò nempe ignoscatur ei cui Deus parcit*, ait B. Augustinus ad Pollentium L. ii, C. 6. & 9. addens, *non duram esse ac difficilem, si fides adsit, nec turpem conjugum, post perpetrata ac per pœnitentiam purgata adulteria, reconciliationem; ut pro peccatis non habeantur, cum peccati remissionem divinâ miseratione creduntur accepisse.* Cot.

Peccat.] At non pauci rem voluerunt in arbitrio mariti consistere. Vide Canones, Basilii 21. & Trullanum 93. atque ad eos Balsamonem. Adi etiam Matt. Blastarem in Jure Græco-Romano L. viii. *Verum, inquit S. Augustinus de adult. conjugiiis, L. ii. C. 9. ecce non fiat, nemo compellit, quia fortè lex aliqua hujus sæculi hoc vetat, secundùm terrenam civitatis modum, ubi ce-*

pœnitentia una est. Propter pœnitentiam ergo non debet, dimissâ conjuge suâ, vir aliam ducere. Hic actus similis est, & in viro, & in muliere. Non solùm mœchatio est ° illis, qui

VAR.LECT. ° illi ---- coinquinat.

*gitata non est abolitio criminum per sanguinem sanctum. Suscipiatur ergo continentia, quam nulla lex prohibet, in alia non eatur adulteria. Et quid ad nos, si nec saltem divinâ miseratione mundata, marito reconcilietur à Deo adultera, dum tamen non reconciliatis adulteris, non alia fiat quasi connubia, qua convincuntur esse adulteria?* Cor.

*Pœnitentia una est.*] Prudenti admodum consilio Hermas homines cupiens pariter deterrere à desperatione, atque à confidentia, sermonem toto hoc Tractatu ita temperat, ut pœnitentiam interdum ostendat, interdum occultet; modò proponat omnibus, modò quibusdam deneget, aut absolutè, aut nisi illam citò susceperint; aliquando refiscendi semel dumtaxat locum det, aliquando sapius. Et quidem eandem *οἰκονομίαν* cernere est non rarò usurpatam ab Antiquis. Clemens Rom. Ep. ii. 6. Irenæus adv. hæ. L. iv. C. 45. Clemens Alex. qui Strom ii. Pastoris sententiam affert, probat, amplificat. Tertullianus de pœn. C. 7. Cyprianus de disciplina & habitu virginum, & Libro de lapsis. Pacianus in parænetico ad pœnit. Athanasius homil. in Matt. xii. 32. Origenes & Theognosius blasphemiam in Spiritum sanctum exponunt de peccatis subsequenter acceptum in baptisate donum S. Spiritus. Consule etiam Di-

dymum de Spiritu sancto, Epiphanium Hær. lix. C. 5. & Hieronymum Epist. ad Demetriadem 8.

Una hæc apud Hermam post baptismum pœnitentia, etiam in delicto mœchiæ, magnopere Tertulliano displicuit, postquam orthodoxiam cum hæresi commutavit: Vide librum de pudicitia C. 10. At Catholico placuerat una hæc secunda & ultima pœnitentia, eamque exposuerat in opere de pœnitentia C. 7, 8, 9, &c. Et verò semel dumtaxat tributam fuisse olim certis criminibus pœnitentiæ veniam, colligere licet ex multis Canonibus. Quinetiam doctrina est Ambrosii, de pœnitentia L. ii. C. 10, 11. & Augustini Epist. 54. Hæc tamen omnia non impediunt, quò minùs, vel ratione diversi Ecclesiarum usùs, vel ex potestate prudentiaque episcopali, licuerit, primis etiam Ecclesiæ temporibus, pœnitentiam repetere. Etenim, referente Irenæo, Cerdon non semel exomologesim hæreseos fecit: quod & testatur de Valentino & Marcione Tertullianus. Accedunt huc innumeri Canones, per quos paullatim ventum est ad nostræ ætatis consuetudinem. Quamquam semper suspectum fuit, & subinde delinquere, ac subinde reconciliationem ambire. Cor.

*Non solùm mœchatio &c.*] In commentariis Paulinarum Epistoliarum, qui inter Hieronymia-

carnem suam coinquinant; sed & is, qui simulacrum facit, mœchatur. Quòd si in his factis perseverat, & pœnitentiam non agit; recede ab illa, & noli convivere cum illa: <sup>7</sup> alioquin & tu particeps eris peccati ejus. Propter hoc, præceptum est vobis, <sup>8</sup> ut cœlibes maneatis, tum vir, tum mulier: potest enim in hujusmodi pœnitentia esse. Sed & ego non do occasionem, ut hæc ita agantur; sed ne amplius, qui peccaverit, peccet. De prioribus autem peccatis ejus, Deus, qui potestatem habet <sup>9</sup> sanitatem dandi, dabit remedium; quia ipse est, qui habet potestatem omnium.

erunt. Sicut enim in æstate fructus arboris cuiuscumque declaratur, & <sup>5</sup> patet: sic & iustorum factum declarabitur, & <sup>6</sup> patebit; & omnes hilares & gaudentes in illo sæculo restituentur. Nam <sup>7</sup> cæteræ gentes, peccatores <sup>8</sup> scilicet, sicut arbores quas vidisti aridas, tales inveniuntur aridi, & sine fructu in illo sæculo; & sicut arida ligna, comburentur, & palam <sup>9</sup> fient, quoniam malè fecerunt in omni tempore vitæ suæ; & comburentur ideo, quia peccaverunt, & peccatorum suorum non egerunt pœnitentiam. Sed & cæteræ gentes comburentur; quia non agnoverunt Deum creatorem suum. Tu ergo fac fructum bonum, ut in <sup>1</sup> æstate cognoscatur fructus tuus; & abstine te à multis negotiis, & nihil delinques. Quicumque enim multa negotia agunt, multa delinquent; quia constricti sunt circa negotia sua, & non serviunt Deo. Nam quo modo potest homo, qui non servit Deo, aliquid petere & accipere à Deo? Qui enim serviunt Deo, petunt & accipiunt <sup>2</sup> sua desideria. Quòd si unum negotium tractat aliquis, poterit fervire Deo; quoniam non alienatur animus ejus à Domino, sed purâ mente servit Deo. Hoc ergo si feceris, poteris in <sup>3</sup> venturo sæculo habere fructum: sed & omnes qui fecerint hæc, fructum ferent.

LECT. VAR. <sup>5</sup> C. & L. paret. <sup>6</sup> parebunt. <sup>7</sup> ANG. & C. exteræ. <sup>8</sup> L. *Deest.* <sup>9</sup> ANG. fiet. <sup>1</sup> L. eo stare. <sup>2</sup> *Deest.* <sup>3</sup> venienti.

---

### SIMILITUDO V.

*De vero jejunio; & ejus mercede; tum & de corporis munditia.*

I. **C**UM jejunarem & sederem in monte quodam, & gratias agerem Deo pro omni-

bus quæ fecerat mecum; video Pastorem illum sedentem juxta me, ac <sup>1</sup> dicentem mihi: Quid tam manè huc venisti? Respondi: Quoniam, Domine, stationem habeo. Quid est, inquit, statio? Et dixi: Jejunium. Et dixit: Quid est illud jejunium? Sicut solebam, inquam, sic jejuno. Nescitis, inquit, Deo jejunare; neque est jejunium hoc quod jejunatis, Deo nihil proficientes. Quare, inquam, Domine, ita dicis? Dico <sup>2</sup> certè, inquit, non esse jejunium hoc, quod putatis vos jejunare: sed ego te docebo quod sit jejunium plenum, acceptumque Deo. Audi, inquit: Dominus non desiderat tale jejunium supervacuum: sic enim jejunando nihil præstas æquitati. <sup>3</sup> Jejuna certè verum jejunium tale. Nihil in vita tua nequiter facias; sed mente purâ servi Deo, custodiens mandata ejus, & in præceptis ejus ingrediens; neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino, si hæc feceris, <sup>4</sup> timoremque ejus habueris, atque abstineris ab omni negotio malo, Deo te victurum. Hæc si feceris, jejunium magnum consummabis acceptumque Domino.

<sup>1</sup> B. hæc. <sup>2</sup> L. enim quia non est. <sup>3</sup> Leve enim je- VAR.LECT.  
junium tale est. <sup>4</sup> metumque habueris.

[*Quid est, inquit, statio? &c.*] de militaribus stationibus, ac de Inter Latinos vivens Hermas, castris: quippe quæ allusionem *στάσις*, stationis vocabulum more magis respiciant, quàm etymologiam. Per *stationem* Antiqui memorini, me legere jejunium à omne *jejunium* interdum intel- Græcis sic vocatum fuisse, qui legerunt; interdum autem *στάσιον πάννουχον* appellant *vigilias, pernoctem stationem*. At Latini, quia diebus jejunii Christiani diutiùs in Ecclesia stabant, quartæ & sextæ feriæ. *COT.* quàm diebus dominicis ac festis, *Verum jejunium.*] Idem *Patres passim*. Basilius *προσεύχων δευ- τήν, εὐάρεστον Θεῷ, ἀληθῆ nun-* cupat. *COT.*

II. Audi Similitudinem, quam dicturus sum tibi, ad jejunium pertinentem. Quidam cum haberet fundum, servosque multos; in quadam parte fundi <sup>1</sup> sui posuit vineam <sup>2</sup> successoribus: deinde peregre profectus, elegit servum quem habebat fidelissimum, ac sibi probatum; eique adsignavit vineam, præcipiens ut vitibus jungeret palos: quod si fecisset, & mandatum suum consummasset; libertatem eidem se daturum promissit. Nec præterea quidquam <sup>3</sup> aliud præcepit illi, <sup>4</sup> quod in ea <sup>5</sup> faceret; atque ita peregre profectus est. Postquam <sup>6</sup> autem servus ille <sup>7</sup> curam <sup>8</sup> apprehendit; fecit quæcumque <sup>9</sup> præceperat dominus. Cumque depalasset vineam illam, & animadvertisset eam herbis <sup>1</sup> repletam; cœpit secum ita <sup>2</sup> cogitare, dicens: Peregi quod mihi præceperat dominus; fodiam nunc vineam hanc, & erit formosior <sup>3</sup> cum fuerit fossa; & extractis herbis, majorem dabit fructum, & non suffocabitur ab herbis. Adgressus deinde fodit, & omnes herbas quæ in ea erant, extraxit; atque ita evasit vinea speciosissima ac læta, non suffocata ab herbis. Post aliquantum verò temporis venit dominus ejus, & ingressus est vineam: quam cum depalatum vidisset decenter, ac <sup>4</sup> circumfossam, & extractas herbas <sup>5</sup> ab ea, & lætas esse vites; ex facto hoc servi sui gaudium cepit. Adhibito itaque filio, quem carum & hæredem habebat, & amicis quos in consilio advocabat; indicat ea quæ servo <sup>6</sup> suo facienda mandasset, <sup>7</sup> quæ præterea ille fecisset. At illi protinus gratulati sunt servo illi, quòd <sup>8</sup> tam plenum testimonium domini sui assecutus fuisset. Ait deinde illis:

VAR.LECT. <sup>1</sup> ejus. <sup>2</sup> ANG. affuturis. L. futuris. <sup>3</sup> *Deest.* <sup>4</sup> ut quid in ea facere deberet. <sup>5</sup> ANG. facere deberet. <sup>6</sup> C. & L. *Deest.* <sup>7</sup> *Deest.* <sup>8</sup> *Quidam codd.* cœpit, &. <sup>9</sup> L. præcipit. <sup>1</sup> repleffe. <sup>2</sup> ANG. disputare. <sup>3</sup> *Desunt* cum fuerit. <sup>4</sup> L. fossam. <sup>5</sup> ex. <sup>6</sup> *Deest.* <sup>7</sup> &. <sup>8</sup> tunc.

Ego quidem huic servo libertatem promisi, si custodisset mandatum <sup>9</sup> meum quod dederam; & custodivit illud, & præterea opus bonum adjecit in vineam, quod mihi <sup>1</sup> quamplurimum placuit. Pro hoc igitur opere quod fecit, volo eum filio meo facere cohæredem; quoniam, cum sensisset quid esset bonum, non <sup>2</sup> omisit, sed fecit illud. Hoc consilium domini, & <sup>3</sup> filius, & amici ejus comprobaverunt; ut fieret scilicet hic servus cohæres filio. Post dies deinde <sup>4</sup> non multos, convocatis <sup>5</sup> amicis, pater-familiâs misit de cœna sua servo illi cibos complures. Quos cum accepisset ille, sustulit ex eis quod <sup>6</sup> sufficiebat sibi; reliquum autem conservis suis distribuit. Quibus acceptis, illi lætati sunt; & cœperunt illi optare, ut majorem gratiam apud dominum inveniret, ob ea quæ fecerat ipsis. Hæc omnia cum audisset dominus ejus, percepit iterum maximum gaudium; & convocatis rursuin amicis, & filio, exponit factum servi sui de cibis suis, quos ei miserat. Illi itaque tantò magis assenserunt patri-familiâs, <sup>7</sup> ipsum servum cohæredem filio debere fieri.

III. Dico ei: Domine, has Similitudines non novi, neque intelligere possum, nisi eas tu mihi exponas. Omnia, inquit, exponam tibi quæcumque locutus fuero tecum, aut ostendero tibi. Mandata Domini custodi, & eris probatus, & scriberis in numero eorum qui custodiunt mandata ejus. <sup>1</sup> Si autem præter ea quæ mandavit

<sup>9</sup> *Decet.* <sup>1</sup> ANG. validissimè. <sup>2</sup> dissimulavit. <sup>3</sup> fe- VAR. LECT.  
cit. <sup>4</sup> ANG. paucos. <sup>5</sup> L. paterfamilias antiquis.  
<sup>6</sup> sufficeret. <sup>7</sup> cum. <sup>1</sup> Sin autem præter ea quàm quod.

*Misit de cœna sua servo illi ci-* bertate donandum. Habebant  
*bos.]* Mittit cibos de cœna, tam- quippe hoc moris, ut etiam per  
quam sibi caro; ad cœnam non honorem communis mensæ mag-  
admittit, nondum scilicet li- nu-mitterent. Cor.

Dominus, aliquid boni <sup>2</sup> adjeceris; majorem dignitatem tibi <sup>3</sup> conquires, & <sup>4</sup> honoratior apud Dominum eris, quàm eras futurus. Igitur si custodieris mandata Domini, & adjeceris etiam ad ea stationes has, gaudebis; maximè, si secundùm mandatum meum servaveris ea. Dico ei: Quidquid mihi præceperis, Domine, servabo; scio enim te mecum futurum. Ero, inquit, tecum, qui tale propositum habes. Sed & cum omnibus ero, quicumque idem propositum <sup>5</sup> habent. Jejunium hoc, inquit, custoditis mandatis Domini, valde bonum est. <sup>6</sup> Sic igitur servabis illud.

Primùm omnium cave Primῶτον πάντων φύλα-  
ab omni probro, & turpi ξαι νηστεύειν ἀπὸ παν-  
verbo, & ab omni noxia τὸς ῥήματος πονηροῦ, καὶ  
cupiditate; & purifica ἀκοῆς πονηρᾶς καὶ κα-  
sensum tuum ab omni θάρσιόν σου τὴν καρδίαν  
vanitate sæculi hujus. ἀπὸ παντός μολυσμοῦ,  
Si hæc custodieris, erit καὶ μνησικακίας, καὶ  
hoc jejunium justum. Sic αἰσχροκερδίας. Καὶ ἐν ἡ-  
ergo facies. Peraçtis μέρα ἢ νηστεύεις, ἀρκέσ-  
quæ suprâ scripta sunt, θητι ἄρτῳ καὶ λαχά-  
illo die quo jejunabis, νοῖς καὶ ὕδατι, εὐχαρισ-  
nihil omnino gustabis, τῶν τῷ Θεῷ συμψηφί-  
nisi panem & aquam; σας δὲ τὴν ποσότητα  
& computatâ quantita- τῆς δαπάνης τοῦ ἀρίστου,  
οὔ ἔμελλες εἶθίειν κατ'

VAR.LECT. <sup>2</sup> feceris. <sup>3</sup> acquiris. ANG. acquires. <sup>4</sup> L. honoratior. <sup>5</sup> C. & L. habuerint. <sup>6</sup> L. Si igitur servaveris.

[Nisi panem & aquam.] Pa- ex Tertulliano & ex multis ca-  
tor angelus poenitentia Hermæ nonibus constat. Cor.  
præcipit xerophagiæ maximè . Computatâ quantitate cibi.]  
austerum genus, jejunium for- Nihil frequentius inculcant sanc-  
tissimum, (ut loquitur S. Hiero- ti Patres, quàm præclaram hanc  
nymus.) aquam & panem: quod jejunii cum elemosyna conso-  
poenitentibus injunctum fuisset, ciationem. Cor.



te cibi, <sup>7</sup> quem cæteris diebus comesturus eras, sumptum diei illius quem facturus eras, repones, & dabis viduæ, pupillo, aut inopi : & sic consummabis humilitatem animæ tuæ; ut qui ex eo acceperit, satiet animam suam, & pro te adeat Dominum Deum oratio ejus. Si <sup>8</sup> igitur sic consummaveris jejunium tuum, quemadmodum præcipio tibi; erit hostia tua accepta Domino, & scribetur hoc jejunium tuum. Hæc statio sic <sup>9</sup> acta est bona, hilaris, & accepta Domino.

*Hinc Antiochus, homiliâ vii.*

Νηστεία γὰρ ἀληθινή ἐστίν, οὐ μόνον τὸ ἑαυτὸν ἐκτῆξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης, ἣν ἐμελλεν ἐσθίειν, δοῦναι χήρα, ἢ πτωχῷ· ἵνα ὁ εἰληφώς, ἐμπλησθεῖς, εὔξηται ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ δεκτὴ γένηται ἡ θυσία αὐτοῦ παρὰ τῷ Θεῷ.

*Jejunium enim verum est; non modò se tabidum facere, sed & quantitatem sumptus, quem comesturus erat, dare viduæ, & inopi : ut qui acceperit, satiatus, oret pro eo, & accepta fiat Deo hostia ejus.*

<sup>7</sup> cæterisque, quæ editurus eras, sumptum --- reponis, VAR.LECT. & <sup>8</sup> Deest. <sup>9</sup> gesta.

Hæc tu si fervâris cum liberis tuis, & tota domo tua; custoditis his, <sup>1</sup> felix eris. Et quicumque hæc audita custodierint, <sup>2</sup> felices erunt; & quidquid petierint à Domino, <sup>3</sup> obtinebunt.

IV. Et <sup>1</sup> precatus sum eum, ut mihi explanaret <sup>2</sup> hanc Similitudinem de fundo, & domino, ac vineâ, & servo qui depalaverat vineam; & herbis quæ extractæ de vinea erant; & de filio, & de amicis, quos in consilio adhibuerat. Intellexi enim, esse illud Similitudinem. Ait mihi: Valde audax es ad interrogandum. Nihil enim debes interrogare: nam si oportuerit demonstrari, demonstrabitur tibi. Dico ei: Domine, quæcumque ostenderis mihi, nec <sup>3</sup> declaraveris, frustra <sup>4</sup> videro illa, si non intellexero quidnam <sup>5</sup> sint; & Similitudines si quas <sup>6</sup> proposueris, & non exposueris, frustra <sup>7</sup> audiero eas. Respondit mihi rursus, dicens: Quicumque Dei servus est, <sup>8</sup> Dominumque habet in præcordiis suis, petit ab eo intellectum, & <sup>9</sup> obtinet; & omnem Similitudinem <sup>1</sup> explicat; & intelligit verba Domini, quæ <sup>2</sup> inquisitione egent. Quicumque <sup>3</sup> verò inertes sunt, & pigri ad orandum, illi dubitant petere à Domino; cùm sit Dominus <sup>4</sup> tam profundæ bonitatis, <sup>5</sup> ut petentibus à se <sup>6</sup> cuncta sine intermissione tribuat. Tu ergo, qui confirmatus es ab <sup>7</sup> illius nuncio, & accepisti orationem tam potentem, cùm piger non sis; cur <sup>8</sup> jam à Domino intellectum non petis, & accipis? Dico ei: Cùm te præsentem habeam, necesse est ut à te petam, & interrogem;

VAR LECT. <sup>1</sup> salvus. <sup>2</sup> pariter salvi. <sup>3</sup> accipient. <sup>4</sup> ANG. deprecatus. <sup>5</sup> L. similitudinem illam. <sup>6</sup> demonstraveris. <sup>7</sup> videbo. <sup>8</sup> fuerint. <sup>9</sup> exposueris, & non absolveris. <sup>10</sup> audiam. <sup>11</sup> Dominum quem. <sup>12</sup> accipit. <sup>13</sup> exfolvit. <sup>14</sup> ANG. quæstionem ferunt. <sup>15</sup> L. ergo. <sup>16</sup> Deest. <sup>17</sup> Deest. <sup>18</sup> cunctis. <sup>19</sup> ANG. & C. illo venerabili. <sup>20</sup> L. Deest.

tu enim omnia mihi ostendis, & loqueris, <sup>9</sup> cum ades. Nam si sine te ea viderem, vel audirem; tunc Dominum rogarem, ut <sup>1</sup> ostenderet mihi.

V. Et respondit: Dixeram <sup>1</sup> tibi paulò antè, callidum te esse & audacem, qui solutiones Similitudinum interrogas. Sed <sup>2</sup> quia ita es pertinax; solvam tibi hanc quam desideras Similitudinem, ut omnibus notam facias eam. Audi nunc, inquit, & percipe animo. Orbem terrarum fundus ille significat, qui in Similitudinem est positus. Dominus autem fundi demonstratur esse is, qui creavit cuncta, & consummavit, & virtutem illis dedit. Filius autem, Spiritus sanctus est. Servus verò ille, Filius Dei est. Vineam autem, populus est, <sup>3</sup> quem servat ipse. Pali verò, nuncii sunt, qui à Domino præpositi sunt ad continendum populum ejus. Herbæ autem quæ evulsæ sunt de vinea, <sup>4</sup> admissæ sunt fervorum Dei. Cibi verò quos de cœna misit illi, mandata sunt quæ per Filium dedit populo suo. Amici autem illi quos in consilio advocavit, <sup>5</sup> angeli sunt sancti, quos <sup>6</sup> primò creavit. Absentia verò illius patris-familiâs, tempus est quod in adventum ejus restat. Dico ei: Domine, magnificè & mirè omnia hæc se habent, atque honestè: nunquid ergo, Domine, <sup>7</sup> inquam, hæc poteram intelligere? <sup>8</sup> Ne quidem quispiam præterea homo, tametsi valde prudens

<sup>9</sup> mihi. Ades. Nam. <sup>1</sup> B. demonstraret. L. demonstraretur. <sup>1</sup> Deest. <sup>2</sup> quamvis. <sup>3</sup> quam. <sup>4</sup> commissa. <sup>5</sup> ANG. nuncii. <sup>6</sup> L. primos. <sup>7</sup> Deest. <sup>8</sup> Nec. VAR LECT.

*Filius Dei.*] Cum nuncius pœ-Sanctum Filii-familiâs personam nitentiæ per vinitorem Domi-sustinere, commodum duxit. Et num nostrum designasset, simili-quidem S. literæ in negotio re-tudine tractâ ab Esaia v. & xlii. giminis Ecclesiæ, promiscuè u-& pariter Deum Patrem, villa-tuntur nominibus Filii & Spiritûs possessorem & fundi patronum sancti. Vide Mat. xxviii. 20. statuisse; tertio in loco Spiritum Joh. xiv. 16. OXON.

fit, <sup>9</sup> poterit intelligere ea. Sed nunc mihi demonstra, Domine, quod quæro. <sup>1</sup> Quære quod vis, inquit. Quare, inquam, Filius Dei, in Similitudine hac, <sup>2</sup> servili loco ponitur?

VI. Audi, inquit: In servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in <sup>1</sup> magna potestate & imperio. <sup>2</sup> Ei dixi: Quo modo, inquam, Domine? Non intelligo. Quoniam, inquit, <sup>3</sup> eis quos Filio suo tradidit, <sup>4</sup> Filius ejus nuncios præposuit, ad <sup>5</sup> conservandos singulos: ipse autem plurimum laboravit, plurimumque perfectus est, ut aboleret <sup>6</sup> delicta eorum. Nulla enim vinea potest fodi sine labore ac dolore. <sup>7</sup> Deletis igitur peccatis populi sui; ipse eisdem monstravit itinera vitæ, datâ eis lege, quam à Patre acceperat. Vides igitur, esse Dominum populi, acceptâ à Patre suo omni potestate. Quare autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de hæreditate, <sup>8</sup> & bonos angelos? Quia nuncius audit <sup>9</sup> illum Spiritum sanctum, qui <sup>1</sup> infusus est omnium primus in corpore, <sup>2</sup> in quo habitaret Deus. Collocavit

VAR.LECT. <sup>9</sup> qui possit: <sup>1</sup> ANG. Dic, si quid vis. <sup>2</sup> servili- que. <sup>1</sup> ANG. magnam potestatem & imperium. <sup>2</sup> L. Et dixi: Quemadmodum. <sup>3</sup> eum quem. <sup>4</sup> & Filius ejus nuncios. <sup>5</sup> confirmandos. <sup>6</sup> peccata. <sup>7</sup> Delictis igitur populi. <sup>8</sup> honestos quia. B. honestosque. <sup>9</sup> L. Deest. <sup>1</sup> C. & L. creatus. <sup>2</sup> L. quod ei videbatur. Hoc ergo corpus, in quo habitaret Deus, collocavit intellectus scilicet corpore quod ei videbatur.

[Quare autem Dominus &c.] *tore, in quo habitaret Deus, col-*  
 Hunc locum vaide corruptum, *locavit; in delecto corpore quod*  
 ex MSS. & editionum collatio- *ei videbatur.* WAK.  
 ne, sic corrigit doctissimus Gra- *illum Spiritum sanctum.] Spi-*  
 bius: *Quare autem Dominus in* ritum scilicet Christi creatum,  
*consilio adhibuerit Filium de hæ-* non Spiritum sanctum, tertiam  
*reditate, honestosque nuncios, au-* in sacrosancta Trinitate perso-  
*di. Spiritum sanctum, qui crea-* nam. WAK.  
*tus est omnium primus, in cor-*

enim eum intellectus in corpore, ut ei videbatur. Hoc ergo corpus, in <sup>3</sup> quod inductus est Spiritus sanctus, servivit illi Spiritui; rectè in modestia ambulans & castè, neque omnino maculavit Spiritum illum. Cùm igitur corpus illud paruisset omni tempore Spiritui sancto, <sup>4</sup> recteque & castè laborasset cum eo, nec succubisset in omni tempore; fatigatum corpus illud serviliter <sup>5</sup> conversatum est, sed fortiter cum Spiritu sancto comprobatum Deo <sup>6</sup> receptum est. Placuit <sup>7</sup> igitur Deo <sup>8</sup> hujusmodi potens cursus; <sup>9</sup> quia maculatus non esset in terra, possidens in se Spiritum sanctum. In consilio advocavit ergo Filium, & nuncios <sup>8</sup> bonos, ut & huic scilicet corpori, quod <sup>9</sup> servivit Spiritui sancto sine querela, locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mercedem servitutis suæ perdidisse. Accipiet enim mercedem omne corpus purum ac sine macula repertum, in quo habitandi gratiâ constitutus fuerit Spiritus sanctus. Habes & hujus Similitudinis <sup>1</sup> expositionem.

VII. Percepi, inquam, Domine, tuam voluntatem, auditâ hac <sup>1</sup> expositione. Audi <sup>2</sup> ulterius, inquit: Corpus hoc tuum custodi mundum, atque purum; ut Spiritus ille, qui inhabitabit in eo, testimonium referat illi, & tecum fuisse judicetur. Atque etiam <sup>3</sup> vide, ne quando persuadeatur tibi, interire corpus hoc, & abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore & Spiritum sanctum; & si maculaveris <sup>4</sup> corpus

<sup>3</sup> ANG. quo deductus. <sup>4</sup> C. & L. rectè atque castè. VAR.LECT.  
<sup>5</sup> L. conservatum. <sup>6</sup> G. & V. receptumque. C. confervatum. <sup>7</sup> L. enim. <sup>8</sup> B. honestos. <sup>9</sup> L. servisset. <sup>1</sup> exsolutiones. <sup>2</sup> exsolutione. <sup>3</sup> nunc. <sup>4</sup> inde. <sup>5</sup> ANG. spiritum sanctum.

*Intellectus, &c.] Lege intellectu scilicet corpore quod ei videbatur.*  
 Cot.

tuum, non vives. Et dixi: Quid si per ignorantiam <sup>5</sup> aliquam id admissum est, antequam audirentur verba hæc? Quo pacto assequitur salutem is qui maculavit corpus suum? Prioribus, inquit, rebus, <sup>6</sup> qui per ignorantiam admiserunt, remedium tribuere solus Deus potest: ejus enim est omnis potestas. Sed nunc custodi te: & cum sit Dominus omnipotens & misericors, prioribus admissis remedium dabit, si <sup>7</sup> futurum non maculaveris corpus tuum, & Spiritum. Confortes sunt enim ambo, <sup>8</sup> & alteruter sine altero non coinquinatur. Utrumque ergo serva mundum; & vives Deo.

VAR.LECT. <sup>5</sup> B. aliquid. <sup>6</sup> C. & L. quæ. <sup>7</sup> in. <sup>8</sup> L. alterutrum & alter.

### SIMILITUDO VI.

*De duplici genere hominum voluptariorum, & eorum morte, defectione, & pœnarum duratione.*

I. CUM federem domi, & glorificarem <sup>1</sup> Dominum pro omnibus quæ videram, & de Mandatis <sup>2</sup> cogitarem, ea valde bona esse, & magna, & honesta, ac læta, & quæ possint salutem <sup>3</sup> hominum afferre; intra me ipsum hæc dicebam: Felix ero, si in his Mandatis ambulavero; & quicumque in his ambulaverit, vivet Deo. Dum hæc <sup>4</sup> loquerer mecum, video eum, <sup>5</sup> quem & priùs, sedentem juxta me, & hæc mihi dicentem: Quid dubitas de Mandatis meis, quæ tibi præcepi? Bona sunt, nihil omnino dubitaveris; sed indue fidem Domini, & ambulabis in eis. Ego enim, in illis, dabo tibi vires. Hæc Man-

VAR.LECT. <sup>1</sup> L. Deum. *Alternant* Deus & Dominus in codd. <sup>2</sup> disputarem. <sup>3</sup> L. homini. <sup>4</sup> loquor. <sup>5</sup> ANG. sedentem.

data utilia sunt his, qui delictorum suorum antè admissorum acturi sunt pœnitentiam, si in futurum in iis ambulaverint. Quicumque igitur agitis pœnitentiam, abjicite à vobis nequitiam hujus sæculi. Induite <sup>6</sup> verò omnem virtutem, & æquitatem, & poteritis custodire hæc Mandata; <sup>7</sup> neque deinceps peccetis. Si enim deinceps non peccaveritis; plurimum ex prioribus reciditis. In Mandatis meis ambulate, & vivetis Deo. Hæc à me dicta sunt vobis. Postquam hæc mecum locutus est, ait mihi: Eamus in agrum, & pastores pecorum tibi ostendam. Eamus, inquam, Domine.

Et venimūs in quemdam campum: & illic ostendit mihi juvenem pastorem, vestitum synthesium, vestimentorum colore coccineo. Pascebat autem pecora copiosa: & pecora illa velut in voluptatibus erant, & plurimis deliciis; & hilaritate exultabant, & exultantia discurrebant huc atque illuc. Et ipse pa-

Ἦλθον εἰς πεδίον, καὶ δείκνυσί μοι παῖδα νεανίσκον, ἐνδεδυμένον σύνθεσιν ἐνδυμάτων κροκαίων, βόσκοντα πρόβατα πολλά λίαν· καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ἦν ὡσεὶ τρυφᾶντα, καὶ λίαν σπαταλῶντα, καὶ ἰλαρὰ, σκιρτῶντα ὡσεὶ κἀκεί. Καὶ αὐτὸς ποίμην πάνυ ἰλαρὸς ἐπὶ τῷ

<sup>6</sup> L. ergo. <sup>7</sup> nec posthæc adjiciatis. Nihil ergo ad- VAR. LECT.  
jicientes, plurimum.

*Deinceps peccetis. Ἐπε.*] Alii, *post hoc adjiciatis. Nihil enim adjicientes. OXON.*

*Pastores.*] Quia hisce in visionibus multi *pastores* apparent, Hermæ opus Origenes appellat Librum de pastoribus III. Περὶ ἀρχῶν, ii. Cot.

*Vestitum synthesium.*] Rectè Pastori, Angelo illecebærarum, dulcedinis, ac voluptatis, datur *synthesis* coccinea, quam nemo nescit, vestem fuisse preciosam, elegantem, cœnatoriam, indicem lætitiæ, atque à mollioribus solitam indui. Cot.

stor vehementem ex gre-  
ge suo percipiebat vo-  
luptatem; & vultus pa-  
storis illius valde hilaris  
erat, inter pecora dif-  
currentis.

ποιμνίᾳ αὐτῶ ἦν, καὶ  
περιέτρεχε τὰ πρόβατα.  
Καὶ ἄλλα πρόβατα εἶ-  
δον σπαταλῶντα καὶ  
τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἐνί,  
οὐ μέντοι σκιρτῶντα.

II. Ait mihi <sup>1</sup> Ange-  
lus: Vides <sup>2</sup> autem hunc  
pastorem? Video, in-  
quam, Domine. Et  
dixit mihi; Hic nun-  
cius <sup>3</sup> illecebrarum, dul-  
cedinis, ac voluptatis est.  
Hic ergo corrumpit  
mentes fervorum Dei, &  
avertit eos à veritate,  
oblectans cupiditatibus;  
& pereunt. Obliviscun-  
tur enim mandata Dei  
vivi; & in luxuriis con-  
versantur, & deliciis vanis;  
& corrumpuntur  
ab hoc nuncio <sup>4</sup> malo  
aliqui usque ad mortem,  
aliqui verò usque ad de-  
fectionem. Dico ei:  
Domine, non intelligo,  
quid sit ad mortem, &  
quid ad defectionem.  
Audi, inquit: Quæcum-

B. Καὶ λέγει μοι· Βλέ-  
πεις τὸν ποιμένα τοῦτον;  
Βλέπω, φημί, Κύριε. Οὐ-  
τός, φησιν, ἄγγελος τρυ-  
φῆς καὶ ἀπάτης ἐστίν.  
οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς  
τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ,  
καὶ καταστρέφει ἀπὸ  
τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν  
αὐτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις  
ταῖς ποιηραῖς, ἐν αἷς ἀ-  
πόλλυνται ἐπιλανθανό-  
μενοι τῶν ἐντολῶν τοῦ  
ζῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ  
πορευόμενοι (ἐν) ταῖς  
ματαίαις τρυφαῖς καὶ ἀ-  
πάταις τοῦ βίου τούτου.  
Διὸ καὶ ἀπόλλυνται ὑ-  
πὸ τοῦ ἀγγέλου τούτου  
εἰς θάνατον καὶ καταφ-  
θοράν. Λέγω αὐτῶ· Οὐ  
γινώσκω, Κύριε, τί ἐστίν  
εἰς θάνατον καὶ καταφ-  
θοράν. Καὶ λέγει μοι·  
Ἄκουέ φησιν· Ἄ εἶδες  
πρόβατα ἰλαρὰ καὶ  
σκιρτῶντα, οὗτοί εἰσιν οἱ



que pecora vidisti valde læta & exultantia; ii sunt, qui <sup>5</sup> in perpetuum à Deo discesserunt, & tradiderunt se desideriiis hujus sæculi. Iis ergo non est per pœnitentiam regressus ad vitam; quoniam quidem adjecerunt ad reliqua delicta sua <sup>6</sup>; & nomen Domini nefandis <sup>7</sup> infectati sunt verbis. Hujusmodi homines morti sunt destinati. Quæ verò vidisti pecora non exultantia, sed uno loco vescentia; ii sunt, qui tradiderunt se quidem deliciis ac voluptatibus, nihil verò nefandum in Dominum locuti sunt. Hi igitur <sup>8</sup> non defecerunt à veritate, ideoque repositam adhuc habent spem vitæ in pœnitentia. Defectio enim habet spem aliquam redintegratio-

ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τέλος, καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἐν τούτοις μετάνοια ζωῆς οὐκ ἔστιν ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοὺς βλασφημοῦται. τῶν τοιούτων ζωὴ θάνατός ἐστιν. Ἄ δὲ εἶδες μὴ σκιρτῶντα, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ βοσκόμενα, οὗτοί εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν τῇ τρυφῇ καὶ ἀπάτῃ ἑαυτοὺς, εἰς δὲ τὸν Κύριον μὴ βλασφημήσαντες. οὗτοι οὖν κατεφθαρμένοι εἰσιν ἀπὸ τῆς ἀληθείας. ἐν τούτοις ἐλπίς ἐστὶ μετανόιας, ἐν ἣ δύνανται ζῆσαι. Ἡ καταφθορὰ οὖν ἐλπίδα ἔχει ἀναστάσεως ἕως τινός· ὁ δὲ θάνατος ἀπάλειαν ἔχει αἰῶνον. Πάλιν πρόσβημεν μικρόν, καὶ δείκνυσί μοι ἕτερον ποιμένα μέγαν, ὡς ἀγρίον τῇ ἰδέᾳ, περικείμενον δέρμα αἰγίον λευκόν· καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τὸν ὤμον,

<sup>5</sup> perpetuò. <sup>6</sup> etiam hoc, secuti. <sup>7</sup> Deest.

quodd nomen. <sup>7</sup> ANG. in- VAR.LECT. Q 2

tenetur interitu. Rur- καὶ ῥάβδον σκληρὰν μί-  
 sum progressi fumus pau- αν, καὶ ὄζους ἔχουσιν,  
 lulum; & ostendit mihi καὶ τὸ βλέμμα εἶχεν  
 pastorem magnum, & πικρὸν, ὥστε φοβηθῆναι  
 velut agrestem figuram με αὐτόν. Οὗτος οὖν ὁ  
<sup>9</sup> habentem, amictum ποιμὴν παρελάμβανε τὰ  
 pelle albâ caprinâ, pe- πρόβατα, ἀπὸ τοῦ ποι-  
 ram gestantem in hume- μένος τοῦ πρώτου τοῦ  
 ro, & manu virgam no- νεανίσκου, ἐκεῖνα τὰ σπα-  
 dofam, & <sup>1</sup> valde duram, ταλῶντα, καὶ τρυφῶν-  
 & flagellum in manu; τα, καὶ σκιρτῶντα δὲ  
 aspectum autem <sup>2</sup> trucem καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ εἰς  
 & sævum habebat, ut τινὰ τόπον κρημνῶδη,  
 possit <sup>3</sup> terrere aliquos; καὶ ἀκανθῶδη, καὶ τρι-  
 talis erat aspectus ejus. βολῶδη· ὥστε ἀπὸ τῶν  
 Hic ergo accipiebat ab ἀκανθῶν καὶ τριβόλων  
 illo juvene pastore ea μὴ δύνασθαι ἐκπλέξαι  
 pecora, quæ <sup>4</sup> delicias τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἐμ-  
 quidem agebant, sed non πλέεσθαι ταῖς ἀκάνθαις  
 exultabant; & compel- καὶ τριβόλοις, καὶ λίαν  
 lebat ea in præcipitem ἐταλαιπώρου δερόμενα  
 locum quemdam, ac spi- ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ᾧδε κα-  
 nosum, tribulisque con- κεῖ περιέλαυνεν αὐτὰ,  
 fertum, usque aded ut καὶ ὅλως ἀνάπαυσιν αὐ-  
 de spinis & tribulis se non τῶντο.  
 possent explicare; sed  
 implicata ibi <sup>5</sup> pascebantur <sup>6</sup> spinis & tribulis;  
 & graves cruciatus experiebantur ex <sup>7</sup> verbis e-  
 jus: agebat enim ea, & nec consistendi eis lo-  
 cum <sup>8</sup> ante tempus permittebat.

VAR.LECT. <sup>9</sup> L. Decf. <sup>1</sup> vehementer durum flagellum. <sup>2</sup> amarum. <sup>3</sup> horrere aliquis. *Alii* exhorrere aliquis. <sup>4</sup> L. deliciis. <sup>5</sup> ANG. pascerentur. <sup>6</sup> L. Spinis, & tribulos, & graves. <sup>7</sup> ANG. & C. verberibus. <sup>8</sup> B. & L. aut.

III. Cùm viderem ergo sic ea flagellari, & miserias experiri; dolebam pro eis, quia valde cruciabantur, nec ulla requies eis dabatur. Dico ad pastorem illum qui erat mecum: Quis est, Domine, hic pastor tam implacabilis, & tam amarus, qui nullo modo: miseratione movetur adversus hæc peccora? Hic, inquit, pastor, <sup>2</sup> pro justis quidem nunciatus est, sed præpositus poenæ. Huic ergo traduntur qui à Deo aberraverunt, & servierunt desiderii ac voluptatibus <sup>3</sup> sæculi hujus. Punit ergo eos, sicut meruit unusquisque eorum, sævis variisque poenis. Vellem, inquam, nôsse, Domine, varias has poenas, cujuscumque sunt? Audi, inquit: variæ poenæ atque tormenta hæc sunt, quæ homines quo-

Γ'. Βλέπων οὖν αὐτὰ ἐγὼ οὕτως μαστιζόμενα καὶ ταλαιπωροῦντα, ἐλυπούμην ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι οὕτως ἐβάσανίζοντο, καὶ ἀνοχὴν ὅλως οὐκ εἶχον. Καὶ λέγω Ἀγγέλω μεί ἐμοῦ λαλοῦντι· Κύριε, τίς ἐστὶν οὗτος ὁ ποιμὴν ὁ ἄσπλαγχνος, καὶ πικρός; Καὶ λέγει μοι· Οὗτός ἐστιν ὁ Ἀγγελὸς τῆς τιμωρίας. ἐκ δὲ τῶν Ἀγγέλων δικαίων ἐστὶ, τεταγμένος δὲ ἐπὶ τῆς τιμωρίας. παραλαμβάνει οὖν τοὺς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευθέντας ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν καὶ τιμωρεῖται αὐτούς, καθὼς ἀξιοὶ εἰσιν, δειναῖς καὶ ποικίλαις τιμωρίαις. Λέγω αὐτῷ· Ἠθέλον γινῶναι, Κύριε, τὰς ποικίλας ταύτας τιμωρίας, πόταπαί εἰσιν. Ἀκουέ, φησὶν· Αἱ ποικίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι, βιωτικαὶ εἰσὶ βάσανοι. Ἐπὶ γὰρ ἀπόστωσι τοῦ Θεοῦ, νομίζοντες ἐν ἀνα-

Origenes  
hom. i. in  
Ps. xxxvii.

<sup>1</sup> ANG. *Deest.* <sup>2</sup> C. & L. de. <sup>3</sup> L. mundi.

tidie in vita sua patiuntur. Alii enim <sup>4</sup> detrimenta patiuntur; alii inopiam; alii diversas acrimonias. Quidam inconstantiam; alii injurias ab indignis patientes, <sup>6</sup> multaque alia exercitia & incommoda. Plurimi enim inconstanti consilio multa conantur, nec quidquam <sup>7</sup> conducit eis; & dicunt in actibus suis, successum se non habere. <sup>8</sup> Succurrunt iis ea quæ nequiter fecerunt, & Dominum causantur. Cùm igitur perpetrati fuerint omnem vexationem, & omne incommodum; tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, & firmantur in <sup>9</sup> fide Domini, & <sup>1</sup> per reliquos dies <sup>2</sup> vitæ serviunt Domino mente purâ. Et

παύσει εἶναι καὶ πλούτῳ, τότε τιμωροῦνται οἱ μὲν ζημιούμενοι, οἱ δὲ ὑστερούμενοι, οἱ δὲ ἀσθεναῖς ποικίλαις περιπίπτοντες, ἄλλοι ἐν ἀκαταστάσις, ἕτεροι ὑβριζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων, καὶ ἑτέροις ποικίλαις πράξεσι. Πολλοὶ γὰρ ἀκαταστάντες ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλονται εἰς πολλὰ πράγματα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς παγκάλως ὑποβαίνει, καὶ δυσχεραίνουσι, καὶ οὐ γινώσκουσιν, ὅτι διὰ τὰ πονηρὰ ἀἔπραξαν οὐκ εὐδοῦνται· καὶ λοιπὸν αἰτιῶνται τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ἀνέχονται τὰς λοιπὰς ἡμέρας αὐτῶν ἐπιστρέφαντες δουλεῦσαι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. Ἄν δὲ μετανοήσωσι καὶ ἀνανήψωσι, τότε συνιώσι, ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ πονηρὰ οὐκ εὐοδοῦντο· καὶ οὕτως δοξάζουσι τὸν Κύριον, ὅτι

VAR.LECT: <sup>4</sup> ANG, detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diversis ægrimoniis. <sup>5</sup> Alii ægrimonias. <sup>6</sup> L. multisque aliis exercitiis & incommodis. <sup>7</sup> ANG. provenit. <sup>8</sup> L. Succurrit. <sup>9</sup> fidem. <sup>1</sup> Deest. <sup>2</sup> Deest.

cùm cœperint delicto- δίκαιος κριτής ἐστίν, καὶ  
rum agere pœnitentiam, δικάϊως ἔπαθον, καὶ ἐ-  
tunc ascendunt in præ- παιδεύθησαν κατὰ τὰς  
cordia eorum opera sua, πράξεις αὐτῶν.

in quibus se nequiter <sup>3</sup> exercuerunt; & tunc dant Deo honorem, dicentes, justum judicem cum esse, meritoque se omnia esse <sup>4</sup> perpeffos secundùm facta sua <sup>5</sup>. In reliquum verò serviunt Deo mente purâ; & successum habent in negotiis suis omnibus, accipientes à Domino quæcumque poscunt. Et tunc gratias agunt Domino, quòd sint mihi traditi; nec jam quidquam <sup>6</sup> crudelitatis patiuntur.

IV. Dico illi: Etiam nunc, Domine, demonstra mihi. Quid, inquiris, inquit? Dixi ei: 'An per idem tempus crucientur, qui discedunt à timore Dei, quantum usi fuerint falsâ dulcedine ac voluptatibus? Ait mihi: Per idem tempus etiam cruciantur. Et dixi ei: Exiguum igitur cruciantur: oportebat autem eos, qui sic percipiunt voluptates, ut Dominum obliviscantur, septies tantum pati <sup>2</sup> pœnarum. Ait mihi: Fatuus es, nec intelligis hujus pœnæ virtutem. Et dixi: Si enim intelligerem, Domine, non interrogarem ut demonstrares mihi.

Audi, inquit, quan- Ἄκουε οὖν ἀμφοτέρων  
ta sit vis utriusque; τὴν δύναμιν, τῆς τρυφῆς,  
dulcedinis, ac pœnæ. καὶ τοῦ βασάνου. τῆς  
<sup>3</sup> Dulcedinis una hora τρυφῆς καὶ τῆς ἀπάτης ὁ  
suo spatio terminatur: χρόνος ὥρα ἐστὶ μία τῆς  
<sup>4</sup> pœnæ verò una hora δὲ βασάνου ὥραι τριάκοντα  
Origenes  
hom. viii.  
in Num.

<sup>3</sup> ANG. gesserunt. <sup>4</sup> passos. <sup>5</sup> scilicet quisque eorum. VAR.LECT.  
<sup>6</sup> B. crudele. <sup>1</sup> L. Si. <sup>2</sup> pœnas. <sup>3</sup> ANG. Deest. <sup>4</sup> L.  
pœna verò unius horæ.

triginta dierum vim *σαι. Ἐάν οὖν μίαν ἡμέ-*  
 possidet. *ραν τις τρυφήσῃ, καὶ ἀ-*  
 igitur uno die percepe- *πατηθῆ, μίαν δὲ ἡμέραν*  
 rit ' fallacem dulcedi- *βασανισθῆ, ἐνιαυτοῦ ὀλο-*  
 nem ac voluptatem, *κλήρου ἰσχὺν ἔχει ἢ ἡ-*  
 6 unoque die cruciatus *μέρα ἐκείνη τῆς βασάνου.*  
 7 fit; anni spatium di- *Ὅσας οὖν ἡμέρας τρυφήσῃ*  
 es ille cruciatûs ejus *τις, τοσοῦτους ἐνιαυτους*  
 valebit. Ita, quot di- *βασανισθῆσεται. Βλέ-*  
 es perceperit quisque *πεις οὖν, ὅτι τῆς τρυφῆς*  
 voluptatem, totidem an- *καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος οὐ-*  
 nis cruciatur. Vides i- *δέν ἐστίν, τῆς δὲ τιμω-*  
 gitur, inquit, exiguum *ρίας καὶ βασάνου πολὺς.*  
 esse tempus : munda- *Ὁ τρυφῶν, καὶ ἀπαλάμε-*  
 næ dulcedinis ac vo- *νος, καὶ πράσων ἀ βού-*  
 luptatis ; poenæ verò *λεται, πολλὴν ἀφροσύνην*  
 tormentorumque am- *ἐνδέδυσται· ἀντὶ γὰρ τῆς*  
 plius. *τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐκάσ-*  
*της ἡμέρας, ἀποτίσει βά-*  
*σανον μεγάλην ἐνιαυτὸν*  
*τῇ ἡμέρᾳ.*

V. Dixi ei: Domine, quoniam non intelligo  
 1 omnia tempora hæc dulcedinis voluptatis, ac  
 poenæ; lucidiùs mihi de his expone. Respondit  
 mihi, dicens: 2 Insipientia tua tibi perseveranter  
 inhæret. Nonne vis potiùs mentem tuam puri-  
 ficare, & Deo servire? Vide, ne 3 fortè tempore  
 exacto, tu 4 insipiens reperiaris. Audi nunc,  
 quemadmodum vis, quò faciliùs intelligas. Qui  
 uno die commiserit se deliciis ac voluptatibus,  
 & fecerit quidquid appetit animus ejus; pluri-  
 mà repletur stultitiâ, nec intelligit quid 5 admit-

VAR. LECT. 5 *Deest.* 6 *Alii, si uno.* 7 *L. Deest.* 8 *Deest.* 1 *om-*  
 nino. 2 *ANG. stultitia.* 3 *L. quando.* 4 *stultus.* 5 *ad-*  
 mittit.

tat; ac die postero obliviscitur quid fecerit <sup>6</sup> pri-  
die: dulcedo enim & voluptas <sup>7</sup> nullam memo-  
riam habent, propter stultitiam quæ insita est il-  
lis. Cùm verò uno die accesserit homini cru-  
ciatus ac pœna, toto anno torquetur: magnam  
enim memoriam possidet pœna. Toto igitur an-  
no dolens meminit; & tunc recordatur dulce-  
dinis illius <sup>8</sup> vanæ, ac voluptatis; & sentit  
propterea se pœnas pati. Quicumque igitur se  
dulcedini & voluptati tali tradiderint, sic <sup>9</sup> pu-  
niuntur: quoniam vitam habentes, ipsi se red-  
dunt obnoxios morti.

Dixi ei: Quæ sunt, Καὶ λέγω τῷ Ἀγγέ-  
Domine, voluptates no- λω. Ποῖαι τρυφαί εἰσι  
xiæ? Omni, inquit, ho- βλαβεραί; Λέγει μοι  
mini voluptas est, quod- Πᾶσα πράξις σαρκικὴ  
cumque libenter facit. τρυφή ἐστίν \* \* \* ἡδέως  
Etenim iracundus fatif- ποιεῖ αὐτήν. ὁ γὰρ ὀξύ-  
faciens moribus suis, χολος τῷ ἑαυτοῦ πάθει  
percipit voluptatem su- τὸ ἰκανόν ποιῶν τρυφῶν  
am; & adulter, & <sup>1</sup> e- ὁμοίως καὶ ὁ μοιχός, καὶ  
briosus, & <sup>2</sup> detractor, ὁ μέθυσος, καὶ ὁ κατά-  
& mendax, & cupidus, λαλος, καὶ ὁ ψεύστης,  
& fraudator, & qui καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ  
cumque iis simile ali- ἀποστερήτης, καὶ ὅσα  
quid admittit, morbo τοιαῦτα τρυφῶσι γὰρ  
suo parens, percipit ex ἐν τῇ αὐτῶν πράξει.  
ea re voluptatem. Ἡὲ αὐταὶ δὲ αἱ πράξεις  
omnes dulcedines ac vo- βλαβεραὶ εἰσι τοῖς δού-  
luptates noxiæ sunt fer- λοις τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ  
vis Dei. Propter has καὶ τρυφαὶ σωζοῦσαι  
τοὺς ἀνθρώπους· πολλοὶ

<sup>6</sup> fuerit. <sup>7</sup> Alii addunt, mundana. <sup>8</sup> ANG. Deest. <sup>9</sup> L. VAR. LECT.  
patiuntur. <sup>1</sup> ebrius. <sup>2</sup> ANG. infamator.

itaque cruciantur, & pa- γὰρ ἀγαθὰ ἐργαζόμενοι  
 tiuntur pœnas. Sunt <sup>3</sup>e- τρυφῶσιν. αὕτη οὖν ἡ  
 nim voluptates salutem τρυφή τοῖς δούλοις τοῦ  
 hominibus afferentes. Θεοῦ περιποιεῖται ζώην.  
 Multi enim opera boni- αἱ δὲ προειρημέναι τρυ-  
 tatis facientes, percipi- φαι βάσανον.  
 unt voluptatem, dulcedine suâ tracti. Hæc er-  
 go voluptas utilis est servis Dei, & vitam parat  
 hujusmodi hominibus. Illæ vero noxiæ, quæ su-  
 præ dictæ sunt, tormenta & pœnas pariunt.  
 Quicumque verò permanferint in illis, nec ad-  
 missorum suorum egerint pœnitentiam, mortem  
 sibi acquirant.

VAR.LECT. <sup>3</sup> L. etiam.

### SIMILITUDO VII.

*Pœnitentibus faciendos esse pœnitentiâ dignos  
 fructus.*

**P**OST dies paucos video illum in eo campo,  
 in quo <sup>1</sup> pastores illos antè videram. Et ait  
 mihi: Quid inquiris? Veni, inquam, rogare te,  
 Domine, ut pastorem illum præpositum pœnæ  
 jubeas de mea domo exire; quia vehementer me  
 affligit. Et respondens, Necessè est, inquit,  
<sup>2</sup> patiaris incommoda & vexationes: sic enim  
 præcepit de te ille nuncius <sup>3</sup> bonus, quia tentare  
 te vult. Quod, inquam, Domine, tam grave  
 peccatum admisi, ut huic nuncio traderer? <sup>4</sup> Ad-  
 verte, inquit. Complura quidem habes peccata;  
<sup>5</sup> sed non tam multa, ut huic nuncio debeas tra-

VAR.LECT. <sup>1</sup> L. pastorem illum videram. <sup>2</sup> ut incommoda &  
 vexationes sint. <sup>3</sup> B. honestus. <sup>4</sup> L. Audi. <sup>5</sup> Desunt  
 sed ---- tradi.



di: sed multa delicta & scelerâ domus tua commisit; ideoque factis eorum ille <sup>6</sup> bonus nuncius exacerbatus, iussit te aliquantum temporis vexationem experiri; ut & illi admissorum suorum agant pœnitentiam, & abluant se ab omni cupiditate hujus sæculi. Cùm itaque egerint pœnitentiam, & purificati fuerint; tunc discedet à te nuncius ille, qui præpositus est pœnæ. Dico ei: Domine, si ita illi se gesserunt, ut exasperârint nuncium <sup>7</sup> bonum; ego quid feci? Respondens: Aliter, inquit, non possunt illi vexationem pati, nisi tu, qui caput es totius domûs, labores. Quidquid enim tu passus fueris, necesse est, ut & illi sentiant: quamdiu verò tu bene stabilitus fueris, illi nullam vexationem possunt experiri. Et dixi: Sed ecce jam nunc, Domine, agunt pœnitentiam totis præcordiis suis. Et ego scio, inquit, totis præcordiis eos agere pœnitentiam. Numquid ergo, ait, protinus putas aboleri delicta eorum, qui agunt pœnitentiam? Non proinde continuò; sed oportet eum qui agit pœnitentiam, <sup>8</sup> affligere animam suam, & humilem <sup>9</sup> animosè <sup>1</sup> præstare in omni negotio, & vexationes multas variasque perferre: cumque perpessus fuerit omnia quæ <sup>2</sup> illi instituta fuerint; tunc forsitan qui <sup>3</sup> eum creavit, & qui formavit universa, commovebitur erga eum clementiâ suâ, & aliquod remedium dabit; idque ita, si viderit ejus, qui pœnitentiam agit, cor purum esse ab omni opere nequissimo. Tibi autem, & domui tuæ, vexari nunc expedit, & <sup>4</sup> multam vexationem pati necesse est; sicut præcepit nuncius Domini, qui te mihi tradidit. Quin potius gra-

<sup>6</sup> B. honestus. <sup>7</sup> L. honestum. <sup>8</sup> ANG. cruciare. VAR. LECT.  
<sup>9</sup> L. animo se habere. C. animum agere. <sup>1</sup> V. agere.  
 B. gerere. <sup>2</sup> L. instituerint. <sup>3</sup> creavit omnia, & confirmavit universa. <sup>4</sup> quòd multam vexationem patiaris.  
 Necesse est enim.

tias agas Domino, quòd præscius futuri, <sup>5</sup> dignum te habuit, cui prædiceret tribulationem instare valentibus eam sustinere. Dico ei: Et tu, Domine, mecum esto; & facilè omnem vexationem sustinebo. Ego, inquit, ero tecum: sed & rogabo nuncium illum, qui præpositus est pœnæ, ut leviùs te affligat: sed & exiguo tempore patieris adversa, iterumque <sup>6</sup> tuo loco restitueris; tantummodo in humilitate animi persevera. Pare Domino mente purâ, domusque tua, <sup>7</sup> ac nati; & in mandatis <sup>8</sup> ejus ambula, quæ præcepit tibi; & pœnitentia tua poterit esse firma, atque pura. Et si hæc custodieris cum domo tua, incommoda à te recedent: sed & ab omnibus, quicumque in his Mandatis ambulaverint, omnis vexatio recedet.

VAR.LECT. <sup>5</sup> ANG. quòd dignum te habuit, cùm prædiceret, incommodum tibi instare valenti id sustinere, præscius futuri. <sup>6</sup> L. volo cùm restitueris. <sup>7</sup> *Desunt.* <sup>8</sup> ANG. meis ambula, quæ præcepi.

### SIMILITUDO VIII.

*Electorum, & pœnitentium peccatorum multa sunt genera: omnes autem, pro pœnitentiæ & bonorum operum suorum modo, habebunt mercedem.*

I. **O** Stendit mihi falicem tegentem campos ac montes, sub cujus umbram venerunt omnes qui vocati erant in nomine Domini. Et juxta falicem illam stabat nuncius Domini valde præclarus & sublimis; & secabat cum falce <sup>1</sup> magna <sup>2</sup> ab illa falice ramos; & populo illi, qui erat sub umbra falicis illius, exiguas & quasi cubitales virgas porrigebat. Postquam autem accepissent universi, deposuit falcem; & arbor illa integra permansit, sicut <sup>3</sup> antea videram eam:

VAR.LECT. <sup>1</sup> C. & L. *Decst.* <sup>2</sup> L. de ea. <sup>3</sup> autem.

<sup>4</sup> quam ego rem mirabar, atque intra me <sup>5</sup> disputabam. Ait ad me Pastor ille: Desine mirari, quòd arbor illa <sup>6</sup> tota ramis præcisus permanferit integra: sed expecta; nunc demonstrabitur tibi, quid significet <sup>7</sup> angelus ille, qui populo porrexit virgas. Et rursus eas ab illis <sup>8</sup> reposcit; & quo quisque <sup>9</sup> eas perceperat ordine, eodem etiam vocabatur ad illum, virgasque reddebat; quas cum acceperat ille, considerabat. A quibusdam enim accipiebat aridas & putridas, velut à tinea tactas: & jubebat eos, qui hujusmodi virgas tradiderant, scerni, & seorsum statui. Alii porrigebant aridas quidem; sed non tactas à tinea: & hos seorsum statui jubebat. Alii porrigebant semiaridas virgas: & hi quoque seorsum statuebantur. Quidam autem dabant virgas suas semiaridas, & scissuras habentes: & hi seorsum statuebantur. Alii virgas suas adferebant; quarum dimidia pars arida erat, <sup>1</sup> dimidia vero viridis: & hi seorsum statuebantur. Alii virgas suas adferebant; quarum duæ partes virides erant, tertia verò arida: & hi seorsum statuebantur. Alii virgas suas adferebant; quarum duæ partes erant aridæ, tertia verò viridis: & hi seorsum statuebantur. Quidam porrigebant virgas suas <sup>2</sup> paululum aridas (exiguissimum enim aridum erat in virgis eorum, id est, <sup>3</sup> ipsum cacumen) scissuras verò habebant: & hi seorsum statuebantur. Aliorum autem in virgis exiguum erat viride, reliquum verò ari-

<sup>4</sup> ANG. quo nomine mirabar. <sup>5</sup> *Alii*, cogitabam. <sup>6</sup> ANG. VAR.LECT. tot. <sup>7</sup> L. nuncius. <sup>8</sup> reposcebat. <sup>9</sup> ista, quæ acceperat ordine, eodem vocabatur ad illum, virgamque. <sup>1</sup> alia verò dimidia. <sup>2</sup> ANG. paulò minus. <sup>3</sup> *Alii*, ipsarum.

*Alii virgas suas adferebant, ras habentes: de quibus in §.v. quarum dimidia, &c.]* Ante hæc & vii. mentionem facit Hermas. omisit Librarius, *Alii virgas adfe-* WAK.  
*rebant, virides quidem, sed scissu-*

dum: & hi seorsum statuebantur, Alii veniebant afferentes virgas suas sicut acceperant virides; maximaque pars populi hujusmodi virgas porrigebat; & magnum ex his nuncius ille gaudium cepit: & hi seorsum statuebantur. Alii afferebant virgas suas virides, & pampinos habentes: & hi seorsum statuebantur; & hos quoque nuncius ille <sup>4</sup> magna cum hilaritate excipiebat. Alii afferebant virgas suas virides, ex quibus excreverant pampini <sup>5</sup> carum; qui pampini <sup>6</sup> quosdam fructus adferebant. Qui hujusmodi virgas porrigebant, valde hilares erant vultu: sed & nuncius ipse quidem ex eis magnam lætitiā percipiebat; nec minùs Pastor ille <sup>7</sup> ex eadem causa hilaritatem capiebat.

II. Tunc nuncius Domini coronas jussit adferri. Allatæ sunt autem coronæ velut ex palmis factæ; & coronavit eos viros <sup>1</sup> nuncius, in quorum virgis <sup>2</sup> pampinos invenerat, & fructum; & jussit eos ire in turrim. Sed & illos viros misit in turrim, in quorum virgis <sup>3</sup> sine fructu invenerat pampinos, dato eis sigillo. Nam vestem eandem habebant, id est, candidam sicut nivem; cum <sup>4</sup> qua jubebat ipsos ire in turrim. Nec minùs & eos, qui reddiderant virgas suas sicuti acceperant virides, datâ eis veste candidâ; & sic eos dimisit <sup>5</sup> ire in turrim. His consummatis, ait ad Pastorem illum: Ego vado; tu verò dimitte hos intra muros, in eo loco quo quisque meruit habitare, consideratis priùs virgis eorum diligenter: tamen, ne quis te fallat, considera. Sed & si quis te præterierit,

VAR.LECT. <sup>4</sup> L. magna hilaritate capiebat. <sup>5</sup> B. earumque pampini. <sup>6</sup> L. quendam fructum afferebant: eorum virorum qui hujusmodi. <sup>7</sup> cum eo ex. <sup>1</sup> *Deest.* <sup>2</sup> pampinorum invenerat fructum. <sup>3</sup> *Deest.*, sine fructu. <sup>4</sup> quibus jubebat ire. <sup>5</sup> *Deest.*

inquit, ego eos super aram probabo. His ad Pastorem dictis, recessit. Postquam ille discesserat; ait mihi Pastor: Accipiamus ab omnibus virgas; & plantemus illas, si possint <sup>6</sup> revirescere. <sup>7</sup> Dico ei: Domine, istæ quæ sunt aridæ virgæ, quo modo possunt <sup>8</sup> revirescere? Ait mihi: Arbor ista salix est, & semper amat vitam. Si plantatæ ergo fuerint hæ virgæ, exiguumque <sup>9</sup> humoris acceperint, plurimæ ex eis <sup>1</sup> revirescent. Tentabo enim, & <sup>2</sup> suffundam eis aquam: & si qua earum potuerit vivere, gratulabor ei; quòd si non, certè non videbor ego negligens fuisse. Jussit deinde me vocare eos. Et sicut steterunt quisque eorum, venerunt ordine suo, virgasque suas tradiderunt: quas acceptas ille singulas plantavit ordinibus suis. Et postquam plantasset omnes, aquam multam <sup>3</sup> supereffudit illis; ita ut tegerentur ab aqua, neque ab ea extarent. Deinde cùm irrigasset illas, ait mihi: Eamus; & post paucos dies revertamur, & visitemus eas. Qui creavit enim hanc arborem, vivere <sup>4</sup> vult omnes eos, qui ex ea acceperunt virgas. Ego autem spero, cùm sint <sup>5</sup> aqua su-

<sup>6</sup> B. & L. reviviscere. <sup>7</sup> L. Desunt, Dico --- revirescere. <sup>8</sup> ANG. reviviscere. <sup>9</sup> L. humorem. <sup>1</sup> ANC. reviviscant. <sup>2</sup> L. effundam. <sup>3</sup> effudit. B. suffudit. <sup>4</sup> L. jussit. <sup>5</sup> ANG. adaquatæ hæ.

VAR.LECT.

*Arbor ista salix est, &c.] S. Hieronymus ad Pl. cxxxvi. 2. Lignorum derit; tamen si sit secus aquas, hoc salicium natura ea est, ut, arefacta licet, si modo aquis adluantur, audit verbum divinum à sancto vireant: deinde excisa, atque viro; viret ejus anima, & in humido fixa, radicibus se ipsa pœnitentiam convertitur. Vides demergant. Et sub hujus arboris natura sanctos & fideles signum pœnitentibus; curque id nificari prophetica auctoritas est, fiat. At alibi, propter aliam rationem, modò in malam, modò in bonam, partem sumitur: quia scilicet infructuosa arbor est, ac sicut plantatur secus aquam, statim virebit. Ita autem & pes-*

COR.

perinfusæ hæ virgæ; plurimas victuras <sup>6</sup> humore <sup>7</sup> capto.

III. Dico ei: Arbor hæc, Domine, demonstra mihi, quid sit: valde enim moveor, quòd tot ramis <sup>1</sup> recisis integra videatur esse, nec omnino quidquam de ea minus videtur esse; quo <sup>2</sup> maximè stupeo. Audi, inquit: Arbor hæc magna, quæ campos tegit ac montes, totamque terram, lex est Dei in totum orbem terrarum data. <sup>3</sup> Hæc autem lege Filius Dei prædicatus est in omnibus finibus orbis terræ. Populi verò stantes sub umbra, ii sunt, qui audierunt prædicationes ejus, & crediderunt. Nuncius autem ille <sup>4</sup> magnificus & bonus, Michael est, qui populi hujus habet potestatem, & gubernat eos. Hic enim in corde eorum qui crediderunt inferit legem. Visitat igitur eos, quibus dedit <sup>5</sup> legem, si eam custodierunt. Videt autem uniuscujusque <sup>6</sup> virgam, & ex eis multas labefactas. Illæ enim virgæ, Domini lex sunt. Cognoscit autem deinde omnes eos, qui non servaverunt legem; sciens sedem uniuscujusque eorum. Dico ei: Quare, inquam, Domine, alios dimisit in turrim, alios tibi hæc reliquit? Hi, inquit, quicumque supergressi sunt legem, quam ab eo acceperunt, in mea relictæ sunt potestate; ut <sup>7</sup> admissorum suorum agant pœnitentiam: qui autem satisfecerunt legi, & servaverunt eam, sub illius potestate sunt. Qui sunt ergo, Domine, inquam, in turrim euntes coronati? Ait mihi: Quicum-

VAR. LECT. <sup>6</sup> L. humo receptas. <sup>7</sup> B. percepto. <sup>1</sup> ANG. præcis. <sup>2</sup> nomine. <sup>3</sup> L. Hæc autem lex Filius Dei est, prædicatus. <sup>4</sup> ANG. magnus & honestus. <sup>5</sup> L. suam, si. <sup>6</sup> ex iis multas vexatas. Illæ enim virgæ lex est. Cognoscens deinde. <sup>7</sup> commissorum.

Michael.] Consimili modo ἀνεπιστεως ἑφορος, Christianorum  
 pud Nicephorum, Hist. L. vii. fidei præses. Cor.  
 C. 50. appellatur, ὁ τῆς Χριστιαν

que luctati cum Diabolo, vicerunt eum; illi sunt coronati. Illi autem sunt, qui, ut servarent legem, perpeffi sunt <sup>8</sup> iniqua. Illi verò, qui, virides virgas pampinosque sine fructu habentes tradiderunt; propter eandem quidem legem vexationem sustinuerunt, non <sup>9</sup> obierunt autem mortem; sed nec abnegaverunt <sup>1</sup> sanctam legem. Hi verò, qui virides, sicut acceperant, tradiderunt; modesti sunt, atque iusti, & qui valde purâ mente vixerunt, & custodierunt mandata Dei. Reliqua autem scies, cum consideravero illas virgas, quas plantavi & irrigavi.

IV. Post paucos verò dies reversi fumus, eodemque loco confedit nuncius ille magnificus; ego autem adfiti ci. Tunc ait mihi: <sup>1</sup> Succinge te sabano, & ministra mihi. Succinxi me sabano mundo, quod erat factum ex sacco. Ut autem vidit me cinctum, & paratum <sup>2</sup> illi ministrare, ait: Voca viros illos, quorum virgæ plantatæ sunt, suo <sup>3</sup> quemque ordine, sicut porrexerunt illas. Et <sup>4</sup> duxit me in campum; & <sup>5</sup> vocavi omnes; qui etiam universi constituerunt <sup>6</sup> ordinibus suis. Ait deinde ad illos: Quisque virgam suam extrahat, & ad me afferat. Et primò tradiderunt, qui aridas & putridas habuerunt. Et <sup>7</sup> quorum putridæ & aridæ repertæ sunt virgæ, iussit eos stare seorsum. De-

<sup>8</sup> B. injusta. <sup>9</sup> oderunt verò legem. <sup>1</sup> ANG. V, & C. VAR.LECT. suam. <sup>1</sup> ANG. incinge, & *max*, incinxi. <sup>2</sup> L. sibi. <sup>3</sup> *Dcest*. <sup>4</sup> eduxit in campo. <sup>5</sup> vocavit. <sup>6</sup> ANG. agminibus. <sup>7</sup> L. quæ.

*Sabano.*] Usitata vox Græcis, pro λεπτίω habet σαβάνον. Unde apud quos nata est; indeque Latinæ in Lexico græco-latino veteri, tinis, ac Hebræorum Rabbiniis. Σάβανον, *Sabanum*, *lentium*: & Clemens Alex. Pæd. L. ii. C. 3. perperam faciunt qui *lincum* utens testimonio Joh. xiii. 4. u-

substituunt. Cot.

bi Dominus præcingit se linteo,

inde porrexerunt, qui aridas quidem, sed non putridas, habuerunt. Aliqui eorum tradiderunt virgas <sup>8</sup> virides: quidam verò <sup>9</sup> aridas & putridas, velut à tinea tactas. Eos qui virides tradiderunt, iussit seorsum stare: illos verò, qui aridas & putridas tradiderunt, cum <sup>1</sup> primis <sup>2</sup> stare iussit. Porrexerunt deinde illi, qui semiaridas habuerant, & scissuras habentes: multi ex illis virides porrexerunt, nec scissuras habentes; quidam verò virides, pampinos habentes, & in pampinis fructum, sicut illi qui in turrim iverunt coronati. Alii porrexerunt aridas, & non putridas. Quidam verò sicut fuerant, semiaridas, & scissuras habentes. Iussit unumquemque eorum seorsum stare; alios <sup>3</sup> suo quemque <sup>4</sup> ordine, alios seorsum.

V. Deinde porrexerunt qui <sup>1</sup> habuerant virides quidem virgas, sed scissuras habentes. Hi omnes virides tradiderunt, suoque <sup>2</sup> ordine steterunt. Gaudium autem ex his percepit hic Pastor, quòd omnes <sup>3</sup> politæ essent, & deposuissent scissuras suas. Deinde porrexerunt, qui dimidiam viridem, & dimidiam aridam <sup>4</sup> habuerant: quorumdam <sup>5</sup> verò inventæ sunt totæ virides; aliorum semiaridæ; aliorum <sup>6</sup> virides, & pampinos <sup>7</sup> habentes. Hi omnes dimissi sunt unusquisque in <sup>8</sup> suum <sup>9</sup> ordinem. <sup>1</sup> Deinde qui habuerant duas partes virgarum suarum virides, tertiamque aridam: multi ex eis virides porrexerant; multi semiaridas; cæteri verò aridas & non putridas. Hi omnes dimissi sunt in suum quisque <sup>2</sup> ordinem. Deinde

VAR. LECT. <sup>8</sup> suas. <sup>9</sup> *Desunt.* <sup>1</sup> B. & L. primariis. <sup>2</sup> L. tradere. <sup>3</sup> suos quoque. <sup>4</sup> ANG. agmine. <sup>1</sup> L. habuerunt. <sup>2</sup> ANG. & C. agmine. *Ita saepe L. agmini.* <sup>3</sup> mutati. <sup>4</sup> habuerunt, <sup>5</sup> *Desunt.* <sup>6</sup> *Desunt.* <sup>7</sup> ANG. habebant. <sup>8</sup> *Alii,* suo ordine steterunt. Deinde. <sup>9</sup> L. quoque agmen: *sed emendatum* quique. <sup>1</sup> Tradiderunt deinde qui habuerunt. <sup>2</sup> agmen.



porrigebant, qui <sup>3</sup> habuerant in virgibus suis duas partes aridas, tertiamque viridem: multi quoque ex eis porrexerunt semiaridas; quidam verò aridas & putridas; alii autem semiaridas, & scissuras habentes; pauci verò virides. Hi igitur omnes constiterunt in suo quisque <sup>4</sup> ordine. Deinde porrexerunt, qui <sup>5</sup> tertium habuerant viride, reliquum verò aridum: horum virgæ majori ex parte inventæ sunt virides, ramusculos habentes, & in eis ramusculis fructum; & reliquæ virides totæ. Ex his virgibus gaudium vehementer percepit Pastor ille, quia sic invenerat eas. Abierunt & illi in <sup>6</sup> ordines suos.

VI. Postquam autem <sup>1</sup> omnium virgas considerasset, ait mihi: Dixeram tibi, arborem hanc diligere vitam. Vides, <sup>2</sup> quòd multi egerunt pœnitentiam, & affecti sunt salutem. Video, inquam, Domine. Ut scias, inquit, bonitatem & clementiam Domini magnam & <sup>3</sup> honorandam esse, qui dedit spiritum iis qui <sup>4</sup> digni erant agere pœnitentiam. Et dixi: Quare ergo, Domine, non omnes egerunt pœnitentiam? Ait mihi: Quorum <sup>5</sup> viderat Dominus puras mentes

<sup>3</sup> habuerunt. <sup>4</sup> agmine. <sup>5</sup> minimum. <sup>6</sup> agmi- VAR LECT;  
na sua. <sup>1</sup> omnes. <sup>2</sup> ANG. quam. <sup>3</sup> honestam. <sup>4</sup> L.  
diligunt agere. <sup>5</sup> ANG. vidit.

*Suo quisque ordine.]* Librarii non ignobilis hunc Evangelii loci incuriâ hic omiſſa sunt, *Quidam cum [Mat. xi. 22.] Sic exposuit, porrigebant virgas suas paululum ut diceret, præſciſſe Dominum Tyaridas. (aridum enim erat ipſum rios & Sidonios à ſile fuiſſe pœcacumen) ſciſſuras verò habebant. ſtea reſeſſuros, cum factis apud De his enim facta eſt mentio, ſe miraculis credidiſſent; & miſericordiâ potiùs non eum illic*

*Quorum viderat Dominus &c.] iſta ſeciſſe; quoniam graviori pœnitentia obnoxii fierent, ſe ſidem, quam diſſet Dominus &c. Huc facit tenuerant, reliquiſſent, quam ſi inſignis locus B. Auguſtini lib. eam nullo tempore tenuiſſent. de dono perfeverantiæ, C. x. Sed & ſimilia non pauca ex *Quidam diſputator Catholicus Chryſoſtomo, aliique Patribus,**

futuras, & servituros ei ex totis præcordiis; illis tribuit pœnitentiam. At quorum aspexit dolum & nequitas, & animadvertit ad se fallaciter <sup>6</sup> reversuros; negavit iis ad pœnitentiam regressum, ne rursus legem ejus nefandis maledicerent verbis. Dico ei: Nunc mihi, Domine, demonstra, <sup>7</sup> quid is sit locus cujusque eorum qui virgas reddiderunt, & <sup>8</sup> sedes eorum: ut auditis his, & creditis, ii qui non custodierunt integrum, sed dissipaverunt sigillum quod acceperunt, agnitis suis factis, pœnitentiam agant; & accepto <sup>9</sup> à te sigillo, Domino dent honorem, quòd sit <sup>1</sup> super eos motus clementiâ suâ, & miserit te, ut spiritus eorum renoves. Audi, inquit: Quorum virgæ aridæ & putridæ reperiuntur sunt, & velut à tinea tactæ; hi sunt transfugæ, <sup>2</sup> Ecclesiæ proditores, qui, inter reliqua sua delicta, nefandis verbis Dominum <sup>3</sup> infectati, nomen ejus negaverunt, quod super eos erat invocatum. Hi <sup>4</sup> igitur omnes mortui sunt Deo; atque etiam neminem eorum vides egisse pœnitentiam, tametsi audierint mandata mea, quæ tu eis protulisti: ab hujusmodi ergo hominibus <sup>5</sup> abest vita. Hi quoque, qui aridas & non putridas tradiderunt, <sup>6</sup> non procul ab illis fuerunt: ficti enim erant, & doctrinas pravas intulerunt, & perverterunt servos Dei; præcipuè eos qui peccassent, non sinentes eos ad pœnitentiam redire, sed doctrinis fatuis detinentes. Hi

VAR.LECT. <sup>6</sup> L. reversos. <sup>7</sup> qualis. <sup>8</sup> sederunt seorsim. <sup>9</sup> ait sigillo, Domine, dent. <sup>1</sup> ANG. in. <sup>2</sup> Alii, &. <sup>3</sup> ANG. infecti. <sup>4</sup> L. Deest. <sup>5</sup> tu habes ita. <sup>6</sup> ANG. prope ab.

colligi possent. Porrò impru- quibus vidit mentes puras ge-  
denter existimatum fuit, in ver- stum iri, nempe per gratiæ au-  
bis Hermæ caveri debere Pela- xilium, per spiritum divinitus  
gianismum. Neque illa dubita- concessum, ut loquitur Pastor.  
tionem habere mihi videntur. Cor.  
Deus illis dedit pœnitentiam, à

ergo habent ad spem regressum: atque etiam multos vides agere pœnitentiam, ex quo eis mandata mea protulisti; & adhuc agent pœnitentiam. Quicumque verò non egerint pœnitentiam, ii & <sup>7</sup> pœnitentiam, & vitam suam amittent. At <sup>8</sup> his qui egerint; <sup>9</sup> murus in primis <sup>9</sup> L. muris: cœpit esse sedes eorum, <sup>1</sup> etiam qui non in turrim ascenderunt. Vides igitur, inquit, in pœnitentia, peccantium inesse vitam; non agentium verò pœnitentiam, mortem paratam.

VII. De his verò qui femiaridas virgas porrexerunt, & scissuras habuerunt, audi. Quorum tantummodo femiaridæ erant virgæ; hi dubii sunt: nec enim vivi sunt, nec mortui. At hi qui femiaridas & scissuras habentes tradiderant; & dubii sunt, & maledici, de absentibus detrahentes, & numquam inter se pacem habentes, & <sup>1</sup> inter se invidentes. Et iis quidem proposita est pœnitentia: vides enim ex his aliquos pœnitere. Quicumque verò eorum citò <sup>2</sup> egerunt pœnitentiam, hi in turri habent sedem: at ii qui tardè egerunt, in muris <sup>3</sup> habitant. Qui verò non egerunt pœnitentiam, sed in suis permanferunt factis; morte morientur. At verò hi, qui virides quidem virgas, sed scissuras habentes tradiderunt; fideles semper fuerunt & boni, sed habentes inter se quamdam invidiam & <sup>4</sup> contentionem de principatu & dignitate. Verùm omnes hujusmodi <sup>5</sup> insipientes sunt & fatui, qui habent inter se æmulationem de principatu. At tamen hi, cùm sint alioqui boni, si auditis mandatis <sup>6</sup> istis emendaverint se, & citò <sup>7</sup> per suasio-

<sup>7</sup> L. patientiam perdiderunt. <sup>8</sup> hi. <sup>9</sup> L. murus erit VAR.LECT: sedes. <sup>1</sup> C. & L. quidam verò etiam. <sup>1</sup> B. *Desunt*. L. intra. <sup>2</sup> ANG. gesserunt. <sup>3</sup> L. habitabunt. <sup>4</sup> zelum. <sup>5</sup> *Desunt*, insipientes &. <sup>6</sup> ANG. meis. <sup>7</sup> persuasionis suæ.

nem meam egerint pœnitentiam; in turri denique incipient habitare, sicut & hi qui egerunt <sup>8</sup> dignè pœnitentiam. Quòd si quis eorum rursus ad diffensionem redierit; <sup>9</sup> repellatur à turri, & vitam suam perdet. Vita enim eorum qui custodiunt mandata Domini, in mandatis consistit; non in principatu, aut aliqua dignitate. Per patientiam enim, & humilitatem animæ, vitam homines consequentur; per seditiones verò, & <sup>1</sup> contemptum legis, mortem sibi acquirunt.

VIII. Qui verò in virgis suis dimidium aridum habebant, & dimidium viride; hi sunt negotiationibus involuti, neque appliciti sanctis: ideoque etiam dimidium eorum vivit, dimidium verò mortuum est. Multi igitur ex illis, auditis mandatis, egerunt pœnitentiam; & in turri habitare cœperunt: quidam verò eorum in totum destiterunt. His igitur non est locus pœnitentiæ: à negotiatione enim sua, nefanda in Dominum locuti sunt, & cum abnegaverunt. Propter hanc igitur nequitiam amiserunt vitam. Multi verò ex his dubiam mentem induerunt. Adhuc & iis est regressus; qui, si citò pœnitentiam egerint, in turri sedem habebunt; si verò tardiùs egerint, in muris habitabunt; si autem non egerint, <sup>1</sup> mortem sibi acquirunt. At hi qui duas partes virgarum suarum virides habuerant, & tertiam aridam; <sup>2</sup> compluribus modis depravati, negaverunt Dominum. Ex his igitur multi egerunt pœnitentiam, atque ita in turri habitare cœperunt; & multi à Deo in perpetuum recesserunt. Illi igitur in totum amiserunt <sup>3</sup> vitam. Quidam verò dubiâ mente conceptâ, diffensiones concitaverunt: iis adhuc regressus est, si

VAR. LECTI <sup>8</sup> L. *Deest.* <sup>9</sup> *Alii,* expelletur. <sup>1</sup> L. *conceptum.*  
<sup>1</sup> pœnitentiam. <sup>2</sup> ANG. *quamplurimis generibus inficiati.* <sup>3</sup> B. pœnitentiam.

citò egerint pœnitentiam, nec <sup>4</sup> voluptatibus suis remorati fuerint; si autem permanserint in factis suis, mortem sibi acquirunt.

IX. Qui verò porrexerunt virgas suas, quarum duæ partes aridæ fuerant, & tertia viridis; fideles quidem fuerunt, sed locupletati, & <sup>1</sup> exsaturati bonis, apud exteras gentes <sup>2</sup> celebriores esse cupierunt, & <sup>3</sup> in superbiam magnam inciderunt, & sublimia cœperunt <sup>4</sup> sperare, & veritatem <sup>5</sup> deserere; neque appliciti sunt justis; <sup>6</sup> cum exteris gentibus convixerunt; & hæc illis vita dulcior visa est: à Deo tamen non recesserunt, & <sup>7</sup> in fide perseveraverunt; sed opera fidei non exercuerunt. Multi igitur ex illis egerunt pœnitentiam; & sedes eorum in turri esse cœperunt. Alii verò viventes cum exteris gentibus, & <sup>8</sup> elati vanitatibus suis, in perpetuum à Deo <sup>9</sup> defecerunt, nationum facinoribus & operibus servientes. Hujusmodi ergò homines adnumerati sunt exteris nationibus. Alii ex his dubiam mentem habere cœperunt, non sperantes se propter facta sua assequi <sup>1</sup> posse salutem: alii, dubii facti, dissensiones excitaverunt. His igitur, & illis, qui propter facta sua dubii esse cœperunt, adhuc est regressus: sed hæc pœnitentia <sup>2</sup> cita esse debet, ut sit in turri sedes eorum. His verò qui non agunt pœnitentiam, sed permanent in voluptatibus suis, mors prope est.

X. At hi qui virgas virides porrexerunt, exceptis cacuminibus earum, quæ <sup>1</sup> sola arida erant, & scissuras habebant; semper boni, atque fide-

<sup>4</sup> L. in voluntatibus. <sup>1</sup> exacti. <sup>2</sup> ANG. honestiores VAR.LECT. esse cupiere. <sup>3</sup> L. superbiam magnam induerunt. <sup>4</sup> B. & L. sperare. <sup>5</sup> ANG. deseruerunt. <sup>6</sup> C. sed cum. <sup>7</sup> L. fideles perseveraverunt esse. <sup>8</sup> ANG. everti vanitatibus eorum. <sup>9</sup> defluerunt. <sup>1</sup> L. *Deest.* <sup>2</sup> B. citata. <sup>1</sup> L. solæ aridæ.

les, & <sup>2</sup>probi erga Deum fuerunt; sed parumper deliquerunt, propter inanes <sup>3</sup>voluptates, & minutas cogitationes, quas <sup>4</sup>intra se habuerunt. Auditis ergo verbis meis, plurimi egerunt pœnitentiam celeriter; & in turri habitare cœperunt. Quidam autem ex his evaserunt dubii; quidam adjecerunt ad dubiam mentem, etiam dissensiones movere. In his igitur etiam nunc spes est regressus, quia boni semper <sup>5</sup>fuerunt; difficilè <sup>6</sup>autem movebuntur. Qui verò virgas suas aridas porrexerunt, exceptis cacuminibus earum, quæ <sup>7</sup>sola erant viridia; crediderunt quidem Deo, <sup>8</sup>in sceleribus verò conversati sunt; numquam tamen à Deo recesserunt, sed semper nomen Domini libenter tulerunt, & libenter in hospitiiis suis Dei servos <sup>9</sup>susceperunt. Audito igitur hoc, <sup>1</sup>regressi, sine mora egerunt pœnitentiam, & omnem <sup>4</sup>virtutis æquitatem exercuerunt. Aliqui verò eorum mortem obierunt; & <sup>2</sup>alii <sup>3</sup>libenter adversa passi sunt, memores factorum suorum.

\* F. virtutem æquitatis.

XI. Postquam finisset omnium virgarum <sup>1</sup>explanationes, ait mihi: Vade, & dic omnibus, ut agant pœnitentiam; & vivent Deo: quia <sup>2</sup>motus Dominus magnâ clementiâ suâ, misit me, ut pœnitentiam <sup>3</sup>nunciarem omnibus, his etiam qui non merentur propter facta sua assequi salutem. Sed patiens est Dominus, & invitationem per Filium suum factam vult conservare. Dico ei: Spero, Domine, <sup>4</sup>fore ut auditis his universi a-

VAR. LECT. <sup>2</sup> honesti apud Dominum. <sup>3</sup> & minimas disputationes. <sup>4</sup> B. in. L. inter. <sup>5</sup> Deest. <sup>6</sup> Deest. <sup>7</sup> solæ erant virides. <sup>8</sup> Alii, etiam ad scelera aliqua prolapsi sunt. <sup>9</sup> ANG. receperunt. <sup>1</sup> regressu. <sup>2</sup> L. Deest. <sup>3</sup> ANG. & libenter patiuntur memores. <sup>1</sup> Alii, exolutiones. <sup>2</sup> L. mortis Dominus in multa sua. <sup>3</sup> ANG. omnibus darem, & quidem quibusdam non merentibus. <sup>4</sup> Alii, quoniam; auditis his, universi agent.

gant pœnitentiam. Credo enim, unumquemque,  
<sup>5</sup> agnitis suis factis, & accepto Dei timore, ad  
 pœnitentiam regressurum. Ait mihi: Quicum-  
 que toto corde egerint pœnitentiam, & purifi-  
 caverint se ab omni nequitia, <sup>6</sup> quæ suprà dicta  
 est, & non adjecerint adhuc ad delicta sua quid-  
 quam; accipient à Domino remedium <sup>7</sup> priorum  
 peccatorum suorum, si nihil dubitaverint de  
 mandatis <sup>8</sup> his, & vivent Deo. Qui verò adje-  
 cerint, inquit, ad delicta sua, & conversati fue-  
 rint in <sup>9</sup> cupiditatibus sæculi hujus; damnabunt  
 seipfos ad mortem. Tu verò ambula in manda-  
 tis istis; & vives Deo: & quicumque ambula-  
 verint in his, & rectè ea exercuerint, vivent  
 Deo. Postquam verò hæc omnia mihi ostendit,  
 ait mihi: Reliqua post dies paucos tibi os-  
 tendam.

<sup>5</sup> L. auditis. <sup>6</sup> *Defunt*, quæ --- est. <sup>7</sup> ANG. *Deest*. VAR.LECT.  
<sup>8</sup> L. meis. <sup>9</sup> *Alii*, desideriiis.

## SIMILITUDO IX.

*Ædificandæ militantis & triumphantis Ecclesiæ  
 mysteria maxima.*

I. **P**ostquam scripsi Mandata & Similitudines  
 Pastoris illius, nuncii pœnitentiæ; venit  
 ad me, & dixit mihi: Volo ostendere tibi quæ-  
 cumque Spiritus tibi ostendit, qui in effigie Ec-  
 clesiæ locutus est tecum. Ille enim Spiritus, Fi-  
 lius Dei est. Et quia infirmior eras corpore,  
 non antè per nuncium declaratum est tibi, quàm  
 firmatus es à Spiritu, auctusque viribus, ut etiam  
 nuncium possis videre. Tunc enim bene qui-  
 dem ac <sup>1</sup> magnificè ædificatio turris ab Ecclesia  
 tibi ostensa est; sed ut <sup>2</sup> à virgine monstrata,

<sup>1</sup> ANG. *modeste*. <sup>2</sup> L. ad virginem.

VAR.LECT.

cuncta vidisti. Nunc autem per nuncium illustraris; per eundem quidem Spiritum. Sed oportet te omnia diligenter videre: idcirco enim in domum tuam missus sum habitare ab illo nuncio<sup>3</sup> venerando; ut, cum omnia potenter videris, nihil, ut prius, expavescas. Et duxit me in<sup>4</sup> ascensum montis Arcadiæ; & confedimus in cacumine ejus. Et ostendit mihi campum magnum; & circa eum duodecim montes aliâ atque aliâ figurâ. Quorum primus niger erat sicut fuligo. Secundus glabrus, sine herbis. Tertius spinis & tribulis plenus. Quartus habebat semiaridas herbas; quarum superior pars erat viridis, proxima autem à radicibus arida; quædam etiam herbæ, cum sol incanduisset, aridæ fiebant. Quintus mons asperrimus erat; sed herbas virides habebat. Sextus mons scissuris erat plenus, quibusdam minoribus, quibusdam<sup>5</sup> verò majoribus; sed in illis scissuris erant herbæ, non valde quidem<sup>6</sup> latæ, sed velut marcidæ esse videbantur. Septimus verò mons<sup>7</sup> delectabiles habebat herbas, & totus fertilis erat; & omne genus pecudum, & <sup>8</sup> volucrum cœli, <sup>9</sup> pabulum carpebant ex illo: & quantum vescebantur<sup>1</sup> ex illo, tantò lætiores herbæ crescebant. Octavus mons fontibus erat repletus; & ex illis fontibus adaquabatur omne genus creaturæ Dei. Nonus mons nullam omnino aquam habebat, & totus destitutus erat; sed & mortiferos serpentes<sup>2</sup> alebat, & <sup>3</sup> hominibus perniciosos. Decimus mons<sup>4</sup> proceras arbores continebat, totusque erat<sup>5</sup> umbrosus; & sub umbra pecudes jacebant quiescentes, ac ruminantes. Undecimus mons den-

VAR.LECT. <sup>3</sup> ANG. dignissimo. <sup>4</sup> L. Arcadiæ montem. <sup>6</sup> *Deest.*  
<sup>6</sup> C. & L. lætæ. <sup>7</sup> ANG. hilares. <sup>8</sup> volucres. <sup>9</sup> L. pabula. <sup>1</sup> ANG. inde. L. inde tantò ampliùs lætiores.  
<sup>2</sup> ANG. habebat. <sup>3</sup> L. homines. <sup>4</sup> ANG. habebat arbores magnas. <sup>5</sup> L. tenebrosus.



fissimis arboribus repletus erat: & arbores illæ aliis atque aliis <sup>6</sup> oneratæ videbantur fructibus; ut <sup>7</sup> quisquis videret, cuperet edere de fructibus earum. Duodecimus mons candidus erat totus, & aspectum habebat <sup>8</sup> delectabilissimum, & ipse sibi summum præstabat decorem.

II. In medio verò campo candidam & ingentem petram mihi ostendit, quæ de ipso campo surrexerat; & petra illa altior montibus illis erat, & quadrata erat, ita ut posset totum orbem sustinere. Vetus autem mihi videbatur esse; sed habebat novam portam, quæ nuper videbatur exsculpta. Et porta illa clariorem splendorem quàm sol habebat; ita ut mirarer <sup>1</sup> vehementer lumen ejus. Circa verò portam illam stabant virgines duodecim: ex quibus quatuor, quæ

Origenes  
hom. xiii.  
in Ezech.

<sup>6</sup> B. ordinatæ erant. L. ornatae erant. <sup>7</sup> ANG. si quis VAR.LECT. vidisset, concupisceret. <sup>8</sup> hilarissimum. <sup>1</sup> L. Deest.

*Virgines duodecim.]* Auctor peccatores, quinque virgines factua, quamvis innumerabiles sint, Comment. in Mat. post homi-  
lias S. Chrysostomi in eundem, propter quinque sensus carnales.  
xix. 28. Adhuc autem audeo & Et sicut omnes Ecclesia Christi,  
subtiliorem introducere sensum, septem Ecclesia dicuntur, propter  
& sententiam alterius sapientis septem spiritus, quamvis sint mul-  
cujusdam viri (haud mihi dubium ta: omnes enim, in quibus præ-  
quin Origenis) referre. Exponit cateris virtutibus abundantior est  
enim sic: Quoniam sicut Judæo sapientia virtus, una habetur Ec-  
rum populus in duodecim tribus clesia: item in quibus præ cate-  
fuit divisus; sic & universus po- ris virtutibus abundantior est in-  
pulus Christianus divisus est in tellectus, altera dicitur Ecclesia:  
duodecim tribus, secundum quas & sic per singulos spiritus trac-  
dam proprietates animorum, & tans, invenies septem Ecclesias.  
diversitates cordium, quas solus Similiter, propter gratias duode-  
Deus discernere & cognoscere po- cim, quas in persona duodecim  
rest: ut quaedam anima sint qua- virginum exponit angelus in Pa-  
si de tribu Ruben, quaedam au- store; si tamen placet illa Scrip-  
tem de tribu Simeon, vel Levi, tura omnibus Christianis; inve-  
vel Juda. Puto enim, quia om- niuntur duodecim esse tribus: ut  
nes sancti quinque virgines præ- puta, omnes anima, in quibus  
dentes esse dicuntur, quamvis præ cateris virtutibus præcellit  
sint innumerabiles, propter quin- virtus veritatis, una est tribus.  
que sensus spirituales; & omnes Nec enim omnes gratia equaliter

obtinebant angulos portæ, <sup>2</sup> digniores mihi videbantur esse; sed & cæteræ <sup>3</sup> dignæ erant; stabant autem in quatuor partibus portæ. <sup>4</sup> Erat autem & id ad gratiam illarum virginum, quòd illæ binæ & binæ vestitæ erant linteis tunicis, & decenter succinctæ <sup>5</sup> exteriùs brachiis dextris, tamquam fascem aliquem levaturæ, sic erant paratæ: vehementer enim hilares erant, atque promptæ. Hæc cum vidissem, mecum ipse mirabar, quòd tam magnas & præclaras res viderem. Et rursus <sup>6</sup> mirabar propter virgines illas, quòd tam <sup>7</sup> decoræ & delicatæ essent, & ita <sup>8</sup> constanter ac fortiter starent, tamquam totum cælum <sup>9</sup> portaturæ. Et cum hæc intra me <sup>1</sup> cogitarem, ait ad me Pastor ille: Quid intra te disputas, atque torqueris, & ipse tibi sollicitudinem <sup>2</sup> adjicis? Quæcumque non potes intelligere, noli <sup>3</sup> attendere, tamquam si sapiens sis; sed roga Dominum, ut accepto sensu intelligas ea. Quæcumque post te sunt, non potes videre; quæ verò sunt ante te, vides. In his igitur quæ non potes videre, noli torqueri; & eorum <sup>4</sup> intelligentiam cape, quæ tu vides. Desine esse curiosus. Ego autem demonstrabo tibi cuncta, quæcumque <sup>5</sup> debeo ostendere: nunc autem reliqua considera.

VAR.LECT. <sup>2</sup> dignitiosiores. <sup>3</sup> dignitosæ. <sup>4</sup> ANG. Inerat autem inter genera earum virginum, & hæc binæ vestitæ linteis. L. Inerat autem inter gratiam earum virginum hæc binæ vestitæ lineis tunicis, & decem incinctæ exertis. <sup>5</sup> ANG. & C. exertis. <sup>6</sup> L. movebar. <sup>7</sup> ANG. *Desunt.* <sup>8</sup> *Desunt.* <sup>9</sup> ANG. portandum haberent. <sup>1</sup> ANG. disputarem. <sup>2</sup> adducis. <sup>3</sup> L. perpendere. <sup>4</sup> ANG. dominare. <sup>5</sup> L. potueris.

*in omnibus sunt; sed unus quidem amplius præcellit in ista, aliter verò in illa.* Cot. *fic infra 6. dignitosos. Dignitosus est vox, non avi quidem Ciceroniani, sed nec infimi. Veteres*

*Digniores* J In MS. optimæ Glossæ: *Dignitosus, ἀξιωπάρη* notæ Lambethano, *dignitiosiores: νόσ.*

III. Et cùm hæc dixisset mihi, <sup>1</sup> suspexi: & ecce vidi venisse <sup>2</sup> sex viros excelsos <sup>3</sup> ac venerandos, & omnes similes vultu; & vocasse quamdam multitudinem virorum: & hi qui venerant vocati ab illis, & ipsi <sup>4</sup> quoque excelsi & fortes erant. Jusserunt autem <sup>5</sup> illi sex eos turrim quamdam super eam portam ædificare. Magnus verò tunc fremitus cœpit esse <sup>6</sup> decurrentium circa portam <sup>7</sup> huc atque illuc, eorum virorum qui ad ædificandam turrim <sup>8</sup> venerant. Virgines verò illæ, quæ stabant circa portam, <sup>9</sup> jubebant eis ædificationem turris accelerare. Ipsæ autem exporrexerunt manus suas, tamquam aliquid accepturæ ab illis. Tunc illi sex jusserunt, <sup>1</sup> ut ex quodam profundo lapides <sup>2</sup> attollerent, & in ædificationem turris <sup>3</sup> præpararent. Et elevati sunt decem lapides candidi, <sup>4</sup> quadrati, circumcisi. Postquam verò sex illi advocaverunt has virgines; jusserunt eas, universos lapides, quicumque in turris <sup>5</sup> ædificationem <sup>6</sup> mittendi essent, portare; & translatos per portam <sup>7</sup> tradere eis qui ædificaturi erant turrim illam. Continuo hæ virgines eosdem lapides, qui <sup>8</sup> prius elevati erant de profundo, inter se <sup>9</sup> elevare cœperunt pariter omnes.

IV. Qui autem steterunt circa portam, sic etiam portabant, ut qui videbantur esse fortiores

<sup>1</sup> inspexi. <sup>2</sup> *Deest.* <sup>3</sup> dignitosos, & similes. <sup>4</sup> *Deest.* VAR.LECT. <sup>5</sup> eos illi ex turre quamdam. <sup>6</sup> B. discurrentium. <sup>7</sup> hinc atque illinc. L. hinc & illinc. <sup>8</sup> convenerant. <sup>9</sup> videbant ædificationem turris accelerari oportere. *Alii*, agnoverant ab eis accelerari oportere. <sup>1</sup> ANG. *Deest.* <sup>2</sup> ascendere. <sup>3</sup> aptari. Et ascenderunt decem. <sup>4</sup> L. quidem & quadrati. <sup>5</sup> ejus ædificatione ituri essent portare. <sup>6</sup> ANG. ituri. <sup>7</sup> L. itidem. <sup>8</sup> ANG. primi ascenderunt. <sup>9</sup> allevare.

[*Quadrati, circumcisi.*] Legendum nec circumcisi, ex 5. & 16. Cot.

ad angulos ponerentur; cæteri vero lapides  
<sup>1</sup> ad latera subijciabantur: atque ita universos  
 lapides pertulerunt, eosque per <sup>2</sup> portam transla-  
 flatos ædificantibus, sicut <sup>3</sup> jussæ erant, tradide-  
 runt. Illi verò excipientes, extruxerunt illos.  
 Hæc autem ædificatio super illam petram mag-  
 nam & <sup>4</sup> portam fiebat; atque ab iis tota turris su-  
 stentabatur. Horum autem decem lapidum structu-  
 ra totam portam illam replevit, quæ in fundamento  
 turris illius esse cœpit. Post illos verò decem lapi-  
 des, alii viginti quinque <sup>5</sup> elevati sunt de profun-  
 do; & hi structi sunt in ædificationem turris ejus-  
 dem, per illas virgines levati, sicut priores. Post  
 hos, alii triginta quinque elevati sunt; & hi simi-  
 liter in eodem opere aptati sunt. Post hos, quadra-  
 ginta lapides ascenderunt; & hi omnes adjecti sunt  
 in structuram turris illius. Quatuor ergo ordines  
 cœperunt esse in <sup>6</sup> fundamento turris illius; de-  
 fierunt <sup>7</sup> enim lapides extrahi de profundo: pau-  
 lisper & hi qui ædificabant, quieverunt. Ite-  
 rum illi sex viri multitudini illi imperaverunt, ut  
 de illis duodecim montibus adportarent lapides  
 ad ædificationem turris ejusdem. Illi autem ex-  
 cidebant de universis montibus <sup>8</sup> variorum colo-  
 rum lapides; & deferentes <sup>9</sup> eos, porrigebant  
 virginibus: quos illæ accipientes <sup>1</sup> transferebant,  
 & in ædificationem turris <sup>2</sup> porrigebant. In <sup>3</sup> qua  
 cum structi essent illi; candidi, variique fiebant:  
 & <sup>4</sup> similiter omnes <sup>5</sup> priores mutabant colores.  
 Quidam verò ab ipsis viris porrigebantur; qui,  
 cum in eam ædificationem venissent, quales po-  
 nebantur, tales & permanebant. Hi nec candidi

VAR.LECT. <sup>1</sup> L. è lateribus. B. à lateribus subibant. <sup>2</sup> L. portas.  
<sup>3</sup> ANG. jufferant. <sup>4</sup> L. porta. <sup>5</sup> ANG. ascenderunt.  
<sup>6</sup> L. fundamentis turris hujus. <sup>7</sup> ergo lapides ascendere  
 de. <sup>8</sup> ANG. lapides variis coloribus. <sup>9</sup> adportatos.  
<sup>1</sup> porrigebant. <sup>2</sup> transferebant. <sup>3</sup> L. quam cum instructi.  
<sup>4</sup> similes. <sup>5</sup> C. &

siebant, nec varii; quoniam non erant à virginibus per portam translati. Hi ergo lapides deformes erant in <sup>6</sup> ædificatione: quos cùm animadvertissent illi sex viri, jusserunt tolli, & suo loco <sup>7</sup> reponi unde <sup>8</sup> delati fuerant. Et dicunt ad illos qui lapides illos adferebant: Omnino vos nobis ad ædificationem hanc lapides porrigere nolite; sed juxta turrim ponite eos, ut hæc virginibus translatos porrigant: nisi enim ab his virginibus translati fuerint per hanc portam, colores suos mutare non possunt: nolite igitur frustra laborare.

V. Effecta est autem structura illo die; sed turris consummata non <sup>1</sup> est: futurum enim erat, ut ædificaretur: propterea etiam nunc & quædam dilatio facta est. Et jusserunt illi sex, eos qui ædificabant <sup>2</sup> abire, & veluti <sup>3</sup> aliquamdiu quiescere; illis <sup>4</sup> verò virginibus præceperunt, ne à turri <sup>5</sup> discederent: propterea autem videbantur mihi relictæ, ut custodirent turrim illam. Postquam autem <sup>6</sup> recesserunt, <sup>7</sup> dico ad Pastorem illum: Quare, Domine, non est peracta ædificatio turris? Non enim, inquit, antè consummari potest, quàm veniat Dominus ejus, & structuram hanc probet; ut si quos lapides non bonos in ea invenerit, mutentur: ad voluntatem enim ejus <sup>8</sup> ædificabatur hæc turris. <sup>9</sup> Vellem, inquam, Domine, scire, quid significet ædificatio turris hujus, & de hac petra, & de hac porta cognoscere, & de montibus, & de virginibus, & de lapidibus qui <sup>1</sup> extracti sunt de profundo, nec circumcisi sunt, sed sicut ascenderunt, sic <sup>2</sup> missi sunt in structuram; & quare primùm la-

<sup>6</sup> L. ædificationem. <sup>7</sup> ANG. L. referri. <sup>8</sup> ANG. de-  
portati. L. adportati. <sup>1</sup> fuit, futurum enim ut ædificetur.  
VAR.LECT:  
<sup>2</sup> ANG. recedere. <sup>3</sup> quiescere aliquid. <sup>4</sup> L. ergo.  
<sup>5</sup> recederent. <sup>6</sup> omnes. <sup>7</sup> dixi. <sup>8</sup> ædificatur. <sup>9</sup> Volebam. <sup>1</sup> ANG. ascenderunt. <sup>2</sup> ierunt.

<sup>a</sup> L. structuræ.

pides decem in <sup>3</sup> fundamento <sup>a</sup> structi sunt, deinde viginti quinque, deinde triginta quinque, deinde quadraginta: item de illis lapidibus qui positi sunt in structuram, iterumque sublati, & in <sup>4</sup> locum suum relati. De omnibus his, Domine, desiderium animæ meæ comple, & omnia mihi demonstra. Et dixit mihi: Si <sup>5</sup> tardus non fueris, omnia <sup>6</sup> non cognosces, & <sup>7</sup> videbis reliqua quæ futura sunt huic turri; & omnes Similitudines diligenter cognosces. Et venimus post dies paucos in eundem locum, ubi federamus, & dixit mihi: Perveniamus ad turrim: Dominus enim ejus venturus est, ut consideret eam. Venimus igitur illuc, & neminem alium quàm virgines illas invenimus. Et interrogavit eas, An affuisset ibi Dominus turris illius? Et responderunt, continuo eum <sup>8</sup> adfuturum<sup>9</sup>, ut consideret structuram illam.

VI. Post pusillum verò video multitudinem virorum magnam venientem, & in medio eorum ita excelsum virum, ut magnitudine suâ ipsam turrim superaret; & circa eum sex illos, quos in ædificatione imperare <sup>1</sup> videram, & eos omnes qui ædificaverunt turrim illam, & præterea alios quamplures <sup>2</sup> dignitate splendidos viros. Virgines verò illæ, quæ custodiebant turrim illam, adcurrerunt, <sup>3</sup> & osculatæ sunt eum, & prope <sup>4</sup> eum cœperunt ambulare. Ille autem tam diligenter considerabat structuram illam, ut singulos lapides <sup>5</sup> contrectaret; quin etiam singulos virgâ, quam <sup>6</sup> in manu tenebat, feriebat. Ex quibus quidam, cum essent percussi, nigri fiebant velut fuligo; quidam autem tamquam sca-

VAR.LECT. <sup>3</sup> L. fundamentis. <sup>4</sup> L. loco suo. <sup>5</sup> ANG. & C. arduus. <sup>6</sup> L. *Deest*. <sup>7</sup> C. cognosces. <sup>8</sup> ANG. venturum. <sup>9</sup> L. esse. <sup>1</sup> *Deest*. <sup>2</sup> ANG. dignitofos. <sup>3</sup> L. osculari eum. <sup>4</sup> *Deest*. <sup>5</sup> ANG. pertractaret. <sup>6</sup> L. manu gerebat.

bri; quidam quasi scissuras habentes; quidam curti; <sup>7</sup> quidam nec nigri, nec albi; quidam asperi, nec cum cæteris lapidibus convenientes; quidam plurimas maculas habentes. Hæ sunt varietates lapidum illorum, qui in structura illa non <sup>8</sup> idonei reperti sunt. Jussit eos Dominus omnes de turri deponi, & juxta eam relinqui; & alios lapides afferri, & loco eorum reponi. Et interrogaverunt cum qui ædificabant, ex quo monte vellet afferri, & reponi in locum ejectorum? De montibus quidem vetuit afferri; sed ex campo quodam, qui prope erat, jussit <sup>9</sup> afferri. Foderunt enim campum illum, & invenerunt lapides splendidos, quadratos; quosdam verò etiam rotundos. Quicumque autem erant in illo campo, omnes <sup>1</sup> allati sunt, & per portam <sup>2</sup> transportati à virginibus illis: & qui ex eis quadrati erant, <sup>3</sup> formati sunt, & positi in <sup>4</sup> locum ejectorum. At verò qui rotundi, non sunt adjecti in structuram; quoniam <sup>5</sup> duri erant, & <sup>6</sup> longum esse videbatur circumcidere eos; sed positi sunt circa turrim, tamquam futurum esset, ut circumciderentur, & in structuram <sup>7</sup> mitterentur; valde enim splendidi erant.

VII. Hæc cum vidisset vir ille <sup>1</sup> dignitate præcipuus, & Dominus totius turris, vocavit hunc Pastorem; & tradidit ei lapides qui reprobati erant, & positi circa turrim; & ait ad illum: Communda diligenter lapides hos, & <sup>2</sup> apta in structuram turris, ut cum cæteris possint convenire; eos autem qui non conveniunt, longè à turri projicies. Hæc cum præcepisset ei, cum

<sup>7</sup> Desunt quidam --- albi. <sup>8</sup> ANG. boni. <sup>9</sup> apportari. VAR. I. RECT.  
<sup>1</sup> L. illati sunt per. <sup>2</sup> translati. <sup>3</sup> deformati. <sup>4</sup> loco.  
<sup>5</sup> & durum erat. <sup>6</sup> tardum. <sup>7</sup> ANG. irent. <sup>1</sup> dignitofus. <sup>2</sup> L. pone in structura.

omnibus, cum quibus venerat ad turrim, abiit: virgines autem illæ steterunt circa turrim, custodientes eam. Et dixi ad Pastorem illum: <sup>3</sup> Quoniam modo possunt lapides hi in structuram hujus turris, cum reprobati sint, redire? Et dixit mihi: Ego de lapidibus istis majorem partem circumcidam, & adjiciam in structuram, & convenient cum cæteris. Et dixi: Quo modo, Domine, possunt circumcisi eundem locum <sup>4</sup> implere? Quicumque, inquit, minores inventi fuerint, in median structuram ibunt; majores verò de foris ponentur, & continebunt eos. Hæc cum dixisset mihi; Eamus, inquit, & post triduum revertamur; & emundatos hos lapides in structuram adjiciam. Ea enim quæ sunt circa turrim, commundari debent omnia; ne fortè subito paterfamilias superveniat, & immunda ea quæ circa turrim sunt, inveniat, & ita <sup>5</sup> aspernetur; <sup>6</sup> & hi lapides non <sup>7</sup> mittantur in structuram turris hujus, & ego negligens <sup>8</sup> paterfamilias videar esse. Post <sup>9</sup> triduum autem cum venissemus ad eandem turrim, ait mihi: Consideremus hos lapides omnes, & videamus qui ex eis possunt in structuram <sup>1</sup> ire. Dico ei: Consideremus, Domine.

<sup>8</sup> F. patri-  
familiâs.

VIII. Primùm omnium cœpimus considerare eos qui nigri fuerant. Quales enim à structura depositi fuerant, tales sunt reperti. Jussit eos à turri moveri, & seorsum <sup>1</sup> reponi. Deinde consideravit eos qui scabrosi fuerant: & multos ex eis circumcidi jussit, & per virgines eos in structuram turris aptari: illæ autem sublato eos aptaverunt in media structura. Reliquos autem jussit cum illis nigris <sup>2</sup> reponi; nam & hi evase-

VAR.LECT. <sup>3</sup> Quemadmodum. <sup>4</sup> ANG. explere. <sup>5</sup> exasperetur.  
<sup>6</sup> L. ut. <sup>7</sup> sint. <sup>8</sup> patris-familiâs. <sup>9</sup> biduum. <sup>1</sup> con-  
venire. <sup>1</sup> poni. <sup>2</sup> poni.



runt nigri. Deinde considerabat eos qui scissuras habebant: & ex illis multos circumcidi iussit, & per illas virgines adjici in structuram. Hi de foris positi sunt, <sup>3</sup> quoniam integri inventi sunt: reliqui autem propter multitudinem scissurarum non potuerunt <sup>4</sup> affirmari, propterea projecti sunt ab ædificatione turris. Deinde considerabat eos qui curti facti erant: multi ex illis scissuras habebant, & nigri evaserant; alii verò scissuras magnas <sup>5</sup> habebant, quos iussit apponi cum illis qui rejecti erant: reliquos autem commundatos, & <sup>6</sup> affirmatos adjici iussit in structuram, quos sublatis virgines illæ in media structura aptaverunt; infirmiores enim erant. Deinde considerabat eos, qui dimidii quidem albi, dimidii autem nigri fuerant reperti; & multi ex illis nigri inventi sunt: iussit & hos transferri ad illos qui rejecti erant. Reliqui verò toti candidi inventi sunt: & hi sublatis sunt à virginibus, & aptati in eadem turri; exteriores autem positi sunt <sup>7</sup> qui integri inventi sunt, ita ut possent continere eos qui in medio <sup>8</sup> constructi erant; nihil enim <sup>9</sup> eis recisum est. Deinde considerabat eos qui duri & asperi <sup>1</sup> fuerunt: pauci ex his <sup>2</sup> adjecti sunt, quoniam non poterant circumcidi; valde enim duri reperti sunt: reliqui autem <sup>3</sup> formati sunt, & in media structura à virginibus aptati; infirmiores enim erant. Deinde considerabat <sup>4</sup> illos qui maculas habebant: & ex eis pauci reperti sunt nigri; & hi ad cæteros adjecti sunt. Qui verò superfuerant, candidi & integri inventi sunt; & hi à virginibus in structuram aptati sunt, & de foris <sup>5</sup> positi, propter fortitudinem suam.

<sup>3</sup> *Alii*, qui. <sup>4</sup> L. deformari. <sup>5</sup> habentes, iussit hos VAR. LECT.  
 poni cum iis. <sup>6</sup> deformatos. <sup>7</sup> C. & L. quoniam. <sup>8</sup> L.  
 instructi. <sup>9</sup> ex. <sup>1</sup> fuerant. <sup>2</sup> C. & L. abjecti. <sup>3</sup> ANG.  
 deformati. <sup>4</sup> L. *Deest*. <sup>5</sup> *Deest*. S 2

IX. Venit deinde, <sup>1</sup> ut confideraret eos lapides, qui candidi & rotundi erant; & ait mihi: Quid faciemus de his lapidibus? Et ego dixi: Domine, nescio. Nihil ergo, inquit, excogitas <sup>2</sup> de his. Ego, inquam, artem hanc, Domine, non novi, nec lapidarius sum, nec possum intelligere quidquam. Et dixit: Non vides eos valde rotundos esse? Quòd si voluero eos quadratos redigere, plurimum mihi ex his recidendum est; sed necesse est aliquos ex his in structuram turris <sup>3</sup> transire. Et dixi: Si necesse est, quid igitur <sup>4</sup> te <sup>5</sup> implicas, & non eligis, si quos habes eligere, & aptas in structuram illam? Et elegit quos vidit maximos & splendidissimos, & <sup>6</sup> affirmavit eos; quos sublato virgines illæ in exterioribus partibus structuræ posuerunt. Reliqui verò qui superfuerunt, repositi sunt in <sup>7</sup> eundem campum, unde sumpti erant: abjecti verò non sunt, Quoniam, inquit, adhuc exiguum deest huic turri, quod ædificandum erit; & forsitan vult Dominus hos lapides aptari in ea structura, <sup>8</sup> quia valde candidi sunt. Vocatæ sunt deinde mulieres speciosissimæ duodecim, nigrâ veste vestitæ, incinctæ, & exertis humeris, <sup>9</sup> capillisque solutis. Videbantur autem mihi hæc mulieres agrestes esse. Et iussit eas Pastor ille

VAR.LECT. <sup>1</sup> confiderare. <sup>2</sup> ex. <sup>3</sup> ANG. ire. <sup>4</sup> B. tristaris. <sup>5</sup> L. tricas. <sup>6</sup> deformavit. <sup>7</sup> eodem campo. <sup>8</sup> quæ valde candida est. <sup>9</sup> ANG. capillis verò dissolutis.

*Affirmavit.*] MSS. L. *deformavit* simpliciter *mutare formam* in *mutavit*. Hæc recta est lectio, non quamvis aliam. Vet. Glossæ: *Deinepta* & inusitata vox *afformare*. *formo*, μεταμορφῶ, μετατυπῶ. Sic in viii. *deformari* perperam *Deformo* (sic legendum) ἀποτε-  
mutatum in *afformari*, & *deformatos* in *afformatos*. Nimirum, hic convenit, ubi forma rotunda lapidum refectione in quadratam mutatur. CLER.

*turpem reddere, cùm sit etiam*

tollere lapides illos, qui de structura <sup>1</sup> ejeti erant, <sup>2</sup> & eos referri in montes unde ablati fuerant. Et illæ gaudentes sustulerunt omnes, & reportaverunt eos unde extracti fuerant. Postquam autem nullus lapis circa turrin jaceret, ait mihi: Circumeamus hanc turrin, & videamus <sup>3</sup> numquid aliquid desit illi. Cœpimus ergo circumire eam. Et ut vidit eam decenter ædificatam, cœpit valde hilaris esse: ita enim decenter ædificata fuerat, ut qui vidisset, concupisceret structuram ejus; quoniam quasi de uno lapide videbatur esse, nec usquam commissura Origenis Philocal. C. viii. apparebat, sed ex petra <sup>4</sup> una videbatur exsculpta.

X. Ego autem <sup>1</sup> hujusmodi turrin attentè considerans, valde lætabar. Et ait mihi: Affer calcem, & testas minutas, ut formas eorum lapidum, qui sublatis sunt structurâ, <sup>2</sup> & iterum repositi, expleam; ea enim quæ circa turrin sunt omnia, æquari debent. Et feci sicut jussit <sup>3</sup> mihi, & attuli ad eum. Et ait mihi: Præsto <sup>4</sup> adis mihi, <sup>5</sup> inquit, & citò hoc opus perficitur. Complevit ergo formas illorum lapidum, & jussit <sup>6</sup> locum mundari circa turrin. Tunc virgines illæ apprehenderunt scopas, & mundaverunt totum, & sustulerunt <sup>7</sup> excrementa, & sparserunt aquam: quo completo, factus est locus <sup>8</sup> delectabilis, & turris decora. Ait deinde mihi: Omnia commundata sunt: si venerit Dominus hanc turrin consummare, nihil inveniet quod de nobis queratur. Hæc cum dixisset, volebat abire. At ego apprehendi peram

<sup>1</sup> L. abjecti erant. <sup>2</sup> *Desunt* & eos --- extracti fuerant. VAR.LECT.  
<sup>3</sup> ANG. nequid. <sup>4</sup> L. illa. <sup>5</sup> ANG. ejusmodi considerans bene, valde lætus eram. <sup>6</sup> L. iterum repositos.  
<sup>7</sup> *Deest.* <sup>8</sup> *Deest.* <sup>9</sup> *Deest.* <sup>10</sup> mandare locum circa.  
<sup>11</sup> ANG. stercus. <sup>12</sup> hilaris.

ejus, & cœpi rogare eum per Dominum, ut mihi omnia, quæ ostenderat, <sup>9</sup> explicaret. Ait mihi: Habeo modicam occupationem, at omnia tibi explicabo: expecta autem me hîc, dum venio. Dico ei: Domine, quid hîc solus faciam? Respondit: Non es solus; omnes enim virgines tecum sunt. Et dixi: Trade me, Domine, ergo eis. At ille <sup>1</sup> vocavit illas, & dixit eis: Commendo vobis hunc, donec venio. Remansi igitur cum virginibus illis. Illæ autem hilares erant, & affabiles mihi; præcipuè tamen quatuor, quæ cæteras præcedebant dignitate.

XI. Dicunt mihi deinde virgines illæ: Hodie Pastor ille huc venturus non est. Et ego dixi: Quid ergo ego faciam? Et dicunt mihi: Usque in vesperam expecta, si <sup>4</sup> forsan venerit, & loquetur tecum; sin minus, nobiscum, dum veniat, manebis. Dixi eis: Expectabo eum usque ad vesperam: quòd si non venerit, demum ibo, & revertar manè. Responderunt mihi: Nobis <sup>2</sup> assignatus es, non potes <sup>3</sup> recedere à nobis. Et dixi: Ubi manebo? Dicunt mihi: Nobiscum dormies ut frater, non ut maritus: frater enim noster es, & de cætero tecum <sup>4</sup> habitare paratæ sumus; valde enim carum te habemus. Ego autem erubesceram cum eis <sup>5</sup> manere. Ea verò quæ ex illis prima esse videbatur, amplexata me est, & osculari me cœpit. Cæteræ verò cùm vidissent me <sup>6</sup> amplexari ab illa, & ipsæ cœperunt me ut fratrem osculari, & <sup>7</sup> ducere circa turrim, & <sup>8</sup> ludere mecum. Quædam <sup>9</sup> autem ex illis psalmos canebant; quædam choros ducebant. Ego autem circa eam turrim in silentio

VAR. LECT. <sup>9</sup> Ed. exsolveret, ut sæpe. <sup>1</sup> L. vocat, &. <sup>1</sup> ANG. venerit, forsitan loquetur. L. loquatur. <sup>2</sup> ANG. assignatus. <sup>3</sup> discedere. <sup>4</sup> B. habitaturæ sumus. <sup>5</sup> L. habitare. <sup>6</sup> ANG. amplexum. <sup>7</sup> ducebant. <sup>8</sup> ludebant. <sup>9</sup> L. enim ex his psalmos cantabant.

lætus cum eis ambulabam, & videbar mihi <sup>1</sup> junior factus esse. Postquam verò vespera esse cœpit, domum <sup>2</sup> repentè abire volebam; illæ autem <sup>3</sup> retinuerunt me, & non permiserunt <sup>4</sup> abire. Mansi ergo illâ nocte cum eis <sup>6</sup> juxta eandem turrim. Straverunt autem tunicas suas lineas in terram, & me in mediõ collocaverunt; nec quidquam aliud faciebant, nisi <sup>7</sup> quòd orabant. Sed & ego cum illis sine intermissione orabam, neque minùs, quàm illæ. Quæ cum me sic orantem vidissent, <sup>8</sup> ingens gaudium perceperunt; & cum eis illic fui usque ad diem posterrum. Et cum adorassẽmus Dominum, tunc venit Pastor ille, & ait ad illas: <sup>9</sup> Nullam ci fecistis injuriam? Et dixerunt ei: Ipsum interroga. Dico ei: Domine, <sup>1</sup> magna voluptas me cœpit, quòd mansi cum eis. Et dixit mihi: Quid cœnavisti: Et dixi: Cœnavi, Domine, totâ nocte <sup>2</sup> verba Domini. Bene, inquit, te acceperunt? Et dixi: <sup>3</sup> Bene, Domine. <sup>4</sup> Numquid vis nunc audire? Et dixi: Volo, Domine: & primùm, sicut te interrogavero, rogo ut sic mihi demonstras. Quemadmodum vis, inquit: sic tibi rem <sup>5</sup> explanabo, nec quidquam te celabo.

XII. Primùm omnium; Domine, <sup>1</sup> inquam, hoc mihi demonstra: Petra hæc, & porta quid

<sup>1</sup> veluti juniorem factum esse. <sup>2</sup> ANG. *Deest*. <sup>3</sup> L. VAR. LECT. detinuerunt. <sup>4</sup> me ire. <sup>5</sup> autem. <sup>6</sup> ad eam. <sup>7</sup> *Deest*. <sup>8</sup> magnum. <sup>9</sup> ANG. ne fortè fecistis. <sup>1</sup> magnam voluptatem percepi. <sup>2</sup> L. verbum. <sup>3</sup> Ita. <sup>4</sup> *Desunt* Numquid ---- volo. <sup>5</sup> exsolvam. <sup>1</sup> *Desunt*.

*Explanabo.*] MS L. *exsolvam*, pro *ἐκλύω*. CLER:  
& alii ubi verbum *explarare* *Inquam.*] In Cod. Lambeth. alii Codd. præ se ferunt. Fuit, passim *inquam* & *inquit* omnimodum, Græcè *ἐκλύω*. *explarantur*, quæ Græci *Dialogistæ* *diam*, vel *interpretabor*. Glossæ: suppienda lectori passim permittunt, ut apud Platonem passim. & xvi. in fine, ubi *exsolutionem* CLER.

funt? Audi, inquit, Petra hæc, & porta, Filius Dei est. Quonam pacto, inquam, Domine, petra vetus est, porta autem nova? Audi, inquit, insipiens, & intellige. Filius quidem Dei <sup>2</sup> omni creaturâ antiquior est, ita ut in consilio Patri suo adfuerit <sup>3</sup> ad condendam creaturam. Porta autem propterea nova est, quia in consummatione in novissimis diebus <sup>4</sup> apparebit, ut qui affecuturi sunt salutem, per eam intrent in regnum Dei. Vidisti, inquit, lapides illos, qui per portam translati sunt, in structuram turris <sup>5</sup> collocatos; eos verò, qui non erant translati per portam, abjectos in <sup>6</sup> locum suum? Et dixi: Vidi, Domine. Sic, inquit, nemo intrabit in regnum Dei, nisi qui acceperit nomen Filii Dei. Si enim in civitatem aliquam volueris intrare, & civitas illa cinctâ sit muro, & unam habuerit tantummodo portam; numquid poteris <sup>7</sup> aliâ intrare civitatem illam, nisi per portam quam habet? Et <sup>8</sup> quonam modo, inquam, Domine, aliter fieri potest? Sicut ergo, <sup>9</sup> inquit, in illam urbem non potest intrari, quàm per portam ejus: ita nec in <sup>1</sup> regnum Dei potest <sup>2</sup> aliter intrari, nisi per nomen Filii ejus, qui est ei carissimus. Et dixit mihi: Vidisti turbam eorum qui ædificabant turrim illam? Vidi, inquam, Domine. Et dixit: Illi omnes nuncii sunt <sup>3</sup> dignitate venerandi. His igitur veluti muro cinctus est Dominus. Porta verò Filius Dei est, qui solus est accessus ad Deum. Aliter <sup>4</sup> ergo nemo intrabit ad Deum, nisi per Filium ejus. Vidisti, inquit, illos sex

VAR. LECT. <sup>2</sup> C. & L. *Deest.* <sup>3</sup> B. constituendi. L. omni constituendo eam creaturam. <sup>4</sup> ANG. & C. apparuit. <sup>5</sup> L. collatos. <sup>6</sup> loco suo. <sup>7</sup> aliunde. <sup>8</sup> quemadmodum, Domine. <sup>9</sup> in eadem urbe non potes aliter intrare. <sup>1</sup> regno. <sup>2</sup> aliquis intrare. <sup>3</sup> ANG. dignitosi. <sup>4</sup> L. *Deest.*

*Petra &c.*] Sic in sacris literis Dominus *Petra* & *Fanua* dicitur. OXON.

viros, & in <sup>5</sup> medio eorum <sup>6</sup> præcelsum virum illum ac magnum, qui circa turrim ambulavit, & lapides de structura <sup>7</sup> reprobavit? Vidi, inquam, Domine. Ille, inquit, <sup>8</sup> præcelsus, Filius Dei est; & illi sex; nuncii sunt <sup>9</sup> dignitate conspicui, dextrâ, lævaque eum <sup>1</sup> circumstantes. Ex his, inquit, <sup>2</sup> excellentibus nunciis, nemo sine eo intrabit ad Deum. Et dixit: Quicumque ergo nomen ejus non acceperit, non intrabit in regnum Dei.

XIII. Et dixi: Quid est deinde hæc turris? Hæc, inquit, Ecclesia est. Et virgines hæ, quæ sunt, Domine? Et dixit mihi: Hæ, inquit, Spiritus sancti sunt: non aliter <sup>1</sup> enim homo potest in regnum Dei intrare, nisi <sup>2</sup> hæ induerint eum veste suâ. Etenim nihil proderit tibi, accipere nomen Filii Dei, nisi etiam & vestem earum acceperis ab eis. Hæ namque virgines, potestates sunt Filii Dei. <sup>3</sup> Ita frustra nomen ejus portabit quis, nisi etiam potestates ejus <sup>4</sup> portaverit. Et dixit mihi: Vidisti lapides illos qui abjecti sunt? Illi enim nomen quidem <sup>5</sup> portârunt; vestem autem illarum non induerunt. Et dixi: Quæ est vestis earum, Domine? <sup>6</sup> Ipsa, inquit, nomina, vestis earum est. Quicumque ergo, inquit, nomen <sup>7</sup> Filii Dei portat, harum quoque

<sup>5</sup> meoram. <sup>6</sup> ANG. honestum virum atque magnum: VAR.LECT.  
<sup>7</sup> L. portavit. <sup>8</sup> ANG. honestus. <sup>9</sup> dignitosi. <sup>1</sup> continentes. <sup>2</sup> dignitosi. <sup>1</sup> L. autem. <sup>2</sup> has induerit cum.  
<sup>3</sup> Itaque sine causa quis portabit nomen, nisi etiam & potestates ejus induerit. <sup>4</sup> ANG. induerint. <sup>5</sup> tulerunt.  
<sup>6</sup> L. ipsum, inquit, nomen. <sup>7</sup> *Decsi.*

*Hæ, inquit, Spiritus sancti sunt.] nomine Filii Dei ab electis ge-  
 Spiritus sanctus, respectu multi- stato, vide Apoc. ii. 17. iii. 12.  
 plicium donorum suorum, per xiv. 1. & de veste nuptiali Matt.  
 plures virgines representatur; xxii. 11. Porro Apostolus Paulus  
 tamen unus statim dicitur. OXON. jubet Christum induere Rom. xiii.*

*Nomen quidem portârunt.] De 14. OXON.*

Vide Orig.  
Philocal.  
C. viii.

nomina portare debet: <sup>8</sup> nam & Filius <sup>9</sup> nomina portat <sup>1</sup> earum. Quoscumque, inquit, lapides vidisti in structura remansisse, per manus harum traditos, earum potestate vestiti sunt. Ideoque totam turrim <sup>2</sup> concordem vides cum petra, & velut ex uno lapide factam. Sic quoque ii qui crediderunt <sup>3</sup> Deo per Filium ejus, induti <sup>4</sup> sunt spiritum hunc. Ecce unus erit spiritus, & unum corpus, & unus <sup>5</sup> color vestium <sup>6</sup> eorum; sed & illi assequantur ista, qui <sup>7</sup> portaverint nomina virginum harum. Et dixi: Quare ergo, Domine, abjecti sunt lapides qui reprobati fuerunt, cum ipsi <sup>8</sup> per portam translati fuerint, & traditi per manus virginum harum, in structuram turris hujus? Quoniam, inquit, cura tibi est, omnia diligenter inquirere; audi de iis lapidibus, qui abjecti sunt. Hi omnes nomen Filii Dei acceperunt, sed & potestatem virginum harum. His ergo spiritibus acceptis, consummati fuerunt, & in numerum fervorum Dei redacti, & unum corpus eorum esse cœpit, atque una vestis; <sup>9</sup> eandem enim sentiebant æquitatem, quam pariter exercebant. At verò postquam viderunt mulieres illas, quas <sup>1</sup> advertisti nigrâ veste vestitas, exertis humeris & <sup>2</sup> solutis crinibus; <sup>3</sup> concupiverunt sollicitare illas, ob pulcritudinem earum; & induti sunt potestate earum, virginum verò projecerunt <sup>4</sup> amictum. Hi igitur abjecti sunt à domo Dei, & traditi mulieribus illis. At hi qui non sunt corrupti pulcritudine

VAR.LECT. <sup>8</sup> Filius enim Dei ipsa nomina. <sup>9</sup> *Alii*, Dei. <sup>1</sup> L. *Deest*. <sup>2</sup> *Deest*. B. consimilem. *Alii*, concolorem. <sup>3</sup> L. Dominum. <sup>4</sup> hoc spiritu. <sup>5</sup> odor. <sup>6</sup> earum. <sup>7</sup> ANG. tulerint. <sup>8</sup> L. *Desunt*. <sup>9</sup> ad. <sup>1</sup> animadvertisti. <sup>2</sup> dissolutis. <sup>3</sup> ANG. concupierunt enim eas, sollicitati pulcritudine. <sup>4</sup> amicitiam,

[*Sentiebant æquitatem.*] A Græco ἐφρόνου. Sed vera Hermæ lectio videtur fuisse ἐφρόνου. WAK.



earum, in domo Dei remanserunt. Habes, inquit, horum lapidum, qui abjecti sunt, <sup>5</sup> explanationem.

XIV. Et dixi: Si qui ergo, Domine, hominum qui hujusmodi sunt, egerint pœnitentiam, & abjecerint cupiditatem mulierum illarum, & conversi redierint ad virgines, & earum potestatem induerint; nonne intrabunt in domum Dei? Intrabunt, inquit, si abjecerint omnia opera mulierum illarum, & harum virginum resumpserint potestatem, & in operibus earum ambulaverint. Et ideo intermissio facta est struendi, ut si hi <sup>1</sup> egerint pœnitentiam, adjiciantur in structuram turris: si autem non egerint pœnitentiam, alii struantur loco eorum; & illi tunc abjiciantur in <sup>2</sup> toto. Ad hæc <sup>3</sup> omnia gratias <sup>4</sup> egi Domino, quòd in omnes, in quibus invocatum est nomen ejus, motus clementiâ, miserit præsidem nuncium pœnitentiæ ad nos, qui deliquimus ei; & quòd renovaverit spiritus nostros jam <sup>5</sup> certè deficientes, neque habentes spem salutis; nunc vero <sup>6</sup> recreat ad redintegrationem vitæ. Et dixi: Nunc, Domine, demonstra mihi, quare non in terra ædificatur hæc turris, sed supra petram, & portam? Quoniam, inquit, insipiens & sine intellectu es; ideo interrogas. Et dixi: Necessè habeo, Domine, omnia te interrogare; quoniam nihil omnino intelligo: <sup>7</sup> responsa enim omnia magna & præclara sunt, & quæ homines vix intelligere possunt. Audi, inquit: nomen Filii Dei magnum & immensum est, & totus ab eo sustentatur orbis. <sup>8</sup> Si ergo, <sup>9</sup> inquam, omnis Dei creatura per Filium ejus sustentatur; cur non & eos sustinet, qui invitati sunt ab eo,

<sup>5</sup> exsolutionem. <sup>1</sup> *Desunt* egerint ---- autem. <sup>2</sup> to- VAR.LECT.  
tum. <sup>3</sup> singula. <sup>4</sup> *Dcest.* <sup>5</sup> enim defectus. <sup>6</sup> ANG.  
recreatos, <sup>7</sup> L. responsis. Omnia enim. <sup>8</sup> Sic. <sup>9</sup> *Dcest.*

& nomen ejus ferunt, & in præceptis ejus ambulat? <sup>1</sup> Nonne etiam vides, inquit, quòd sustinet eos, qui ex totis præcordiis portant nomen ejus? Ipse igitur fundamentum est eorum; & libenter portat eos <sup>2</sup> qui non negant nomen ejus, sed libenter sustinent <sup>3</sup> illum.

XV. Et dixi: Demonstra mihi, Domine, nomina virginum harum, & mulierum illarum, quæ nigrâ veste sunt <sup>1</sup> indutæ. Audi, inquit, nomina virginum quæ potentiores sunt, quæ obtinuerunt angulos portæ. Hæc sunt <sup>2</sup>: Prima vocatur Fides; secunda Abstinencia; tertia Potestas; quarta Patientia: cæteræ autem quæ <sup>3</sup> infra has consistunt, his nominibus vocantur; Simplicitas, Innocentia, Castitas, Hilaritas, Veritas, Intelligentia, Concordia, Caritas. Quicumque itaque portant hæc nomina, & nomen Filii Dei; in regnum Dei poterunt intrare. Audi nunc mulierum nomina, quæ nigrâ veste vestitæ sunt. Ex his quatuor potentiores sunt: quarum prima Perfidia; secunda Intemperantia; tertia Incredulitas; quarta <sup>4</sup> Voluptas nominatur. Sequentes verò harum sic nominantur: Tristitia, Malitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Inflatio, Odium. Hos spiritus qui portat Dei fervus, <sup>5</sup> regnum Dei videbit quidem, sed non intrabit in illud. Lapidem verò illi, Domine, qui de profundo in <sup>6</sup> structura aptati sunt, qui sunt? Decem, inquit, qui in fundamentis collocati sunt, primum sæculum est: sequentes viginti quinque, secundum sæculum est justorum virorum. Illi autem triginta <sup>7</sup>, <sup>8</sup> Prophetæ Domini,

Origenes  
hom. xiii.  
in Ezech.

VAR.LECT. <sup>1</sup> Atque etiam vides eos, quos sustinet. <sup>2</sup> quoniam. <sup>3</sup> illud. <sup>1</sup> ANG. vestitæ. <sup>2</sup> C. & L. nomina earum. <sup>3</sup> L. inter has constiterunt. <sup>4</sup> ANG. dulcedo. <sup>5</sup> L. videbit quidem, & regnum Dei videbit, sed. <sup>6</sup> structuram apti. <sup>7</sup> C. quinque. <sup>8</sup> L. prophetarum.

ac ministri sunt. Quadraginta verò, Apostoli & doctores sunt prædicationis Filii Dei. Et dixi: Cur ergo, Domine, virgines illæ etiam hos lapides in structuram turris porrexerunt, transfatos per portam? Et dixit: Hi enim primi spiritus illos portaverunt, & omnino alius ab alio <sup>1</sup> non recesserunt, nec spiritus ab hominibus, nec homines à spiritibus; sed juncti fuerunt hi spiritus eis <sup>2</sup> usque ad diem quietis; qui nisi hos spiritus secum habuissent, non fuissent utiles structuræ turris hujus.

XVI. Et dixi: Etiam nunc, Domine, demonstra mihi. Quid quæris, inquit. Quare, inquam, de profundo hi lapides ascenderunt, & positi sunt in structuram turris hujus; cum jam pridem portaverint spiritus justos? Necessè est,

<sup>9</sup> Deest. <sup>1</sup> Deest. <sup>2</sup> hominibus.

VAR.LECT.

*Necessè est &c.*] Quandoquidem lavatio corporibus competit, non animis, noster necessariò intelligit baptismum metaphoricum & mysticum, bona videlicet quæ in baptisate à Deo conceduntur. Quod ergo dicit, istud est: Patriarchæ, Prophetæ, descenderunt in aquam, ut hunc cæterique homines justis, ante Christi adventum denati, cum virtutibus abundassent, ad ingrediendum in regnum Dei, indigebant solummodo sigillo Filii Dei, seu baptismate, (quod ita sibi verò, quia baptismi antea passim apud Patres appellatur) hoc est, indulgentiâ baptismali.

De baptismo Apostolorum celebris est locus, ad finem codicis regii 537, qui complectitur Catenam in quatuor Evangelia:

Ἐρώτησις.

Ἐπειδὴ ἰσαπίσθησαν οἱ ἀπόστολοι ἐν τῷ ἁγίῳ ὕδατι, ὡς ἡμεῖς, κατὰ τὸ λεχθὲν Πέτρῳ ὑπὸ τοῦ Κυρίου· Ὁ ἁλούμενος οὐ χρεῖαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι;

Interrogatio.

An Apostoli in aqua sancta fuerunt baptizati, quemadmodum nos; juxta illud quod Dominus Joh. xiii. dixit Petro: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet?

inquit, ut per aquam habeant ascendere, ut requiescant. Non poterant enim in regnum Dei

Ἀποκρίσις.

Responsio.

Οὐχί· ἀλλὰ τὸν λόγον ἐκάλεσε *Nequaquam. Sed Dominus verbo doctrina dedit lavacri nomen.*  
*Quocirca & dixit: Jam vos mundi estis, propter sermone[m] quem locutus sum vobis; sed non omnes. Post resurrectionem verò ait illis: Vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies.*

Job. xv. 3. Ἦδη ὑμεῖς καθαροὶ ἐστε, διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν λέγει αὐτοῖς· Ἑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας.

Act. i. 5.

Item Locus in Cod. 2216. fol. 124.

Ἐρευνήσαντες φιλοπονώτερον, *Cum diligenter quasivissemus, quomodo & à quo baptismum acceperint Apostoli, invenimus in libris sancti Sophronii, cum alia quidem multa memorabilia, tum verò etiam hac, de quibus videri licet investigabamus. Quòd solum sanctum Petrum Dominus Deusque noster Jesus Christus suis manibus baptizaverit; Petrus autem Andream; Andreas Jacobum & Johannem; Johannes verò & Jacobus reliquos omnes Apostolos. Addit hoc quoque; immaculatam Dominam nostram Deiparam, matremque vitam nostram, à Petro, nec non & Theologo Johanne, fuisse baptizatam.*

Ἐρευνήσαντες φιλοπονώτερον, πῶς καὶ παρὰ τίνος ἐβαπτίσθησαν οἱ ἀπόστολοι, εὗρομεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ ἁγίου Σωφρονίου, καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ μνήμης ἄξια, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ταῦτα, περὶ ὧν διηροῦντο καὶ ἐζητοῦμεν. Ὅτι μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οἰκείαις χερσὶν ἐβάπτισε, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην Ἰωάννης δὲ καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς πάντας ἀποστόλους. Φησὶ δὲ καὶ τοῦτο· ὅτι τὴν πανάχραντον δέσποιναν ἡμῶν θεοτόκου, καὶ μητέρα τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὁ Πέτρος, σὺν τῷ θεολόγῳ Ἰωάννῃ, ἐβάπτισεν.

Quòd autem attinet ad prædicationem inferis illatam, vulgatissima quondam fuit ea opinio. Nam ut silentio obvolvam Marcionis infandum dogma, asserens, in Christi descensu ad Inferos, ac inibi prædicatione, Cainum, Sodomitas, Gentiles, omneque similes illis improbos, salutem consecutos fuisse; Abelem autem, reliquosque Patriarchas, Prophetas, & pios homines, salutis participes non extitisse. Ut quoque tacitus prætermittam errorem quorundam, de omnium omnino liberatione tunc facta, qui nun-

cupantur Ἀδνερδίται, propter lucrum salutis in Inferno. Ut denique verbum non faciam de falsa opinione Clementis Alex. Strom. ii. & vi. quam ex Hermæ verbis frustra nititur approbare; Quòd, quando prædicatum fuit Inferorum habitatoribus, Gentilium ii, qui ex philosophia justè vixerant, per fidem ac pœnitentiam salutem adepti fuerint; unde originem sumpsit fabula servati Platonis, quia Christo inferna loca invifente, nemo ante illum philosophum ad fidem accesserit. Præter hæc, inquam,

aliter intrare, quàm ut deponerent mortalitatem prioris vitæ. Illi igitur defuncti, sigillo <sup>1</sup> Filii Dei signati sunt, & intraverunt in regnum <sup>2</sup> Dei. Antequam enim accipiat homo nomen Filii Dei, morti destinatus est: at ubi <sup>3</sup> accipit illud sigillum, liberatur à morte, & traditur vitæ. Illud autem sigillum aqua est, in quam descendunt homines morti obligati; ascendunt

<sup>1</sup> L: fidei Filii. <sup>2</sup> *Deest.* <sup>3</sup> ceperit hoc sigillum, li- VAR.LECT: beratus à morte traditur.

prædicatio Johannis Baptistæ, illic quoque præcursorem agentis, auctoritate nititur Origenis, Hippolyti, Gregorii Naz. Hieronymi, Epiphaniij cujusdam, Anastasii, & Nicephori. Per Christum autem Evangelium prædicatum fuisse Inferis, à quo non dictum? A quo ex 1 Pet. iii. 19, 20. iv. 6. non collectum? Quinetiam ad omnes solosque eos ex mortuis pertinuisse prædicationem & salutem, qui, dum viverent, crediderant in Christum venturum, virtutisque operam navarent, doctrina quoque est multorum. Verùm aliter non pauci: Faustum, nempe, adventus Dominici nuncium cunctis fuisse apportatum, quò crederent, sicque ab Inferno ad cælum transferrentur, quicumque vellent. At Origenes ad Christum conversos putat, aut qui voluerunt, aut quos aptiores ille judicavit. Augustinus verò affirmat, solutos per Christum ac liberatos fuisse à doloribus & tormentis Inferni nonnullos, quos nempe voluit, dignosque censuit eo beneficio.

Denique defunctos Apostolos hominibus æthere cassis Christianam religionem suavisse, cum Herma, & ex Herma docet Clemens Alex. Strom. ii. & vi. sen-

tiens, Hebræis quidem Christum, Gentilibus verò Apostolos, annunciassè Evangelium. Pejussque magistro discipulus conjectat; quasi Paulus post exitum suum futurus esset non solum Gentium Apostolus, sed & Israelitarum, & aliorum fortassis invisibilium. Hæc de inferna prædicatione. Quamquam non desunt, qui in totum negent.

Præterieram pæne, quam minimè præteritam velim, admirabilem planè rationem baptismatis vitæ functis collati, ex mente Theodori Abucaræ in xvii Opusculo. Is ad quæstionem, Quo modo, cum Christus dixerit, neminem posse introire in regnum cælorum, nisi natum ex aqua & Spiritu, justitamen ante adventum Dominicum mortui, nec baptizati, in illud ingrediantur? respondet, Et Christum pro illis tinctum fuisse, & ipsos corporale baptismum accepisse: quoniam quæ ex latere divino profluxit aqua, dum in elementa resolvitur, Sanctos Salvatori ad Inferos adveniienti credentes, ac in elementa quoque resolutos, baptizavit; incredulis autem, utpote viriditatis, vitæque nihil retinentibus, nequaquam promissit. Cor:

verò vitæ assignati: & illis igitur prædicatum est illud sigillum, & usi sunt eo, ut intrarent in regnum Dei. Et dixi: Quare ergo, Domine, & illi quadraginta lapides ascenderunt cum illis de profundo, jam habentes illud sigillum? Et dixit: Quoniam hi Apostoli & Doctores, qui prædicaverunt nomen Filii Dei, cum, habentes fidem ejus & potestatem, defuncti essent, prædicaverunt illis qui antè obierunt; & ipsi dederunt eis illud <sup>†</sup> signum. Descenderunt igitur in aquam cum illis, & iterum ascenderunt. Sed hi vivi ascenderunt: at illi, qui fuerunt antè defuncti, mortui quidem descenderunt; sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, & cognoverunt Filium Dei: ideoque ascenderunt cum eis, & convenerunt in structuram turris: nec circumcisi, sed integri ædificati sunt; quoniam æquitate pleni <sup>‡</sup> cum summa castitate defuncti sunt; sed tantummodo hoc sigillum defuerat eis.

\* F. descenderunt, & iterum vivi ascenderunt.

*Clemens Alex. Strom. II. post initium.*

Καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐ- *Et ipsi dederunt eis*  
τοῖς τὴν σφραγίδα τοῦ *signum prædicationis.*  
κηρύγματος. Κατέβησαν *Descenderunt igitur in*  
οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ *aquam cum illis, & ite-*  
ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβη- *rum ascenderunt. Sed*  
σαν. Ἄλλ' οὗτοι ζῶν- *hi vivi descenderunt, &*  
τες κατέβησαν, καὶ πάλ- *iterum vivi ascenderunt:*  
ιν ζῶντες ἀνέβησαν. *at illi, qui fuerunt antè*  
κεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοι- *defuncti, mortui descen-*  
μημένοι, νεκροὶ κατέβη- *derunt, sed vivi ascen-*  
σαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. *derunt. Per hos igitur*  
Διὰ τούτων οὖν ἐζωο- *derunt. Per hos igitur*

VAR. LECT. <sup>†</sup>B. & L. sigillum. <sup>‡</sup>L. in.

ποιήθησαν, καὶ ἐπέγνω- *vitam receperunt*, ἔ cog-  
σαν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ *noverunt nomen Filii*  
Θεοῦ· διὰ τοῦτο καὶ συν- *Dei: ideoque ascenderunt*  
ἀνέβησαν μετ' αὐτῶν, *cum eis*, ἔ *convenerunt*  
καὶ συνήρμωσαν εἰς τὴν *in structuram turris; nec*  
οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, *circumcisi, coedificati*  
καὶ ἀλατόμητοι συνα- *sunt: in equitate de-*  
κοδομήθησαν· ἐν δικαιο- *functi sunt*, ἔ *cum sum-*  
σύνη ἐκκοιμήθησαν, καὶ *ma castitate: sed tan-*  
ἐν μεγάλη ἀγνείᾳ· μό- *tummodo hoc sigillum de-*  
νον δὲ τὴν σφραγίδα *fuerat eis.*  
ταύτην οὐκ ἔσχον.

*Idem, Strom. vi. ante medium.*

Καὶ καλῶς εἴρηται *Et rectè dictum est*  
τῷ Ποιμένι· Κατέβησαν ἀ *Pastore: Descenderunt*  
οὖν \* αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ. *igitur in aquam cum il-*  
\* Ἄλλ' οὗτοι μὲν, ζῶντες *lis. Sed hi quidem, vivi*  
κατέβησαν, καὶ ζῶντες *descenderunt*, ἔ *vivi*  
ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ, οἱ *ascenderunt: at illi,*  
προκεκοιμημένοι, νεκροὶ *qui fuerunt antè defuncti,*  
κατέβησαν, ζῶντες δὲ *mortui descenderunt, sed*  
ἀνέβησαν. *vivi ascenderunt.*

Habes horum<sup>6</sup> explanationem.

XVII. Et dixi: Nunc iterum, Domine, & de montibus illis mihi demonstra; quare varii, & aliâ, atque aliâ sunt figurâ? Audi, inquit: Hi duodecim montes quos vides, duodecim sunt gentes quæ totum obtinent orbem. Prædicatus est ergo in eis Filius Dei, per eos quos ipse ad illos misit. Quare autem, inquam, varii sunt, & aliâ, atque aliâ figurâ? Audi: Hæ duo-

<sup>6</sup> exsolutionem. \* *Deest, ut alibi.*

*Duodecim sunt gentes.]* Vide annotationes ad pag. 145.

decim gentes quæ totum obtinent orbem, duodecim nationes sunt: & sicut eos montes vidisti varios; ita & hæ gentes. Sensus quoque & actus uniuscujusque montis te docebo. Prius, inquam, Domine, hoc mihi demonstra: Cum sint <sup>2</sup> tam varii hi montes; quonam pacto in structuram hujus turris convenerint, unoque redigantur colore, & non minùs splendidi sint, quàm qui ascenderunt ex profundo? Quoniam, inquit, universæ nationes quæ sub cælo sunt, audierunt & crediderunt, & <sup>4</sup> uno nomine, Filii Dei, <sup>5</sup> vocati sunt. Accepto igitur ejus sigillo, eandem omnes prudentiam, eundemque sensum acceperunt; & una fides atque caritas eorum fuit, & spiritus virginum harum cum ejus nomine ferebant. Ideoque structura turris hujus concolor videbatur, & fulgebat usque ad solis claritatem. At verò postquam <sup>3</sup> ita <sup>4</sup> consenserunt; unum corpus eorum cœpit esse omnium. Quidam tamen ex eis macularunt se, & projecti sunt de genere justorum, & iterum redierunt ad statum pristinum, atque etiam deteriores <sup>5</sup> quàm prius evaserunt.

XVIII. Quo modo, inquam, <sup>1</sup> Domine, deteriores, qui cognoverunt Dominum? Et dixit: Is quidem qui non novit Dominum; si nequiter vivit, manet in <sup>2</sup> eo nequitie suæ pœna. At qui novit Dominum, omnino abstinere se debet ab omni nequitia, & magis magisque servire bonitati. Nonne ergo ille qui bonitatem sequi debebat, si nequitie præferat partes, plus peccare videtur, quàm is qui deliquit, ignorans Dei virtutem? Ideoque, hi quidem morti destinati sunt: at verò hi qui cognoverunt Dominum, atque

VAR. LECT. <sup>2</sup> tamquam aqua varii. <sup>3</sup> L. intra se. ANG. inter se. <sup>4</sup> consenserunt. <sup>5</sup> L. potius. B. *Desunt.* <sup>1</sup> *Deest.*  
<sup>2</sup> cum.

<sup>4</sup> in.  
<sup>5</sup> à quo  
 vocati.



ejus mirabilia opera viderunt, si nequiter vivunt,  
<sup>3</sup> duplo amplius punientur, & ipsi morientur in  
<sup>4</sup> ævum. Sicut ergo vidisti, postquam ejecti  
 sunt lapides de turri, qui reprobati erant, tra-  
 diti sunt Spiritibus perniciosis atque sævis; &  
 ita purificatam turrim<sup>5</sup> vidisti, ut crederetur ex  
 uno lapide esse tota: ita & Ecclesia Dei, cum  
 purificata fuerit, ejectis ex ea malis atque fictis,  
 scelestis & dubiis, & quicumque nequiter in ea  
 se gesserunt, <sup>6</sup> ac variis nequitiae peccatorum ge-  
 neribus; <sup>7</sup> erit unum corpus ejus, unus intellec-  
 tus, unus sensus, una fides, eademque caritas:  
 & tunc Filius Dei <sup>8</sup> lætabitur inter illos, & re-  
 cipiet <sup>9</sup> voluntatē purā <sup>1</sup> populum suum. Et  
 dixi: Domine, magnificè & <sup>2</sup> honorificè se ha-  
 bent cuncta. Nunc mihi demonstra effectum &  
 vim uniuscujusque montis; ut omnis anima in  
 Domino fidens, auditis his, honoret magnum,  
 ac mirabile, <sup>3</sup> & sanctum nomen ejus. Audi, in-  
 quit, <sup>4</sup> veritatem horum montium, id est, duo-  
 decim gentium.

XIX. De primo monte nigro; qui credide-  
 runt, transfugæ sunt, ac nefanda in Dominum  
 loquentes, & <sup>1</sup> proditores servorum Dei. Il-  
 lis proposita mors est; pœnitentia non est:  
 ideoque nigri sunt; quia genus eorum scelestum  
 est. De secundo verò monte <sup>2</sup> glabroso; ficti  
 sunt, qui crediderunt; & doctores sunt nequi-  
 tiae; & hi proximi sunt superioribus, non ha-  
 bentes inter se fructum æquitatis. Sicut enim  
<sup>3</sup> mons eorum sterilis <sup>4</sup> est, ac sine fructu; ita  
 & hujusmodi homines habent quidem nomen,

<sup>3</sup> duplicius. <sup>4</sup> ævo. <sup>5</sup> *Deest.* <sup>6</sup> *Deest.* <sup>7</sup> & erit cor- VAR. LECTI:  
 pus ejus unus. <sup>8</sup> laudabitur. <sup>9</sup> B. & L. voluntatem  
 puram. <sup>1</sup> B. recepto populo suo. L. *Deest* recepto.  
<sup>2</sup> honestè. <sup>3</sup> *Defunt.* <sup>4</sup> C. & L. varietatem. <sup>1</sup> L. tra-  
 ditores. <sup>2</sup> scabroso. <sup>3</sup> *Deest.* <sup>4</sup> *Deest.*

fide verò inanes sunt, neque est in eis ullus fructus veritatis. His tamen data est pœnitentia, si citò eam sequuntur: sin autem tardant, erunt & ipsi mortis priorum consortes. Quare, inquam, Domine, iis quidem aditus est ad pœnitentiam, prioribus verò non est? pœne enim eorum eadem sunt admissa. Ideo, inquit, est his <sup>5</sup> per pœnitentiam regressus ad vitam, <sup>6</sup> qui nihil in Dominum suum locuti sunt nefandum; neque proditores fervorum Dei fuerunt; sed per quamdam <sup>7</sup> habendi cupiditatem fefellerunt homines, ducentes eos secundùm <sup>8</sup> cupiditates peccantium: ideo dabunt quamdam ejus rei pœnam; sed <sup>9</sup> tamen iis proposita est pœnitentia, <sup>1</sup> qui nihil in Dominum suum dixerunt nefandum.

XX. De tertio vero monte, qui spinas & tribulos habebat; tales sunt qui crediderunt, divites quidam, <sup>1</sup> quidam autem plurimis obstricti negotiis: tribuli enim divitiæ sunt; spinæ verò, qui multis obligati sunt negotiis. <sup>2</sup> Hi ergo qui plurimis obligati sunt negotiis, variisque rebus, non adjungunt se servis Dei; sed aberrant, ab his negotiis <sup>3</sup> revocati, à quibus suffocantur. Etiam & hi qui divites sunt, ipsi difficiles se ad <sup>4</sup> conversationem fervorum Dei præbent, metuentes ne quid poscatur ab illis: hi ergo difficilè in regnum Dei intrabunt. Sicut enim excalceatis pedibus, difficilè in tribulis ambulatur: sic & hujusmodi homines difficile est in regnum Dei intrare. Sed & eis omnibus datur ad pœnitentiam regressus, si tamen citò redierint ad illam; ut, quia prioribus diebus cessaverunt ab opere, repetito tempore aliquid

VAR. LECT. <sup>5</sup> pœnitentiæ. <sup>6</sup> C. quia. <sup>7</sup> ANG. accipiendi. <sup>8</sup> ANG. desideria. <sup>9</sup> L. tormenti. <sup>1</sup> C. quia. <sup>1</sup> L. qui plurimis obstricti sunt negotiis. <sup>2</sup> ANG. Ii verò. <sup>3</sup> vocati. <sup>4</sup> conversationem.

boni facere possint. Actâ igitur pœnitentiâ, si fecerint opera bonitatis, vivent: sin autem in admittis suis permanferint, tradentur mulieribus illis, quæ eis auferent vitam.

XXI. De quarto verò monte habente <sup>1</sup> plurimam herbam, <sup>2</sup> cujus superior pars viridis erat, ipsæ verò radices aridæ; quædam etiam à solis <sup>3</sup> ardore tactæ arefcebant; hujusmodi sunt quidam dubii qui crediderunt, & quidam alii, in labiis Dominum, non in corde, ferentes. Ideoque aridæ sunt, & <sup>4</sup> nullum fundamentum habentes herbæ eorum: verbis enim tantummodo vivunt; opera verò eorum mortua sunt. Hi ergo nec mortui sunt, nec vivi, & dubii similiter sunt. Ipsi enim dubii, nec virides sunt, neque aridi; id est, nec vivi, nec mortui. Sicut enim herbæ eorum, sole viso, aruerunt: ita & dubii, <sup>5</sup> simul ut audierunt persecutionem, incommoda metuentes, redierunt ad simulacra, & rursus servierunt eis, & erubuerunt Domini sui ferre nomen. Hujusmodi ergo homines, nec vivi, nec mortui sunt; sed & hi possunt vivere, si citò egerint pœnitentiam: sin minùs, jam traditi sunt mulieribus illis, quæ auferent vitam eorum.

XXII. De quinto verò monte aspero, & virides herbas habente; hujusmodi sunt qui crediderunt, fideles quidem, sed difficilè credentes, & audaces, ac sibi placentes; volentes <sup>1</sup> videri cuncta scire, nihilque omnino scientes. Propter hanc igitur audaciam, sensus discessit ab illis; & intravit in eos <sup>2</sup> temeraria <sup>3</sup> arrogantia. Sublimes autem se gerunt, & veluti prudentes; & cum sint stulti, cupiunt doctores videri. Prop-

<sup>1</sup> *Alii.* plurimas herbas, quarum. <sup>2</sup> *L.* quarum. <sup>3</sup> *ANG.* VAR.LECT. calore. <sup>4</sup> nulla fundamenta. <sup>5</sup> simul audientes persecutionem & incommoda. <sup>1</sup> *Deest.* <sup>2</sup> *ANG.* fatua. <sup>3</sup> *B.* & *L.* præsumptio.

ter hanc stultitiam, dum se magnificant, multi eorum exinaniti sunt. Magnum enim dæmonium est audacia & confidentia inanis. Ex his igitur multi abjecti sunt. Alii autem, <sup>4</sup>agnito errore suo, pœnitentiam egerunt, & subdiderunt se habentibus sensum. Sed & cæteris horum similibus proposita est pœnitentia: neque enim mali fuerunt, sed insipientes potiùs & stulti. Hi ergo, si egerint pœnitentiam, vivent Deo; sin minus, habitabunt cum mulieribus illis, quæ nequitias suas <sup>5</sup>exercebunt in eis.

XXIII. De sexto verò monte habente scissuras majores & minores; hujusmodi sunt qui crediderunt. Et hi in quibus scissuræ minores erant, hi sunt qui inter se habent lites, & propter querelas suas in fide languent: sed multi ex iis egerunt pœnitentiam; <sup>1</sup>idemque cæteri facient, auditis mandatis meis; exiguæ enim sunt lites eorum, ac facilè ad pœnitentiam <sup>2</sup>recurrent. At hi qui majores habent, sicut lapides pertinaces erunt, <sup>3</sup>simultatam & offensarum sunt memores, iracundiam inter se exercentes. Hi ergo abjecti sunt à turri, & à structura ejus reprobati: hujusmodi ergo homines difficilè vivent. Deus & Dominus noster, qui dominatur omnium rerum, & creaturæ suæ universæ <sup>4</sup>habet potestatem, offensas meminisse non vult; sed ab his, qui peccata sua confitentur, facilè placatur. Homo verò, cum sit languidus, mortalis, infirmus, & repletus peccatis, homini perseveranter irascitur, tamquam conservare eum possit, aut perdere. Ego autem vos moneo, nuncius & præpositus pœnitentiæ, ut quicumque propositum <sup>5</sup>tale habetis, deponatis illud, & ad pœni-

VAR. LECT. <sup>4</sup> ANG. cognito. <sup>5</sup> exercent. <sup>1</sup> L. ideoque cætera faciunt. <sup>2</sup> recurrunt. <sup>3</sup> *Deest.* Alii, in simulatibus. <sup>4</sup> L. habens. <sup>5</sup> hujusmodi.

tentiam recurratis: & Dominus <sup>6</sup> medebitur prioribus delictis vestris, si ab hoc dæmonio vos purificaveritis; sin minùs, ad mortem trademini illi.

XXIV. De monte verò septimo, in quo virides & hilares erant herbæ, & totus mons fertilis erat, omneque genus pecudum carpebant pabulum ex herbis montis ejusdem; & <sup>1</sup> quanto magis herbæ illæ carpebantur, tanto lætiores <sup>2</sup> revirebant; hujusmodi sunt qui crediderunt, simplices & boni semper, & nullas habentes inter se dissensiones; sed lætantes semper de servis Dei, induti spiritum virginum harum; & semper <sup>3</sup> in omnes homines ad faciendam misericordiam prompti, & de laboribus suis cunctis hominibus facilè tribuentes, sine improperio & deliberatione. Visâ igitur Dominus simplicitate & omni infantiâ eorum, auxit eos in laboribus manuum suarum, & dedit eis in omni <sup>4</sup> opere gratiam. Ego autem hortor vos, præpositus pœnitentiæ nuncius, in eodem proposito permanere, quicumque estis hujusmodi, ne eradicetur semen vestrum in ævum. Dominus enim vos probavit, & conscripsit in nostrum numerum; & omne <sup>5</sup> semen vestrum cum Filio Dei <sup>6</sup> ditavit; de Spiritu <sup>7</sup> enim ejus estis omnes.

XXV. De octavo verò monte, in quo plurimi erant fontes, <sup>1</sup> in quibus adaquabatur omne genus creaturæ Dei; tales sunt qui crediderunt Apostolis, quos misit Dominus in totum orbem prædicare; & quidam doctores, <sup>2</sup> qui castè & sincerè prædicaverunt ac docuerunt, nec quidquam omnino subscripserunt malæ cupiditati;

<sup>6</sup> ANG. remediabit priora delicta vestra. *Alii*, remedia VAR.LECT. providebit. <sup>1</sup> L. quantum. <sup>2</sup> ANG. recrefebant. <sup>3</sup> L. omnibus hominibus. <sup>4</sup> tempore. <sup>5</sup> genus. <sup>6</sup> *Deest*. B. habitabit. <sup>7</sup> L. *Deest*. <sup>1</sup> ex. <sup>2</sup> ANG. *Deest*.

sed assiduè in <sup>3</sup> æquitate & veritate ambulaverunt. Hi ergo inter Angelos conversationem habent.

XXVI. De nono autem monte deserto, ac <sup>1</sup> serpentes habente; hujusmodi sunt qui crediderunt; <sup>2</sup> sed & maculas habebant. Hi sunt ministri malè ministerium agentes, diripientes viduarum bona & pupillarum; sibi, <sup>3</sup> non aliis, ex his quæ acceperunt, ministrantes. Hi, si permanserint in eadem cupiditate, morti se tradiderunt, nec ulla erit in eis spes vitæ: quòd si conversi fuerint, & castè consummaverint ministerium suum, poterunt vivere. Qui verò scabrosi reperti sunt; <sup>4</sup> ii sunt, qui nomen Domini abnegaverunt, nec ad Dominum rursus redierunt, sed agrestes evaserunt atque deserti; non applicantes se ad Dei servos; sed separati ab eis, pro parva sollicitudine vitam suam amiserunt. Sicut enim vitis aliqua derelicta in sepe, cui nulla cultura contingit, disperit ac suffocatur ab herbis, & agrestis tempore efficitur; (desinit enim utilis esse domino suo:) sic & hujusmodi homines de seipsis <sup>5</sup> desperantes, exacerbati, Domino suo inutiles esse cœperunt. His ergo <sup>6</sup> demandatur pœnitentia; si non ex præcordiis <sup>7</sup> inventi fuerint negâsse: an vitam assequi possit, ignoro. Ideoque dico, ut in his diebus, <sup>8</sup> si quis negavit, ad pœnitentiam revertatur: nam fieri non potest, ut nunc Dominum suum quis <sup>9</sup> abnegans, postea assequi possit salutem; sed illis reputatur propofita pœnitentia, qui olim abnegaverunt. Accelerare enim, qui acturus est pœnitentiam, debet,

VAR.LECT. <sup>3</sup> L. *Desunt*. <sup>1</sup> B. serpentibus habitato. <sup>2</sup> ANG. qui.  
<sup>3</sup> L. alios ex ministerio quod acceperunt, ministrare cogentes: si. <sup>4</sup> *Desunt* ii ---- nec. <sup>5</sup> B. despondentes.  
<sup>6</sup> ANG. demum datur. <sup>7</sup> L. reperti fuerint denegâsse.  
 ANG. quòd si quis ex præcordiis inventus fuerit negâsse, an. <sup>8</sup> L. infatigatus aliquis ad. <sup>9</sup> ecclesia.

antequam peragatur ædificatio turris hujus: sin  
minùs, à mulieribus illis <sup>1</sup> trahetur ad mortem.  
<sup>2</sup> Qui verò curti, dolosi sunt; & alius in alium  
comminiscentes; hi sunt serpentes in eo monte  
mixti. Sicut enim mortiferum est hominibus  
serpentum venenum: ita & verba talium <sup>3</sup> infi-  
ciunt homines, atque perdunt. Curti sunt <sup>4</sup> igi-  
tur à fide sua, propter hoc genus vitæ suæ, in  
<sup>5</sup> quo <sup>6</sup> morantur. Aliqui verò eorum, acceptâ  
pœnitentiâ, affecti sunt salutem: sed & cæteri  
hujusmodi homines æquè assequuntur, si egerint  
pœnitentiam; sin minùs, morientur <sup>7</sup> cum mu-  
lieribus illis, quarum vim possident ac potesta-  
tem.

XXVII. De decimo verò monte, in quo ar-  
bores erant tegentes pecora; tales sunt qui cre-  
diderunt, quidam <sup>1</sup> Episcopi, id est, præsides  
<sup>2</sup> Ecclesiarum. Alii verò hi lapides; qui non  
ficto, sed <sup>3</sup> alacri animo, semper in domos suas  
servos Dei receperunt: & deinde qui præsides sunt  
<sup>4</sup> ministeriorum, qui & inopes & viduas pro-  
texerunt, & castam perpetuò conversationem  
habuerunt. Ergo hi homines à Domino prote-  
guntur. Hæc quicumque <sup>5</sup> egerint, honorati  
sunt apud Dominum; & inter nuncios locus  
eorum est, si perseveraverint usque in consum-  
mationem parere Domino.

XXVIII. De undecimo monte, in quo erant  
arbores, aliis atque aliis fructibus <sup>1</sup> oneratæ; hi  
sunt qui crediderunt, & propter nomen Domini  
mortem obierunt; & animo prompto passi sunt,  
& ex toto corde suo animas suas tradiderunt.  
Et dixi: Quare ergo, Domine, omnes hæ arbores

<sup>1</sup> tradetur. <sup>2</sup> Hi. <sup>3</sup> decipiunt. <sup>4</sup> enim. <sup>5</sup> B. qua VAR. LECT.  
morati sunt. <sup>6</sup> L. moriantur. <sup>7</sup> L. à , B. episcopis,  
i. e. præsulibus Ecclesiæ. <sup>2</sup> L. ecclesiis. <sup>3</sup> ANG. libenti.  
<sup>4</sup> ANG. ministerio, inopes & viduas porrexerunt. <sup>5</sup> L.  
gesserint. <sup>1</sup> ANG. plenæ.

habent quidem fructus ; sed <sup>2</sup> earum quædam pulciores? Audi, inquit: Quicumque propter nomen Domini passi sunt ; honorati apud Dominum habentur : & omnium eorum <sup>3</sup> deleta sunt delicta, quia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus earum dispares <sup>4</sup> sint, & <sup>5</sup> excellant quidam inter illos ; audi. Quicumque enim perducti ad potestates, interrogati non negaverunt <sup>6</sup> Dominum, sed prompto animo passi sunt ; honoratioribus sunt apud Deum : qui excellunt igitur fructus, eorum sunt. Qui verò timidi & dubii fuerunt, & deliberaverunt in corde suo, utrumne faterentur, an negarent, & <sup>7</sup> passi sunt ; horum fructus exiguius sunt, quoniam hæc cogitatio ascendit in corda eorum : mala enim ac nequam est huiusmodi cogitatio, <sup>8</sup> perinde <sup>9</sup> ac si quis servus neget dominum. Cavete igitur vos, qui huiusmodi cogitationes habetis, ne permaneat hæc mens <sup>1</sup> in vobis, & Deo moriamini <sup>2</sup>. Vos <sup>3</sup> igitur, quicumque propter hoc nomen mortem obitis, Dominum <sup>4</sup> honorare debetis ; quòd dignos vos <sup>5</sup> habet Dominus, ut nomen ejus feratis, & omnia peccata vestra <sup>6</sup> redimantur. Nonne ergo vos potiùs felices <sup>7</sup> existimatis? Putate potiùs, si quis ex vobis patitur, magnum opus perficere. Vitam <sup>8</sup> enim vobis donat Dominus, nec intelligitis. Delicta enim vestra vos gravabant ; & nisi passi essetis hujus nominis causâ, propter peccata <sup>9</sup> certè vestra mortui eratis Deo. Hæc igitur vobis dico, quicumque deliberatis de confessione, aut de abnegatione : Confiteamini <sup>1</sup> igitur vos habere Dominum <sup>2</sup> De-

VAR.LECT. <sup>2</sup> L. *Deest.* <sup>3</sup> ANG. abolita. <sup>4</sup> L. sunt. <sup>5</sup> excellunt. <sup>6</sup> *Deest.* <sup>7</sup> B. tamen. <sup>8</sup> L. *Deest.* <sup>9</sup> ANG. ut quis. <sup>1</sup> L. *Desunt.* <sup>2</sup> vos. <sup>3</sup> *Deest.* <sup>4</sup> orare. <sup>5</sup> habeat. <sup>6</sup> C. redimuntur. ANG. remedientur. <sup>7</sup> L. æstimatis. Sed portate. <sup>8</sup> *Deest.* <sup>9</sup> *Deest.* <sup>1</sup> *Deest.* <sup>2</sup> *Deest.*



um; ne <sup>3</sup> fortè negantes, tradamini in vincula. Si omnes enim gentes servos suos puniunt, quicumque dominum suum negaverunt; quid putatis vos Dominum vobis facturum, qui universorum habet potestatem? Removete igitur de præcordiis vestris has <sup>4</sup> disputationes, ut in perpetuum vivatis Deo.

XXIX. De duodecimo verò monte <sup>1</sup> candido; tales sunt qui crediderunt sicut infantes sinceri, quibus nulla malitia ascendit in sensum, nec sciverunt quid sit malitia; sed semper in sinceritate manserunt. <sup>2</sup> Hujusmodi ergo homines, sine ulla dubitatione, <sup>3</sup> inhabitabunt regnum Dei: quoniam in nullo negotio <sup>4</sup> mandata Dei maculaverunt; sed cum sinceritate permanserunt omnes dies vitæ suæ, eodem sensu tenere. Quicumque ergo <sup>5</sup> permanserint, inquit, sicut infantes, non habentes malitiam, honoratiores <sup>6</sup> erunt omnibus illis quos jam dixi. Omnes enim infantes honorati sunt apud Dominum, & primi habentur. Felices ergo vos, quicumque <sup>7</sup> removeritis malitiam à vobis, & <sup>8</sup> indueritis innocentiam: <sup>9</sup> quia primi videbitis Deum. Postquam finivit omnium montium <sup>1</sup> explanationem; dico ei: Domine, nunc expone mihi de lapidibus his, qui, allati ex campo in locum reprobatorum, ad structuram turris <sup>2</sup> missi sunt; item de lapidibus illis rotundis, qui in structuram turris adjecti sunt; & de his qui adhuc rotundi remanserunt.

XXX. Audi nunc, inquit, de lapidibus. Qui <sup>1</sup> allati de campo, in structuram turris positi sunt, <sup>2</sup> eorum loco qui reprobatum erant; radices

<sup>3</sup> quando. <sup>4</sup> *Alii*, dubitationes. <sup>1</sup> ANG. candidato. VAR. LECT.  
<sup>2</sup> L. Hi homines. <sup>3</sup> ANG. habitabunt in regno Dei. <sup>4</sup> B. Dominum maculaverunt. <sup>5</sup> ANG. permanseritis. <sup>6</sup> eritis.  
L. sicut jam. <sup>7</sup> *Desunt*, removeritis --- vobis. <sup>8</sup> habetis.  
<sup>9</sup> *Desst.* <sup>1</sup> solutionem. <sup>2</sup> ANG. ierunt, <sup>1</sup> ejecti. <sup>2</sup> L. de his qui,

sunt illius candidi montis. Cùm igitur hi, qui de illo monte crediderunt, facti sunt innocentes; jussit Dominus ejus turris, eos qui de radicibus montis essent, in structuram collocari. <sup>3</sup> Intellexit enim, si <sup>4</sup> ad ædificationem iissent, splendidos illos permanfuros, nec ullum de his <sup>5</sup> amplius denigrandum. Quòd si ita de cæteris montibus adjecisset <sup>6</sup>; non necesse habuisset rursus visitare eam turrim, atque purgare. Hi autem omnes <sup>7</sup> candidi sunt, qui crediderunt, & qui credituri sunt: ex eodem enim genere sunt. Felix hoc genus, quia innocuum est, Audi nunc & de illis rotundis lapidibus, & splendidis. Hi omnes de hoc candido monte sunt. <sup>8</sup> Quare autem rotundi sunt reperti, <sup>9</sup> causa est, quia divitiæ suæ illos pusillum à veritate obscuraverunt, atque obfuscaverunt: sed à Deo numquam recesserunt, nec ullum verbum malum processit de ore eorum; sed omnis æquitas, <sup>1</sup> virtus, & veritas. Horum ergo mentem cùm vidisset Dominus, & posse eos veritati <sup>2</sup> favere; jussit bonos quoque permanere, & opes eorum circumcidi: non enim <sup>3</sup> voluit in totum <sup>4</sup> illas tolli; ut possent boni aliquid facere de eo quod eis relictum est, & <sup>5</sup> vivere Deo, quoniam & <sup>6</sup> ipsi de genere bono sunt. Ideo ergo pusillum circumcisi sunt, & positi in structuram turris hujus.

XXXI. Cæteri verò, qui adhuc rotundi permanferunt, neque apti <sup>1</sup> reperti sunt in <sup>2</sup> eam structuram, quia nondum acceperunt sigillum, repositi sunt in loco suo; valde enim rotundi

VAR.LECT. <sup>3</sup> Intellexi. <sup>4</sup> ANG. in illa ædificatione missi essent. *Alii omittunt* missi. <sup>5</sup> L. nigricaturum. <sup>6</sup> tantum; non. <sup>7</sup> juvenes. <sup>8</sup> Audi autem quare. <sup>9</sup> *Desunt* causa est quia. <sup>1</sup> ANG. & virtus veritatis. <sup>2</sup> L. favent sic opes. <sup>3</sup> *Deest.* <sup>4</sup> eorum. <sup>5</sup> C. & L. vivent. <sup>6</sup> L. *Desunt.* <sup>1</sup> *Deest.* <sup>2</sup> structuram turris hujus.

reperiti sunt. Oportet autem circumcidi hoc sæculum ab illis, & vanitates opum suarum; & tunc convenient in regno Dei. Necessè est enim eos intrare in regnum Dei: hoc enim genus innocuum benedixit Dominus. Ex hoc ergo genere non intercidet quisquam: etenim licet quis eorum, tentatus à nequissimo Diabolo, aliquid deliquerit; citò recurret ad Dominum<sup>3</sup> Deum suum. Felices<sup>4</sup> verò judico ego, nuncius pœnitentiæ, quicumque innocentes estis sicut infantes; quoniam pars vestra bona est & honorata apud Dominum. Dico autem omnibus vobis, quicumque sigillum hoc accepistis; simplicitatem<sup>5</sup> habete, neque offensarum memores<sup>6</sup> estote, neque in malitia<sup>7</sup> permanete; neque in memoria offensarum amaritudines<sup>8</sup> in uniuscujusque spiritu<sup>9</sup> fiant; sed his malis scissuris remedia procurate, atque tollite illas à vobis:

*Antiochus, hom. xciv.*

Καλόν ἐστὶ κρατεῖν Bonum est habere sim-  
 τὴν ἀπλότητα, καὶ τὴν plicitatem, ἔ innocen-  
 ἀκακίαν, καὶ εἶναι ὡς tiam, ἔ esse sicut infan-  
 τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσ- tes, qui nesciunt mali-  
 κοντα τὴν πονηρίαν, τὴν tiam, quæ vitam homi-  
 ἀπολλύουσαν τὴν ζῶν num perdit; neque esse  
 τῶν ἀνθρώπων καὶ μὴ offensarum memores, ne-  
 εἶναι μνησικακοῦς, μήτε que in malitia perma-  
 \* παρανόμους τῇ κακίᾳ. nere; sed remove re ma-  
 ἀλλ' ἀποθέσθαι τὰς κα- litias, ἔ malignitates,  
 κίας, καὶ τὰς πονηρίας,

<sup>a</sup>L. παρα-  
 νόμους.

<sup>3</sup> Deest. <sup>4</sup> C. & L. vos. <sup>5</sup> ANG. habere. <sup>6</sup> esse. VAR. L. F. T.  
<sup>7</sup> vestra permanere. <sup>8</sup> L. & unumquemque spiritum fieri. <sup>9</sup> ANG. fieri, & has malas scissuras permedicare; & tollere à vobis.

*Scissuris.* Gr. Σχήματα. In uno cod. Regis membranaceo σχίσματα. COT,

<sup>2</sup> L. παραμόνους. καὶ τὰς πικρίας τὰς πα- *Et amaritudines perma-*  
<sup>1</sup> L. σχίσματα. πανεύμα, καὶ τὰ σχήμα- *ranentes; Et fieri unum*  
*spiritum; Et malas scis-*  
*tas tollere ac evertere.*

ut Dominus pecorum gaudeat de vobis; gaudebit autem, si omnia invenerit sana. Si autem pecus aliquod ex talibus invenerit dissipatum; vae erit pastoribus. Quòd si ipsi pastores dissipati fuerint; quid respondebunt etiam ei pro pecoribus? Numquid dicent, à pecore se vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res est, pastorem pati posse à pecore: & magis punitur propter mendacium suum. Et ego sum Pastor; & validissimè oportet me de vobis rationem reddere.

*Antiochus, hom. cxxii.*

Ἴνα ὅταν ἔλθῃ ὁ Κύριος τῶν προβάτων, χαρῆ ἐπ' αὐτῶ, καὶ ἐπὶ τοῖς προβάτοις εὐφρανθῆ. Χαρήσεται δὲ εἰάν πάντα ὑγίη εὐρεθῆ, καὶ μὴ διαπεπτωκότα τινὰ ἐξ αὐτῶν. Ἐάν δὲ εὐρεθῆ τινὰ ἐξ αὐτῶν διαπεπτωκότα, οὐαὶ τοῖς ποιμέσιν ἔσται. Ἐάν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ποιμένες εὐρεθῶσι διαπεπτωκότες, τί ἔροῦσι τῶ δεσπότῃ τοῦ ποιμνίου; ὅτι ἀπὸ τῶν προβάτων διέπεσαν; οὐ π

*Ut cum venerit Dominus pecorum, gaudeat de eo, Et de pecoribus lætetur. Gaudebit autem, si omnia invenerit sana, Et non quædam ex illis dissipata. Si autem aliqua ex talibus invenerit dissipata, vae erit pastoribus. Quòd si pastores ipsi dissipati inventi fuerint, quid dicent Dominus gregis? an à pecore se vexatos? Non credetur illis. Incredibilis e-*

VAR.LECT. <sup>1</sup> C. & L. his. <sup>2</sup> L. Desunt. <sup>3</sup> C. & L. punietur.

στευθήσονται. Ἄπιστον *nim res est, pastorem* γὰρ πρᾶγμα ἔστι, ποι- *pati posse aliquid à* μένα ὑπὲρ προβάτων πα- *pecore. Magis verò* θεῖν τι. Μᾶλλον δὲ κο- *punientur propter men-* λασθήσονται διὰ τὸ ψεῦ- *dacium suum. Scientes* dos αὐτῶν. Εἰδότες οὖν *ergo, quòd valde oportet* ὅτι λίαν δὲ αὐτοὺς ἀπο- *tet de iis reddere ratio-* δοῦναι λόγον δεῖ, κ. τ. λ. *nem, &c.*

XXXII. <sup>1</sup> *Consulite ergo vobis, dum adhuc* turris ædificatur. Dominus habitat in viris a- *mantibus pacem: 2 etenim vera pax cara est: à* <sup>3</sup> *contentiosis verò, & perditis malitiâ, longè* abest. Reddite igitur ei spiritum integrum, si- *cut accepistis. Si enim dederis fulloni vesti-* mentum integrum, idque integrum vis denuo *recipere; fullo autem scissum tibi illud red-* dat; recipies illud? Nonne statim excandesces, *& cum convitio prosequeris, dicens: Vestimentum* <sup>4</sup> *meum integrum tibi dedi; quare scidisti illud,* & inutile fecisti? Nunc propter scissuram, quam *in eo fecisti, 5 usui esse non potest. Nonne hæc* omnia verba dices <sup>6</sup> *fulloni, & de scissura quam* in vestimento tuo fecerit? Si igitur tu doles <sup>7</sup> *de* vestimento tuo, & quereris, quòd non illud in- *tegrum recipias; quid putas Dominum tibi fac-* turum, qui spiritum integrum tibi dedit, & tu *eum totum inutilem 8 redegisti, ita ut 9 nullo* usui esse possit Domino suo? Inutilis enim cœpit *esse usus ejus, cùm sit corruptus à te.*

*Antiochus, kom. xciv.*

Ὅπως ὁ Κύριος τῆς εἰ- *Ut Dominus pacis ha-*ρήνης κατοικήσῃ ἐν πᾶ- *bitet in omnibus, quòd &*

<sup>1</sup> L. Remediate ergo vos. <sup>2</sup> & enimvero, f. ei enim. VAR. LECT. *L. enimvero. 3 litigiosis. 4 Decst. 5 in usum. 6 C.* fulloni? Ergo & d. f. q. i. v. r. f. si doles tu & quereris, *quòd non reddidisti, 7 L. & quereris. 8 reddidisti.* in nullo usu.

σιν, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα *spiritus integer fiat, si*  
 ὑγιὲς γένηται, ὡσπερ αὐ- *cut illum accepit homo-*  
 τὸ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. *Si enim aliquis dederit*  
 Ἐὰν γάρ τις κναφεῖ δῶ- *fulloni vestimentum no-*  
 ση ἱμάτιον καινὸν καὶ *vum & integrum, atque*  
 ὑγιὲς, καὶ τοῦτο θέλει *illud velit denuo reci-*  
 κομίσασθαι, ὁ δὲ κναφεὺς *pere; fullo autem scif-*  
 σχίσας τὸ ἱμάτιον ἀπο- *sum vestimentum reddat;*  
 δώσει, ἄρα λήφεται αὐ- *an recipiet illud? Nonne*  
 τό, οὐχὶ μαχήσεται, *statim excandescet, &*  
 καὶ ὑβρίσει; λέγων αὐ- *eum convicio persequetur?*  
 τῷ Ἰμάτιόν σοι ὑγιὲς *tur? dicens, Vestimentum*  
 ἔδωκα, διὰ τι αὐτὸ ἔ- *integrum tibi dedi; qua-*  
 σχίσας, καὶ πεποίηκας *re scidisti illud, & in-*  
 ἀχρηστον; Εἰ οὖν οὕτως *utile fecisti? Si igitur*  
 περὶ ἱματίου λυπεῖται *ita dolet aliquis de ve-*  
 τις, καὶ μάχεται, ὅτι *stimento, & queritur, quod*  
 οὐκ ἀπέιληφεν ὑγιὲς τὸ *non illud integrum rece-*  
 ἱμάτιον, τί δοκοῦμεν ἡ- *perit; quid putamus Do-*  
 μεῖς παθεῖν ὑπὸ τοῦ Κυ- *minum nobis facturum,*  
 ρίου, τὸ πνεῦμα λαβόν- *qui spiritum integrum*  
 τες ὑγιὲς, καὶ τοῦτο λυ- *accepimus, & illum no-*  
 πήσαντες, καὶ ἀχρειώ- *lestiâ affecimus, & in-*  
 σαντες, μὴ ἐν σεμνοτητι *utilem reddidimus, non*  
 πολιτευσάμενοι; καὶ εἰς *utilem reddidimus, non*  
 οὐδὲν ἡμίαν χρῆσιν δύνα- *viventes cum honestate?*  
 ται εἶναι τῷ Κυρίῳ ἐαυ- *ita ut nullo usui esse*  
 τοῦ; ἢ γὰρ χρῆσις τοῦ *possit Domino suo? nam*  
 πνεύματος ὑφ' ἡμῶν *usus spiritûs à nobis cor-*  
 κατεφθάρη. *rumpus est.*

Nonne igitur Dominus de spiritu suo, propter hoc factum tuum, idem faciet? Planè, inquam:

VAR. LECT. <sup>1</sup> L. Dominum spiritum ejus, propter factum t. hoc à facie planè, i. omnes eos quoscumque i. i. m. o. p. afficiet.

omnibus iis, quoscumque invenerit in memoria  
offensarum permanere, idem faciet. Clemen-  
tiam, inquit, ejus nolite calcare; sed potiùs<sup>2</sup> ho-  
nificate eum, quòd tam patiens est ad delicta  
vestra, & non est sicut vos. Agite pœnitentiam<sup>3</sup>; utile enim id est vobis.

XXXIII. Hæc omnia, quæ suprà scripta sunt,  
ego Pastor nuncius pœnitentiæ ostendi, & locu-  
tus sum servis Dei. Si ergo credideritis, & au-  
dieritis verba mea, & ambulaveritis in ipsis, &  
correxeritis itinera vestra; vivere poteritis.<sup>1</sup> Sin  
autem permanseritis in malitia, & memoria of-  
fensarum; nullus ex hujusmodi<sup>2</sup> peccatoribus  
<sup>3</sup> vivet Deo. Hæc omnia<sup>4</sup> à me dicenda, dicta  
sunt vobis. Ait mihi ille Pastor: Omnia à me  
interrogasti? Et dixi: Ita, Domine. Quare er-  
go non interrogasti me, inquit, de forma lapidum  
in structura repositorum; <sup>5</sup> ut tibi explicarem  
formas? Et dixi: Oblitus sum, Domine. Audi  
nunc ergo, inquit, & de illis. Hi sunt qui  
nunc mandata<sup>6</sup> hæc audierunt, & ex totis præ-  
cordiis egerunt pœnitentiam: cumque vidisset  
Dominus bonam atque puram<sup>7</sup> pœnitentiam eo-  
rum, & posse eos in ea permanere; jussit pri-  
ora peccata eorum deleri. Hæ enim formæ

<sup>1</sup> L. honorate. <sup>2</sup> utilem. <sup>3</sup> Defuncti S. a. p. <sup>4</sup> Deest. <sup>5</sup> VARIANTE  
<sup>6</sup> vivit. <sup>7</sup> me docente vobis, dicta. <sup>8</sup> C. quod explevi-  
mus. L. quod explicuimus, formas. <sup>9</sup> mea. <sup>10</sup> esse.

Hæ enim formæ [Ec.] Cy- ἐν παντί, περιαιρούνται δὲ μέ-  
rillus Hierosol. in Catech. xviii. νον ἀπὸ τῶν λαμβανόντων τὸ  
Οἱ σπῆλοι τῶν ἀμαρτηῶν μέ- λουτρόν. *Macula peccatorum*  
ρουσι τῷ σώματι. Ὅσπερ γὰρ manent in corpore. *Ut enim*  
ῥηθῆναι προχωρησάσης ἐν τῷ plagâ acceptâ in corpore, etiam-  
σώματι, κὰν θεραπεία γένη- si curata sit, cicatrix tamen  
ταί τις, ὅμως ἡ οὐλὴ μένει manet: sic ἔ peccatum vul-  
οὔτω καὶ ἡ ἀμαρτία πλήσσει nerat corpus ἔ animam; ἔ  
τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα, manent formæ seu signa micror-  
καὶ μένουσι οἱ τύποι τῶν ἡλων nis in omnibus; tolluntur autem

<sup>8</sup> peccata eorum erant ; & <sup>9</sup> exæquata sunt, ne apparent.

VAR.LECT. <sup>8</sup> peccati. <sup>9</sup> exæquatæ.

## SIMILITUDO X.

### *De Pœnitentia & Eleemosyna.*

I. **P**ostquam perscripseram librum hunc ; venit Nuncius ille, qui me tradiderat <sup>1</sup> illi Pastori, in <sup>2</sup> domum in qua eram, & confedit supra lectum ; & asstitit in dextra ejus ille Pastor. Deinde vocavit me, & hæc mihi dixit : Tradidi te, inquit, & domum tuam huic Pastori, ut ab eo protegi possis. Ita, inquam, Domine. Si vis ergo protegi, inquit, ab omni vexatione, & ab omni sævitia ; successum autem habere in omni opere bono, atque verbo, & omnem virtutem æquitatis ; in mandatis iis ingredi, <sup>3</sup> quæ dedit tibi, & poteris dominari omni nequitæ. Custodienti enim tibi mandata illa subjecta erit omnis cupiditas & dulcedo hujus sæculi ; successus verò in omni bono negotio te sequetur. Maturitatem hujus, & modestiam suscipe <sup>4</sup> in te ; & dic omnibus, in magno honore esse eum & dignitate apud Deum, & magnæ potestatis eum præsidem esse, & potentem in officio suo. Huic soli per totum orbem pœnitentiæ potestas tributa est. Potens-ne tibi videtur esse ? Sed vos

VAR.LECT. <sup>1</sup> L. huic. <sup>2</sup> domo in quam. <sup>3</sup> C. & L. dedi.  
<sup>4</sup> L. vitæ.

*tantum ab iis, qui lavacrum* scopi Vasionensis, de foraminibus lapidum in præfiscis ædificiis. Cor.  
*baptismi accipiunt.* Videatur  
Cap. x. hujus Similitudinis,  
cum Diatriba illustrissimi Epi-



maturitatem <sup>5</sup> hujus, & modestiam quam in vos habet, despicitis.

II. Dico ei: Interroga ipsum, Domine, ex quo in domo mea est, <sup>1</sup> anne aliquid extra ordinem fecerim, aut in <sup>2</sup> aliquo eum offenderim. Et ego, inquit, scio, nihil extra ordinem fecisse te, neque esse facturum; & ideo hæc loquor tecum, ut perseveres: bene enim hic de te apud me existimavit. Tu autem cæteris hæc verba dices; ut & illi, qui egerunt, aut acturi sunt pœnitentiam, eadem quæ tu sentiant, & hic apud me de <sup>3</sup> iis interpretetur; & ego apud Dominum. Et ego, inquam, Domine, omni homini indicô magnalia Dei: spero autem eos omnes, qui <sup>4</sup> aiment ea, & antè peccaverunt, his auditis, acturos esse pœnitentiam, vitam recuperantes. Permane ergo, inquit, in hoc ministerio, & consumma illud. Quicumque autem mandata hujus <sup>5</sup> exsequuntur, habebunt vitam, <sup>6</sup> & hîc, & apud Dominum magnum honorem. Quicumque verò hujus mandata non servant, <sup>7</sup> fugiunt à vita sua, & <sup>8</sup> adversantur illi: & qui mandata ejus non sequuntur, morti se tradunt; & unusquisque eorum reus erit sanguinis sui. Tibi autem dico, ut <sup>9</sup> serves mandata hæc, & remedium peccatorum <sup>10</sup> tuorum omnium habebis.

III. Misi autem tibi <sup>1</sup> has virgines, ut habitent tecum: vidi enim eas <sup>2</sup> valde affabiles tibi esse. Habebis <sup>3</sup> igitur tu eas adjunctrices, quò magis possis hujus mandata servare: non potest e-

<sup>5</sup> *Alii*, modestiam hujus & verecundiam. <sup>1</sup> L. an. VAR. LECT.  
<sup>2</sup> quo. <sup>3</sup> his bene. <sup>4</sup> tam antè peccaverunt, & hæc audiunt, libenter acturi sunt p. <sup>5</sup> faciunt. <sup>6</sup> id est.  
<sup>7</sup> fugant à se vitam. <sup>8</sup> adversus illum, nec mandata ejus sequuntur. <sup>9</sup> C. & L. servias mandatis his. <sup>10</sup> L. *Desunt* t. o. <sup>1</sup> turbas virginum. <sup>2</sup> *Deest*. <sup>3</sup> Ergo adjunctrices.

nim fieri, ut sine his virginibus hæc mandata ferventur. <sup>4</sup> Vides autem eas libenter esse tecum : sed & ego præcipiam eis, ut omnino à domo tua non discedant. Tu tantùm <sup>5</sup> communda domum tuam : in munda enim domo libenter habitabunt : mundæ sunt enim, atque castæ, & industriæ, & omnes habentes gratiam apud Dominum. Igitur si <sup>6</sup> habueris domum tuam puram, tecum permanebunt. Si autem pusillum aliquid iniquationis acciderit, protinus à domo tua recedent : hæ enim virgines nullam omnino diligunt iniquationem. Dico ei : Spero me, Domine, placiturum eis, ita ut in domo mea libenter inhabitent semper. Et sicut is, cui me tradidisti, nihil de me queritur ; ita neque illæ querentur. Ait ad Pastorem illum : Video servum Dei velle <sup>7</sup> vivere. <sup>8</sup> videre & custodire hæc mandata ; & virgines has mundâ habitatione <sup>9</sup> collocaturum. Hæc cum dixisset ; iterum Pastori illi me tradidit, & vocavit virgines, & dixit <sup>10</sup> eis : Quoniam video vos libenter in domo hujus habitare ; commendo eum vobis, & domum ejus ; ut à domo ejus non recedatis omnino. Illæ verò libenter hæc verba audierunt.

IV. Ait deinde mihi : Viriliter in ministerio hoc conversare : <sup>1</sup> omni homini indica magnalia Dei ; & habebis gratiam in hoc ministerio. Quicumque ergo in his mandatis ambulaverit ; vivet, & felix erit in vita sua : quicumque verò neglexerit ; non vivet, & erit infelix in vita sua. Dic omnibus, ut non cessent (quicumque rectè facere possunt) bona opera exercere ; utile est illis. Dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. <sup>2</sup> Is enim qui eget ; & in quotidiana

VAR. LECT. <sup>4</sup> C. & L. Video. <sup>5</sup> L. emunda. <sup>6</sup> habuerint. <sup>7</sup> collaturum. <sup>8</sup> ad eas. <sup>9</sup> omnino indica. <sup>10</sup> Et his enim quia eget.

vita patitur incommoda; in magno tormento est, <sup>3</sup> ac necessitate. Quisquis igitur hujusmodi animam eripit de necessitate; magnum gaudium sibi acquirit. Nam is qui hujusmodi vexatur incommodo; pari tormento cruciatur, atque se torquet <sup>4</sup> is qui in vinculis est. Multi enim propter hujusmodi calamitates, cum eas <sup>5</sup> sustinere non possunt, mortem sibi <sup>6</sup> consciscunt. Qui novit igitur calamitatem hujusmodi hominis, & non eripit eum; magnum peccatum admittit, & fit reus sanguinis ejus. Facite igitur opera bona, quicumque accepistis à Domino; ne, dum <sup>7</sup> moramini facere, consummetur structura turris: propter vos enim intermissum est opus ædificationis ejus. Nisi igitur festinaveritis facere rectè, consummabitur turris, & excludemini. Postquam verò locutus est mecum, surrexit de lecto, & apprehenso Pastore, & virginibus, <sup>8</sup> abiit. Dixit autem mihi <sup>9</sup> remissurum se Pastorem illum, & virgines <sup>10</sup> illas in domum meam <sup>11</sup>.

<sup>3</sup> hac. <sup>4</sup> quia. <sup>5</sup> sufferre. <sup>6</sup> adducunt. <sup>7</sup> B. tar-VAR. Lect. datis. L. tardamini. <sup>8</sup> ANG. abiit, dicens mihi remansurum Pastorem. <sup>9</sup> C. remansurum Pastorem. <sup>10</sup> L. *Deest.* <sup>11</sup> C. Amen.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

5300 S. DICKINSON DRIVE

CHICAGO, ILLINOIS 60637

TEL: 773-936-3700

FAX: 773-936-3701

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU


WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

WWW: WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU



27. 11. 1972

S. CLEMENTIS

R O M A N I

*EPISTOLÆ DUÆ,*

*VERSIONIBUS LATINIS,*

Selectisque *VARIORUM NOTIS* illustratæ.

---

PATRUM APOSTOLICORUM Pars Secunda.

---



---

L O N D I N I : M. DCC. XLVI.

S. CLEMENTIS

R. M. A.

1870

1870

1870





# VETERUM TESTIMONIA

DE

## S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

*S. Irenæus, Lib. iii. adversus Hæreses, Cap. 3.*

*Apud Euseb. Histor. Eccles. Rufinus Eusebii interpres.  
Lib. v. Cap. 6.*

Μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἰσρακῶς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμβεβηκῶς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἑναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων οὐ μόνος, ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδωμένοι. Ἐπὶ τούτῳ οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγη; τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενόμενης ἀδελφοῖς, ἐπίστευεν [Nicephorus ἀπίστευεν] ἢ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίᾳ ἱκανωτάτην γραφὴν τοῦ Κορινθίου, εἰς εἰρήνην συμβεβηκῶς [Niceph. & Rufin. συμβεβηκῶς] αὐτοῖς, καὶ αἶα εἶσα [Nicephor. & Rufin. ἀνανεοῦσαν] τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἦν νεωστὶ ἀπὸ [Nicephorus παρὰ] τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. *Lege Niceph. Lib. iv. Cap. 14. 15.*

Post quem tertio loco Episcopatum suscepit Clemens. Hic autem cum beatis Apostolis fuit, & \* cum ipsis vitam semper exegit; atque ab ipsis institutus, recentem gerebat traditionis eorum memoriam, & prædicationis eorum formam semper habebat in oculis. Sub hoc ergo Clemente seditio non modica exorta est apud Corinthum, inter fratres: ita ut ex persona Romanæ Ecclesiæ scriberet ipse Clemens ad Corinthios Epistolam necessariam, quæ eos revocaret ad pacem; & fidem eorum, quæ concussa fuerat, renovaret: *ἐκπαύμενος* in ea Apostolorum traditionem, quam nuper ab eis ipse susceperat.

\* συμβεβηκῶς.

*Vetus Irenæi Interpres.*

Post eum [Anaclectum] tertio loco ab Apostolis Episcopatum [Romæ] fortitur Clemens, qui & vidit ipsos

PARS II.

a

Apoc-

## VETERUM TESTIMONIA

Apōstolos, & contulit cum eis, cūm adhuc insonantem prædicationem Apostolorum, & traditionem ante oculos haberet. Non solus: etenim adhuc multi supererant tunc, ab Apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modicâ inter eos qui Corinthi essent fratres factâ, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas Litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & \* annuncians quam in recenti ab Apostolis † receperant traditionem, annunciantem unum Deum omnipotentem, factorem cœli & terræ, plasmatorem hominis; qui induxerit cataclysmum, & advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocutus sit Moyse, qui Legem disposuerit, & Prophetas miserit, qui ignem præparaverit Diabolo & Angelis ejus. Hunc Patrem Domini nōstri Jesu Christi ab Ecclesiis annunciari, ex ipsa Scriptura qui velint, discere possunt; & Apostolicam Ecclesiæ traditionem intelligere; cūm sit vetustior Epistola his qui nunc falsò docent, & alterum Deum super Demiurgum & factorem horum omnium quæ sunt, commentiantur.

\* ἀναγγέλλουσα.  
† f. receperat.

*Clemens Alexandrinus, Lib. i. Stromateon; Edit. Paris. pag. 289. A.*

Ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κατὰ λέξιν  
 φησὶ, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος  
 τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων.  
 Ἦτω τις κ. τ. λ. Lege Euseb. Lib. vi. Cap. 13. Niseph. Lib. iv. Cap. 33.

Clemens in Epistola ad Corinthios, his verbis inquit, exponens differentiam eorum qui sunt probati in Ecclesia: &c. *Ep. i. Cap. 48.*

*Lib. iv. pag. 516. A.*

καὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων, λέγει· Τίς γὰρ κ. τ. λ. Lege sequentes paginas.

Et verò in Epistola ad Corinthios Apostolus Clemens, ipse quoque nobis quamdam formam ejus qui est cognitione præditus describens, dicit: &c. *Epist. i. Cap. 1. 9. 17. 21. 22. 36. 38. 40. 41. 48. . . . 51.*

*Lib.*

# DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

iii

*Lib. v. pag. 586. B.*

Ἄλλὰ καὶν τῇ πρὸς Κορινθί- Quinetiam in Romano-  
ους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ, ὡκεανὸς rum Epistola ad Corinthios  
ἀπέρωτος ἀθεράποις γέγραπται scriptum est. *Ep. i. C. 20.*  
κ. τ. λ.

*Lib. vi. pag. 647. A. B.*

Ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κο- Dicit Clemens in Epistola  
ρινθίου φησί. ad Corinthios. *Ep. i. C. 48.*

*Strom. vi. pag. 646. C. Clementis nostri testimonium de  
portis, quod legitur hic, Cap. xlviii. tribuit Barnabæ; &  
Strom. i. pag. 288. D. sine Auctoris nomine illud laudat.*

*Origenes, de Principiis Lib. ii. Cap. 3.*

Meminit sanè Clemens, Apostolorum discipulus, eti-  
am eorum, quos ἀντίχθονας Græci nominant; &c. *Vide  
locum in Annot. ad Epist. i. Cap. 20. citatum.*

*Idem ad Johannis i. 29.*

Notum autem atque testatum cùm sit apud Gentiles,  
multos cædi pro communi hominum salute seipfos tradi-  
diffe, cùm pestilentes morbi suam patriam invasissent :  
& hæc evenisse admittit, non sine causâ Scripturis credens,  
Clemens ille fidelis, de quo hunc in modum testificatur  
Paulus, dicens: *Cum Clemente &c. Ep. i. Cap. 55.* Phil. iv. 3.

*Eusebius, Hist. Eccles. Lib. iii. Cap. 16.*

Τούτου δὴ οὖν [τοῦ Κλήμεν- Hujus igitur Clementis  
τος] ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ existat Epistola ab omnibus  
φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυ- uno consensu recepta, exi-  
μασία ἢ ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων mia prorsus atque mirabilis :  
ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυ- quam nomine Ecclesiæ Ro-  
πάσαλο, στάσεως τηλικάδε κα- manæ ad Corinthiorum  
τὰ τὴν Κόρινθον γειομένης. Ecclesiam scripsit, cùm  
ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείστοις ἐκ- tunc temporis Corinthi esset  
κλησίαις, ἐπὶ τοῦ κοινῆ δεδη- exorta dissensio. Hanc in  
μοσιευμένην, πάσαι τε καὶ καθ' & nostrâ quoque memoriâ  
ἡμῶς αὐτοὺς, ἔγνωμεν. Καὶ ὅτι palam recitari consuevisse  
comperimus. Porro supra-

## VETERUM TESTIMONIA

γε κατὰ τὸν δηλούμενον, τὰ τῆς διῆσι Clementis tempore fe-  
 Κορινθίαν κενήθη στάσεως, ἀ- ditionem inter Corinthios ef-  
 ξιόχρεως μάστως ὁ Ἡγήσιππος. fe commotam, locupletissi-  
 Lege Niceph. Lib. iii. C. 18. mus testis est Hegesippus.

*Rufino interprete.*

Hujus Clementis Epistola habetur ad Corinthios scrip-  
 ta, præcipua planè & valde mirabilis: quam velut ex  
 persona Romanæ Ecclesiæ dictavit, cùm dissensio apud  
 Corinthios fuisset exorta. Quam Epistolam in plurimis  
 Ecclesiis publicè legi, & veterum & nostris etiam tem-  
 poribus, constat. Verùm de seditione facta apud Corin-  
 thios ac dissensione plebis, testis valde fidelis Hegesippus  
 indicat.

## Cap. 38.

Τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀναμο-  
 λογημένῃ παρὰ πάντων, ἣν ἐκ  
 προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλη-  
 σίας τῇ Κορινθίαν διευπάσατο.  
 Ἐν ἣ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολ-  
 λά νοήματα παραθεῖς, ἤδη δὲ  
 καὶ ἀπολεξεῖ ἐπιτοῖς τισιν ἐξ  
 αὐτῆς χρησάμενος, σαφέστατα  
 περιέχουσιν ὅτι μὴ νενὸν ὑπάρχει  
 τὸ σύγγραμμα. Ὅθεν εἰκότως  
 ἔδοξε αὐτοῖς τοῖς λοιποῖς ἐγκα-  
 ταλεξέσθαι γράμμασι τοῦ Ἀ-  
 ποστόλου. Ἑβραίοις γὰρ διὰ  
 τῆς πατρῆου γλώττης ἐγγράφως  
 ἀμιληκότος τοῦ Παύλου, οἱ μὲν  
 τὴν εὐαγγελιστὴν Λοικᾶν, οἱ δὲ  
 τὴν Κλήμενην τοῦτον αὐτὸν, ἐρ-  
 μηνεύσαι λέγουσι τὴν γραφήν.  
 Ὅ καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθές,  
 τῷ τὸν ὁμοίον τῆς φράσεως χα-  
 ρακῆρα, τὴν τε τοῦ Κλήμεντος  
 ἐπιστολὴν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραί-  
 οὺς ἀποσάξεν· καὶ τῷ μὴ  
 πόρρω τὰ ἐν ἐκατέρωτε τοῖς συγ-

Clementis in Epistola  
 ab omnibus recepta, quam  
 Romanæ Ecclesiæ nomine  
 ad Corinthiorum Ecclesiam  
 scripsit. In qua cùm multas  
 inferat sententias desumptas  
 ex Epistola ad Hebræos,  
 iisdemque interdum verbis  
 utatur, clarissimè indicat O-  
 pus nequaquam recens esse.  
 Quamobrem cum reliquis  
 Apostoli scriptis, non sine  
 causa hoc etiam recensitum  
 videtur. Cùm enim ad He-  
 bræos patrio sermone scrip-  
 sisset Paulus; alii Lucam  
 Evangelistam; alii hunc ip-  
 sum Clementem Scripturam  
 illam esse interpretatum fe-  
 runt. Quod quidem verius  
 videtur: quia, scilicet, &  
 Clementis Epistola, & illa  
 ad Hebræos eundem servant  
 dictionis characterem; &  
 quia utriusque scripti sen-  
 tentiæ

# DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

v

γράμμασι νοήματα καθιστάται. tentiæ non valde inter se dif-  
 Ἰπτόν δὲ ὡς καὶ δευτέρα τις crepant. Sciendum autem  
 εἶναι λέγεσθαι τοῦ Κλήμενος est, alteram quoque Clemen-  
 ἐπιστολή· οὐ μὲν ἔθ' ὁμοίως tis Epistolam circumferri;  
 τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώρι- cognitam fuisse ac primam  
 μον ἐπιστάμεθα· ὅτι μηδὲ τοὺς pro certo habemus: quando-  
 ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσ- quidem Vetustiores illâ ne-  
 μεν. Et infra: ἡ μὲν οὖν τοῦ quaquam usos esse comperi-  
 Κλήμενος ὁμολογουμένη γρα- mus, &c. Et Clementis qui-  
 φή, πρόδηλος. Lege Niceph. dem quæ sit Scriptura omni-  
 Lib. ii. Cap. 46. & Lib. iii. um consensu recepta, jam  
 Cap. 18. fatis liquet. *Lege Maximum,*  
*in Prologo ad Opera Dionysii.*

*Rufino interprete.*

Clemens in Epistola, quam Corinthiis scribit, memi-  
 nit Epistolæ Pauli ad Hebræos, & utitur ejus testimoni-  
 is: unde constat, quòd Apostolus, tamquam Hebræis  
 mittendam, patrio eam sermone conscripserit; &, ut  
 quidam tradunt, Lucam Evangelistam; alii autem hunc  
 ipsum Clementem, interpretatum esse. Quod & magis  
 verum est: quia & stilus ipse Epistolæ Clementis cum  
 hac concordat; & sensus nimirum utriusque Scripturæ  
 plurimam similitudinem ferunt. Dicitur tamen esse &  
 alia Clementis Epistola, cujus nos notitiam non acce-  
 pimus.

*Lib. iv. Cap. 22.*

Ἀκοῦσαι γέ τοι πάρεστι μετὰ Hegesippus postquam de  
 τινὰ περὶ τῆς Κλήμενος πρὸς Clementis ad Corinthios E-  
 Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῶ εἰ- pistola quædam commemo-  
 ρημένα, ἐπιλέγοντος ταῦτα. Le- ravit, hæc addit; quæ nos,  
 γε Niceph. Lib. iv. Cap. 5. si placet, audiamus.

*Rufino interprete.*

Simul & de Epistola Clementis ad Corinthios scripta,  
 quædam commemorat, quæ etiam inferere huic Operi  
 nostro necessarium duxi,

*Cap.*

## Cap. 23.

Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καί τῆς Κλήμενος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιῆσθαι. Λέγει γοῦν· Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἀγίαν ἡμέραν διηγάζομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἔξομεν αἰεὶ ποιεῖ ἀναγιώσκοντες νουβελεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμενος γραφεῖσαν. Lege Nicephorum, Lib. iv. Cap. 8.

In hac etiam ipsa Epistola [ad Romanos] meminit [Dionysius Corinthius] Clementis Epistolæ ad Corinthios scriptæ, quam ex prisca consuetudine in Ecclesia legit solitam esse testatur his verbis: Hodie, inquit, sacrum diem Dominicum transegitur; in quo Epistolam vestram legimus; quam quidem perpetuò deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis à Clemente scriptam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.

*Rufino interprete.*

In hac ipsa Scriptura meminit etiam Epistolæ Clementis ad Corinthios scriptæ; significans veteri instituto & antiquâ consuetudine semper ipsam Epistolam lectam esse in Ecclesia. Denique sic dicit: Beatam, inquit, duximus hodiernam Dominicam diem, in qua legimus Epistolam vestram; quam & semper ad nostri commonitionem legemus, sicut & illam priorem à Clemente ad nos scriptam.

*Alium locum Eusebii vide inter Testimonia Veterum de Epistola Barnabæ.*

*Cyrillus Hierosolymitanus, in Catechesi xviii. Edit. Paris. pag. 213. D.*

Τοῦτο [ἕνεον], ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἰσθραῦσι πλείονες, μονόγενης ὑπάρχον, κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δείκνυσι τὴν ἀνάστασιν αὐκ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ

Hæc avis [Phoenix], ut scribit Clemens, & multi referunt, cum unigena sit, ad regionem Ægypti in spatio quingentorum annorum veniens, resurrectionem ostendit; non in locis desertis, ne illud

ἀγνοηθῆ τὸ μυστήριον γινόμε- illud mysterium ignoretur ;  
νον· ἀλλ' ἐν Φαιερᾷ πόλει πα- sed in certa illustri civitate  
ραγεύμενον, ἵνα ψηλαφηθῆ τὸ advenit, ut contrectetur  
ἀπιστούμενον. Σηκὸν γὰρ ἑαυ- quod non creditur. Loculum  
τῷ ποιῶσαν ἐκ λιβάνου, καὶ enim sibi cūm fecit è thure  
σμύρνης, καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων, ac myrrha cæterisque aroma-  
καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν tibus, atque in illud comple-  
ἑτῶν εἰς τοῦτον εἰσέλθῃν, τε- tis annis ingressa est, coram  
λευθῶ φανερώς καὶ σήπεται omnibus moritur & putrefec-  
εἶτα ἐκ τῆς σαπίσης σαρκὸς cit : deinde ex putrefacta car-  
τοῦ τελευτήσαντος, σκώληξ τις ne mortuæ, vermis quidam  
γενᾶται· καὶ οὗτος αὐξηθεὶς, gignitur, hicque capto incre-  
εἰς ὄρειον μορφοῦται. Infra : mento, in avem formatur  
εἶτα περὶ φησας ὁ προειρη- &c. Postea prædictus Phœ-  
μένος φοῖνιξ, καὶ τέλειος, εἷος nix alis assumptis, factusque  
ἦν ὁ πρότερος, φοῖνιξ γενόμε- perfectus, ut primus Phœ-  
νος, ἀνίπλωται τοιοῦτος, εἰς ἀέ- nix ; talis evolat in aërem,  
ρα, οἷος καὶ τετελευτήκει. qualis erat cūm moreretur.  
*Epist. i. Cap. 25.*

*Eriphanius, Hæresi xxvii. num. 6.*

Λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπι- Dicit enim [Clemens] in  
στολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἀπει- una Epistolarum suarum :  
μι, κ. τ. λ. *Cap. 54.*

*Hæc. xxx. num. 15.*

Αὐτὸς Κλήμης αὐτοῦς μετὰ Ipse Clemens omnibus il-  
πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγρα- los [Ebionitas] modis redar-  
ψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων, τῶν guit, iis Epistolis circulari-  
ἐν ταῖς ἀγίαις ἐκκλησίαις ἀ- bus quas scripsit, quæque in  
ναγινοσκομέναν. Mox : Αὐτὸς sanctis Ecclesiis leguntur,  
γὰρ παρθεῖαν διδάσκει, καὶ &c. Ipse siquidem virgini-  
αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ tatem docet ; isti repudiant.  
ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβὶδ, Ille Eliam, Davidem, &  
καὶ Σαμψὸν, καὶ πάντας τοὺς Sampsonem, omnesque Pro-  
προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύτ- phetas commendat ; quos  
τοῦται. ipsi detestantur.

*Hieronymus, in Libro de Viris illustribus, ex vetere  
Versione.*

Philip. iv. 3. Clemens; de quo Aposto-  
lus Paulus, ad Philippenfes  
scribens, ait: *Cum Clemen-  
te, & cæteris cooperato-  
ribus meis, quorum nomina scripta  
sunt in libro vitæ:* quartus  
post Petrum Romæ Episco-  
pus: siquidem secundus Li-  
nus fuit, <sup>a</sup> & tertius <sup>b</sup> Ana-  
cletus; tametsi plerique La-  
tinorum, secundum <sup>c</sup> post Pe-  
trum Apostolum putent fu-  
isse Clementem. Scripsit ex  
persona Romanæ Ecclesiæ,  
ad Ecclesiam Corinthiorum  
valde utilem Epistolam, quæ  
& in nonnullis locis publicè  
legitur; quæ mihi videtur  
characteri Epistolæ, quæ sub  
Pauli nomine ad Hebræos  
fertur, convenire. Sed &  
multis de eadem Epistola,  
non solum sensibus, sed jux-  
ta verborum quoque ordinem  
abutitur. <sup>d</sup> Omnino gran-  
dis in utraque similitudo est.  
Fertur & secunda <sup>e</sup> ejus nomine Epistola, quæ à Veteri-  
bus reprobatur, &c.

<sup>a</sup> Copula de-  
est in Adonis  
Lib. de Festiv.  
& in Freulfo,  
& Honorio  
Augustod.

<sup>b</sup> MS. S. G.  
Aneclctus.

<sup>c</sup> Id. MSS.  
post Aposto-  
lum. Et ita  
Freulfo.

<sup>d</sup> MS. S. G.  
Et omnino.

<sup>e</sup> MS. esse ex  
ejus.

Κλήμης, περί οὗ Παῦλος ὁ  
ἀπόστολος πρὸς Φιλιππησίου  
γράφων λέγει· Μετὰ καὶ Κλή-  
μενος· τέταρτος μετὰ Πέτρον  
Ῥώμης ἐπίσκοπος· δεύτερος γὰρ  
Λίνος ἐγένετο, τρίτος Ἀνέγκλη-  
τος· εἰ καὶ πολλοὶ τῶν Ῥω-  
μαίων ὑπολαμβάνουσι, δεύτερον  
μετὰ τὸν ἀπόστολον γεννηθῆ-  
ναι Κλήμενα. Ἐγραψεν ἐκ  
προσώπου τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης,  
πρὸς τὴν ἐν Κορίνθῳ ἐκκλησίαν  
ἐπιστολὴν πᾶνθ θαυμαστὴν, ἥτις  
ἐν φανεραῖς τόποις δημοσίᾳ ἀνα-  
γινώσκειται, τῷ χαρμηλῆρι τῆς  
πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύ-  
λου συνέδουσα, οὐ μόνον νοή-  
μασιν, ἀλλὰ καὶ λόγοις· καὶ  
ἀπλᾶς μεγίστη ἴσ' ἐν ἑκα-  
τέρᾳ ὁμοίωσι. Φέρεται καὶ  
\* ἑτέρα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ εἶ-  
ναι ἐπιστολή, ἥτις παρὰ τὸ πάν-  
των ἀποδοκιμάζεται.

\* f. δευτέρα. † f. παλαιάν.

*Lib. i. adversus Jovinianum. Cap. 7.*

Phil. iv. 3.

Ad hos [eunuchos] & Clemens, successor Apostoli Pe-  
tri, cujus Paulus Apostolus meminit, scribit Epistolas;  
omnemque penè sermonem suum virginitatis puritate  
contextuit.

*Comment. in Esaiam, Lib. xiv. ad Cap. lii. 13.*

Clemens, vir Apostolicus, qui post Petrum Romanam  
rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthiam: *Sceptrum Dei  
Dominus*



# DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

ix

*Dominus Jesus Christus, non venit in jactantia superbix, cum possit omnia; sed in humilitate. Epist. i. Cap. 16.*

*Comment. in Epist. ad Ephesos. Lib. i. ad Cap. ii. 2.*

De quibus [mundis aliis] & Clemens in Epistola sua scribit: *Oceanus, & mundi qui trans ipsum sunt. Cap. 20.*

*Lib. ii. ad Cap. iv. 1.*

Cujus rei & Clemens ad Corinthios testis est scribens: *Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare? Cap. 49.*

*In Libro Responſionum ad quasdam necessarias Quæstiones (qui extat in Operibus Juslini Martyris) Responſione ad Quæſtionem 74.*

Εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἢ διὰ τοῦ πρὸς κρίσιν τῶν ἀσεβῶν, καθὼς φατὶν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησὶν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.

Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout dicunt Prophetarum & Apostolorum scripta; insuperque Sibyllæ ipsius, quemadmodum ait beatus Clemens in Epistola ad Corinthios, &c.

*Photius, in Bibliothecâ, Codice 113.*

Οὗτός ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησὶν ὁ θεοπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ: Μετὰ καὶ Κλήμενος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ἃν τὰ διόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἣτις παρὰ πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεισθαι. Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς αὐτοὺς, αἰς νόθος ἀποδοκιμάζεται, κ. τ. λ. Τοῦτόν φασι, οἱ μὲν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπισκοπεῖσαι Ῥώ-

Hic Clemens ille est, de quo divinus Paulus in Epistola ad Philippenses ait: *Cum Clemente & cæteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.* Scripsit idem magni faciendam ad Corinthios Epistolam, quæ à plerisque adeò approbata est, ut etiam publicè legi solet. At quæ Secunda ad eosdem dicitur, ut notha rejicitur, &c. Hunc secundum à Petro Romæ Episcopatum gefuisse quidam

## VETERUM TESTIMONIA

μης, οἱ δὲ τέταρτον Λίνον  
γὰρ καὶ Ἀνάκλητον, μεταξὺ  
αὐτοῦ καὶ Πέτρου, Ῥώμης ἐπι-  
σκόπους διαγεγονέναι.

autumant, alii verò quar-  
tum : Linum enim & Ana-  
cletum, inter ipsum ac Pe-  
trum, Romæ Episcopus fu-  
isse.

Cod. 126.

Ἀνεγνώσθη βιβλιόδεξιον, ἐν  
ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς  
Κορινθίους δύο ἐνεφέροντο. Ὡς  
ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοῦ ἀ-  
γχι, στάσεται καὶ ταραχαῖς καὶ  
σχίσματι τὴν πρέπουσαν αὐ-  
τοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἱμπο-  
λιτεύεσθαι, λύσασθαι, καὶ πα-  
ραίνῃ παύσασθαι τοῦ κακοῦ.

Ἀπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν  
καὶ σαφῆς ἐστίν, καὶ ἐγγὺς τοῦ  
ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου  
καρμακλήρου. Αἰτιώσαί το δ' ἄν  
τις αὐτὸν ἐν ταύταις ὅτι τε  
τοῦ ἁγίου ἐξω κόσμους τι-  
νὰς ὑποτίθεσθαι εἶναι καὶ δεύ-  
τερον ἴσως, ὅτι ἄς παναλλοθε-  
στάτω τῷ κατὰ τὸν Φοίνικα τὸ  
ἔρνεον ὑποδείγματι κέχρηται·  
56. καὶ τρίτον, ὅτι ἀρχιερεῖα καὶ  
58. προεπάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰη-  
σοῦν Χριστὸν ἐξονομάξαν, οὐδὲ  
τὰς θεοπροπέϊς καὶ ὑψηλοτέ-  
ρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς·  
οὐ μὴν οὐδ' ἀπαραικλύπτως  
αὐτὸν οὐδαμῇ ἐν ταύτοις βλασ-  
φημεῖ. Ἡ δὲ δευτέρα, καὶ  
αὕτη νεουθεσίαν καὶ παραίνεσιν  
κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν  
ἀρχῇ Χριστὸν τὸν Θεὸν κηρύσ-  
σει. Πλὴν ὅτι ἕκτά τινα, ἄς

Lectus est libellus, in quo  
Clementis Epistolæ duæ ad  
Corinthios continebantur.  
Quarum Prima ipsos accu-  
sat, quòd seditionibus, tur-  
bis, ac diffidiis pacem &  
concordiam, quæ inter ip-  
sos versari debuerat, solve-  
rint : hortaturque ab hoc  
malo cessare. Est autem  
dictione simplex ac perspi-  
cuus, accedensque ad Eccle-  
siasticam & inelaboratam  
dicendi formam. Repre-  
henderit verò in illis quis-  
piam : quòd extra Oceanum  
mundos quosdam existere  
supponit : deinde fortè eti-  
am, quòd Phœnicis avis  
exemplo tamquam verissimo  
utitur : tertio, quòd ponti-  
ficem præsidemque Domi-  
num nostrum Jesum Chri-  
stum appellans, illas Deo  
convenientes ac sublimes  
de eo voces non protulit.  
Non tamen etiam ullibi in  
iis Epistolis illum aperte  
blasphemat. Secunda verò  
Epistola, & ipsa institutio-  
nem ac admonitionem me-  
lioris vitæ inducit ; atque in  
principio, Christum Deum  
prædicat. Verùm dicta quæ-

# DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

xi

ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, ξενί-  
ζουσα παρεισάγει· ἂν οὐδ' ἡ  
πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς.  
Καὶ ἑρμηνείαι δὲ ζητῶν τινῶν  
ἀλλοκότους ἔχει· ἄλλως τε  
δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα  
ἐξοριμένως πως, καὶ οὐ συνεχῆ  
τὴν ἀκολουθίαν ὑπέρχε φυ-  
λάττοντα.

dam peregrina, velut è sacra  
Scriptura, subinducit : qui-  
bus ne prima quidem Epi-  
stola omnino vacat. Et  
interpretationes locorum  
quorundam alieniores pro-  
fert. Alioquin ipsa quæ in  
his Epistolis infunt sensa,  
nonnihil abjecta sunt, nec  
continentem seriem ac con-  
sequentiam servant.

*Antonius, Melissæ Lib. ii. Serm. 73. & Maximus, Lo-  
corum communium Serm. 49. citant locum Clementis, qui  
legitur Epist. i. Cap. 48.*

*Canon ultimus Apostolorum ; Liber Pontificalis, in Vita  
Clementis ; & Guill. de Nangis in Chronico MS. citatus  
à Patricio Junio, meminerunt duarum Clementis Episto-  
larum : verùm an duas istas ad Corinthios intelligant, an  
duas alias ad Jacobum, quæri potest. Certè apud Luit-  
prandum Auſtor Libri de Vitis Romanorum Pontificum,  
in Clemente, ita loquitur : Hic scripsit duas Epistolas Ja-  
cobo Hierosolymorum Episcopo, quæ Catholicæ nomi-  
nantur, &c.*

---

 RECENTIORUM  
 J U D I C I A

D E

S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

*Ex PATRICII JUNII Præfatione.*

. . . . . **C**YRILLUS, qui hodie Constantinopol  
 Patriarchatum obtinet, vir pietate & e-  
 ruditione insignis, ex Ægypto, cùm sedem Alexandri-  
 nam relinqueret, magnam librorum supellectilem secum  
 advexit; inter quos codicem omnium vetustissimum, &  
 longè pretiosissimum (in quo Veteris & Novi Fœderis  
 libri literis grandioribus, manu Theclæ nobilis fœminæ  
 Ægyptiæ, circa primi Concilii Nicæni tempora, bellif-  
 simè exarati sunt) per ornatissimum & clarissimum Vi-  
 rum Dominum Thomam Roe Equitem auratum, & a-  
 pud Tÿrcarum Imp. Serenissimi Regis nostri Oratorem,  
 cùm ex Oriente rediret, dono ad Serenissimum Regem  
 nostrum transmissit. Ad calcem venerandi hujus codicis,  
 & χειρολίου τιμαλφεστάτου, in membranis laceris adjecta  
 erat Clementis ad Corinthios Epistola eadem manu scrip-  
 ta, quam nunc bono publico & tuo usui in lucem da-  
 mus; legis Pythagoricæ non immemores, (quæ, ut Sy-  
 nefius in Dione author est, οὐκ ἐὰν τοῖς βιβλίοις ἐπιποιεῖν,  
 ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ἕπως πό-  
 τε ἔσχε τύχης, ἢ τέχνης) nihil dementes, nihil de nostro  
 addentes, non syllabam, non literam, non apicem aut  
 iota unum, fidelissimè quantum fieri potuit expressimus.  
 Voces autem deperditas, & literas vetustate exesas, spatii  
 & in-

& interstitiis accuratissimè dimensis, pro ingenioli nostri tenuitate supplevimus, & minio rubro (novo hoc & inusitato imprimendi genere) notavimus: quod à nobis consultò factum est, ne rejicientes te sæpius ad notas, molestiam tibi inutilem crearemus, vel oram libri supplementis & emendationibus crebris nimium fœdaremus; denique ne industriis felicioribus, & ingeniis *στοχαστικατέροις*, conjecturam liberam, & judicium liberius præriperemus. In reliquo etiam opere errata quàm plurima expunximus; & ut omnia quàm emendatissima prodirent, pro facultate nostra ac modulo adnisi sumus. . . . .

. . . Stylus authoris & scribendi genus primævam simplicitatem sapit, & tenera adhuc nascentis Ecclesiæ incunabula, quibus veteres Patres & Ecclesiæ primi nutritii, nihil excelsum aut elaboratum, nec ad audientiæ popularis illecebras culto sermone suctatum, in medium proferbant; sed ad divinam indulgentiam prædicandam, & gratiam ac salutem auditori procurandam (ut Cyprianus ad Donatum) verbis non disertis, sed fortibus, & rudi veritate simplicibus, utebantur. . . . . *Oxonii pridie Cal. Nov. 1632.*

*Ex EϋSDEM ΠΡΟΣΗΜΕΙΩΣΕΙ.*

. . . . . **M**AGNAM olim inter Ecclesiam Romanam & Corinthiacam necessitudinem, & animorum conjunctionem, fuisse, præter hanc responsoariam Clementis, testantur etiam Epistolæ Dionysii Corinthiorum Episcopi, quarum mentionem facit Eusebius Hist. Lib. iv. Cap. 22. quippe, quæ eisdem Apostolos Petrum & Paulum, primos fundatores haberent, & in eadem fide conspirantes, doctrinæ consanguinitate (ut verbis Tertulliani utar) pacis communicatione, fraternitatis appellatione, & hospitalitatis contestatione, tanquam firmissimo glutino, inter se invicem copularentur. Ecclesiæ autem Romanæ, non suum nomen,

## RECENTIORUM JUDICIA

men, fronti præfixit; ut modestiæ & humilitatis posteris ætatibus exemplar imitandum proponeret: & Corinthios, quos ad fraternam concordiam & humilitatem totâ hâc Epistolâ hortatur, non tantùm scripto, sed exemplo etiam suo, veram & non fucatam ταπεινοφροσύνην doceret, quæ, Basilio teste, τῶν ἄλλων ἀρετῶν θησαυροφυλάκιον est.

Quo anno autem Episcopatus ejus missa sit hæc Epistola, & an Romæ esset Clemens cùm hanc scriberet, apud antiquos nullum vestigium: probabile est, non prius scriptam fuisse, quàm in exilium relegaretur, quod factum est biennio antequam martyrio vitam finiret; quod  
 Cap. 5. ex ipsius verbis non obscurè colligi potest, ubi de Pauli laboribus, de mortis genere, & martyrii loco differens, ait, eum in finibus occidentis passum esse. Verisimile est, si in urbe tum fuisset, ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, vel aliquid ejusmodi, voluisse illum scribere. Adde quòd statim in initio, cùm tarditatem suam in rescribendo excusat, calamitatum suarum & περιπλώσεων mentionem faciat: ἀλλ' ἐπέχω καὶ οὐδὲν ὀρίζω, & ex via hac ἀβάτα, quam nemo antè calcavit, pedem refero. . . . .

*Ex HUGONIS GROTII Epist. ad amplissimum virum HIERONYMUM BIGNONIUM, in supremo Senatu Parisiensi Advocatum Regium.*

**E**PISTOLAM quæ Clementis ad Corinthios inscribitur, Vir Amplissime, ab Anglis promissam mihi jam pridem, cùm Hamburgi frustra diu expectâssem, nunc demum, postquam Francofurtum veni, viri maximi, Suecorum Regii Cancellarii vocatu, à familia Anglicani Legati accipio. Nolui verò ad moram hanc, sine mea culpa natam, aliam adjungere; quamvis nec literæ tuæ quibus responsum tam diu debeo, essent ad manum, neque librorum, quos inspectos vellem, copia.  
 Quod

Quod unum potui, Epistolam illam legi relegique aliquoties, & omnibus quantum mearum est virium expensis, aliter existimare non potui, quin hæc sit eadem quam legit Photius; cujus tempore cum extiterit, non mirum est, si ad nostra tempora in sanctioribus libris servata fuerit.

Neque verò causæ quicquam video, cur aut illa quam Photius legit, non eadem sit cum ea quam Hieronymus, & ante eum Clemens Alexandrinus, propiusque Clementis Romani tempora Irenæus, habuerunt; aut cur illi alius dandus sit scriptor, quàm is ipse Clemens Romanus, quod tanto consensu ab omnibus proditum est. Non loca tantum omnia, quæ ab antiquis adducuntur, hinc apparent; sed & res ipsæ quas observat Photius, & quod maximum, character Hieronymo dictus, ad illum qui est in Epistola ad Hebræos, accedere. Cujus causa non alia est, quàm quòd hic Clemens, ut & Lucas, & quisquis ille est Scriptor ad Hebræos Epistolæ, antequam Christiani fierent, Græcum sermonem ex eruditis auctoribus hauserant; cujus nitor, ubi non aliena dicta, aut ex Sacris Literis deprompta verba suis inserunt, sed liberiori dictione utuntur, facilè cognoscitur. Hinc illæ voces, *μεγαλοπρεπής, ἀπροσωπολήπιος, ἐιψοκινδύνας, αὐτεπαίνετος, ἐργοπαρέκλιτος, ἀξιογάπητος, μωμοσκοπέσθαι, ἑτεροκλινεῖς, ἑτερογνώμων*, & quo Lucas quoque utitur, *ἀντοφθαλμεῖν*, aliaque similia. Et ipse sermo, non ut *ἑβραΐζουσιν* in minutias concisus, sed largiùs fluens. Nam & lectum ab illo Euripidem & Sophoclem ostendunt sententiæ ex illius *Phænißis*, hujus *Ajace* translatae. Accedunt indicia non simulatae vetustatis: Quòd de Christo semper loquitur, non ut posteriores *πλατωνικώτερον*, sed simpliciter planè, & ut Paulus Apostolus solet. Alia quoque dogmata postea subtiliùs explicata tractat *ἀφελέσσειον*, & vocibus *κλήσεως, κλητῶν, ἐκλεκτῶν*, sensu planè Paulino, utitur. Quòd in Veteris Instrumenti locis purissimam

neque

## RECENTIORUM JUDICIA

neque adhuc interpolatam sequitur Septuaginta Senum versionem. Sed nec illos spernit Hebræorum libros, qui secundum Vetus Instrumentum apud Christianorum antiquissimos auctoritatem habuere. Quòd, verbis rebusque utitur desumptis ex iis, quæ Paulus, Petrus & ille ad Hebræos scripsere; non etiam ex illis libris, quæ *Evangelia* nos vocamus, quæque post *Epistolas* prodierunt. Quòd nusquam meminit exfortis illius Episcoporum auctoritatis, quæ Ecclesiæ consuetudine, post Marci mortem, Alexandriæ, atque eo exemplo alibi, introduci cœpit; sed planè ut Paulus Apostolus, ostendit Ecclesias communi Presbyterorum, qui iidem omnes, & Episcopi ipsi Pauloque dicuntur, consilio fuisse gubernatas. Nam quòd ἀρχιερέα, λειτῆρας, & λαϊκούς nominat, omnia ista nomina non ad Ecclesiam, sed ad Templum Hierosolymiticum pertinent; unde infert, omnia certo ordine agenda, si Judæis, tanto magis Christianis.

Tempus ipsum quo scripta est hæc Epistola, ego ad finem Neronis, aut certè ad eos annos, qui Vespasiani imperium antecesserunt, referam. Nam oblationum meminit, quæ in templo ex lege fierent, sicut & ad Hebræos scriptor, post cujus Epistolam hanc scriptam credo: eoque fieri ut aliqua inde sumpta suæ intexuerit Clemens. Mirum videri possit, diffidia ista Corinthiorum Christianorum ad vim usque, & ut loquitur, bellum, id est, rixam, progressa, nisi & de aliis ex Hebræa gente Christianis similia commemoraret in Epistola Jacobus. Ex iis autem, quorum ad vim usque progressa erat animi impotentia, quosdam à Magistratibus in carcerem datos, non est quod miremur. Neque enim de nihilo est, quòd Ponticis Christianis scribens Petrus tam sollicitè eos monet, μή γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεύς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός. Hæ sunt causæ, cur hanc ego Epistolam non modò genuinam arbitrer, sed & nulla in ea manûs adulteræ vestigia agnoscam.

Alteram



## DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

xvii

Alteram Epistolam, cujus fragmentum additum est, quanquam Clementis & ipsa in libris nonnullis nomen prætulit, non esse tamen ei tribuendam, etiam Veteres judicârunt : quorum auctoritati accedit characteris diversitas. Neque tamen dubito, quin primi seculi sit opus, scriptum ante constitutum Ecclesiarum consensu canonem, & fortè alterius alicujus Clementis.

Hæc quæ mihi visa, eadem libertate quâ colloqui tecum mihi concesseras, ad exactissimum de rebus omnibus judicium tuum, Vir omni ex parte incomparabilis, defero ; &c. Francofurti, 17. Julii MDCXXXIV.

Vide *Hugonis Grotii* Epist. ad Gallos, *Edit.* 1<sup>ma</sup>. 1648.

*Ex alia Epistola HIERONYMI BIGNONII ad HUGONEM GROTIUM, a. d. 28. Augusti, MDCXXXIV. data.*

**G**RATIAS tibi ago, eruditi & solidi tui judicii, de Clemente, causâ. . . . Genuinum quidem omnino monumentum hoc esse putaveram; sed suspicabar ei periodos aut voces aliquot à Librariis adfutas. Tu verò dubitatione illâ me levas, nisi quòd narratio de Phœnice me etiamnum nonnihil offendit ; quippe quæ copiosior est, & σοφιστικώτερα, quàm stylus Apostolicus patiatur. Ea fabula, quamvis à Scriptoribus Christianis postea adhibita, scriptis primi successoris Apostolorum Principis, non sat digna videtur, præsertim tot verbis exposita. Alioqui mirum videri non possit, eum esse usum opinione tunc temporis receptâ ; ut Ethnicos ad veritatem doctrinæ Christianæ plenius admittendam invitaret ; quomodo & Paulus usus est inscriptione DEI IGNOTI, quamvis sententiâ diversâ ab opinione vulgari, atque inscriptionis basi aræ insculptæ. Putabam ergo descriptionem Phœnicis adjectam ab alio fuisse nudæ ejus mentioni, à Clemente obiter injectæ ; sed in meliore tua sententia adquiesco, nec meum est tecum contendere.

PARS II.

c

*Excerpta*

## RECENTIORUM JUDICIA

*Excerpta hæc sunt è Testimoniis de Bignonio, quæ alteri Editioni Parisinæ Formularum Marculfi, anni MDCLXV. sunt præfixa.*

*Ex GERHARDI JOHANNIS VOSSII Lib. iii. de origine & progressu Idololatriæ, Cap. 99. De avibus fabulosis.*

**U**T à Phœnice ordiar; quis cordatus credat esse avem singularem, quæ seipsam igne cum solariis radiis, tum ventilatione alarum accenso comburat; ex ea in cineres versa, vel saltem medulla, aut sanguine ejus effuso, nasci vermem, qui postea alis adsumptis, hæc avis fiat, eaque unica, sed suâ resecta morte, quia perit ut viveret, atque ita simul fit parens & proles: unde & ubi par oneri, prima ei cura fit, ut (si non ex cineribus, sed medulla, vel sanguine fit reformata) patrium cadaver Heliopolin in Solis aram deferat, atque adoleat? Hæc retulisse, prope sit refutâsse. Multa adeò incredibilia in iis se offerunt. Quid quòd illi, qui ista tradiderunt, in variis ipsi dissentiant? Inter alia de vitæ spatio, ubi mira scriptorum inconstantia. Rex Æthiopiæ, in sua ad Pontificem Romanum Epistola, annos ei tribuit trecentos. Herodotus, Ælianus, Philostratus, Orus, Æneas Platonius; ex Latinis Ovidius, Tacitus, Victor, annos dant quingentos quadraginta: Plinius ex Manilio sexcentos sexaginta: Martialis & Lactantius millenos: alii, ut est apud Tacitum, MCCCCLXI: Chæremone Ægyptius, ut relatum Tzetzi, sexennium & septies millenos.

Hæc cum satis arguant, quid de ave ea sit sentiendum; tantopere tamen esse hujusmodi alitem obtinuit, ut Tacitus quoque in xiv. Annalium, licet quædam eorum, quæ adduximus, fabulosa arbitretur; ipsam tamen avem aliquando in Ægypto conspici non ambigat. Imò Tertullianus putavit, etiam Scripturas Phœnicis meminisse.

niffè. Nam Libro de refurrectione illud Pfalm. xci. five xcii. Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει reddidit, *Iustus ut phœnix florebit*: cùm debuerit, *ut palma*. Simili planè errore, ac alius in Plutarcho, ficut Mureto in *Variis* observatum, Lib. xiii. Cap. 12. ἐγκέφαλον φοίνικος, *cerebrum phœnicis* transtulit, cùm significetur *medulla palmæ*. Sanè à Davide plantam signari luculentè arguit, quod ibidem subjicitur de cedro & platano.

Sed verè hujus avis meminit Apostolorum οὐγγεγονος Clemens Romanus, Epistolâ ad Corinthios priori. . . . Sunt tamen qui hanc Epistolam abjudicent Clementi, quia naturâ avis, quæ nusquam fit, illustrare ea studeat, quæ ad cœlestem pertinent veritatem. Sed ex iis, quæ de Plinio ac Tacito superiùs dicebamus, satis videmus, illis, quibus Clemens vixit temporibus, communem fuisse eam de Phœnice opinionem. Atqui hoc sufficit in scripto ecclesiastico quidem, attamen ad καὶνὴν fidei ac vitæ neutiquam pertinente. Nec enim necesse est credamus, Clementem scisse omnia quæ facerent ad arcana naturæ. Ne id quidem credere est opus de Apostolis; licet Christus Joh. xvi. 13. promiserat, *missurum se Spiritum S. qui in omnem eos duceret veritatem*. Quippe hoc restringendum ad veritatem earum rerum, quæ ad salutis pertineant negotium: imò ne harum quidem omnium, quia Apostoli ipsi (I Cor. xiii. 9.) *ex parte viderunt ac prophetârunt*: sed omnium, quas scire est opus alteram ad vitam consequendam.

b

Ex JOACHIMI JOHANNIS MADERI  
Præfatione.

NON ergo mirum erat, si Christianismi Doctores ad rem vulgè creditam provocarent, quandoquidem & Dio asserere audeat Lib. 58. *Sexto Papinio & Q. Plautio Coss. paulò ante Tiberii obitum, in Ægypto Phœnicem apparuisse*; id quod etiam Plinius Lib. x. Cap. 2.

## RECENTIORUM JUDICIA

ex Cornelio Valeriano refert. Tacitus verò VI. Annal. 28. idem ad *Pauli Fabii* & *L. Vitellii* tempora reducit, quorum Consulatus juxta Onuphrii Fastos in annum U. C. 787. Christi 35. incidit: quæ fama nostri Clementis tempore adhuc erat recens, utpote qui juxta Anastasium Bibliothecarium anno ejus sæculi 93, secundum alios verò citius, Episcopatu Romano præesse cœpit. Quid? quòd Christianos illis temporibus Phœnicem resurrectionis symbolum cœmeterialibus tumulis inter alia insculpsisse, ex *B. Cæcilie Actis* discas: quæ id ipsum B. Maximi martyris sarcophago curavit insculpendum. Verba *Actorum*, ut ex Cod. MS. Vatic. Vallic. in *Roma subterranea novissima* Aringhus citat, hæc sunt: *Quem, Maximum scilicet, S. Cæcilia virgo sepelivit in novo sarcophago; & jussit, ut in sarcophago ejus sculperetur Phœnix, ad indicium fidei ejus, qui resurrectionem se inventurum exemplo Phœnicis ex toto corde suscepit.*

Vides ergo, quàm justè in hæc tandem verba erumpat *egregius* ille egregius: “Estne hic (Clemens scilicet) bonus, fideque dignus Apostolus & adjutor S. Pauli, qui resurrectionem carnis fabulis tam bellis potest adstruere?” & annon multò rectius judicârit illud Belgii fides, Hugo Grotius, falsò itidem illo ipso scripto verbis mox subsequens, ut rei absurdæ auctor, fugillatus, Epistolâ quadam ad Bignonium hætenus ineditâ: *De Phœnice rem fuisse eo tempore eruditæ creditam, nec eo argumento uti Clementem ut probet τὴν νεκρῶν ἀνάστασιν, sed ut ostendat ex re creditâ non esse eam τὴν ἀδυνάταν.* . . .

## LECTORI S.

. . . . . **Q**UI annos, quibus sedit Clemens, multò certius rescire avebit\*; is adeat oportet eruditissimas *Dissertationes* JOANNIS PEARSONII & HENRICI DODWELLI de *successione primorum Roma-*

\* quàm ex  
Godofredi  
Vendelini, de  
Clementis &

*næ Urbis Episcoporum*; qui viri totam Chronologiam Pontificiam feliciter illustrârunt, quamvis per omnia non consentiant. ejus Epistolârum tempore, Divinatione.

Pearsonius vult Clementem sedisse ab anno 69. ad 83. Dodwellus verò ab anno 64. vel 65. ad 81. Hic etiam Cap. xi. *Diff. de Success. Pontificum Rom.* contendit incertum esse, an Epistola Clementis prior ab eo jam Episcopo scripta sit; at certè non debuisset Episcopi nomine scribi, quamvis Episcopum jam Clementem fuisse testari videantur Hegesippus atque Irenæus. Digna sunt lectu quæ hanc in rem habet, sed prolixiora, quàm quæ huc transferantur. Idem in *Dissertationum Irenaicarum Prima*, §. xxviii. suspicatur non immeritò, Alteram, quæ dicitur, Clementis Epistolam esse potiùs *διδασχὴν*, seu ejus *Doctrinam*, ab alio scriptis mandatam, atque ex ejus concionantis ore exceptam, vel ex auditorum ab eo memoriâ exaratam. Eum, Lector, adito; quo rebus Ecclesiasticis antiquissimi ævi nemo facem hæctenus intulit fulgentiorem.

## J. B. COTELERII JUDICIUM

*de Priore Epistola S. CLEMENTIS.*

CUM quæcumque de Epistola à B. Clemente, Romanæ Ecclesiæ nomine ad Corinthiorum Ecclesiam scripta, proferri potuissent, ferè omnia partim ab Antiquis tradita, partim à Recentioribus occupata fuerint; vice Præfationis, pauca dumtaxat annotabimus ad ea Veterum Testimonia, quæ nonnihil scrupuli legentibus fortè injicerent, nisi exponerentur; ac deinde quæremus quando stylum acuerit *Κλήμης, τὸ τοῦ Χριστοῦ κληῖμα.*

Equidem ab Eusebio Lib. iii. Cap. 16. & 38. Epistola vocatur *ὁμολογουμένη, ἀγαπολογημένη πρὸς πάντας, ab omnibus*

## RECENTIORUM JUDICIA

*nibus uno consensu recepta.* Ille tamen Historicus Lib. vi. Cap. 13. refert, Clementem Alexandrinum in Libris *γραμματίων* uti testimoniis Scripturarum à quibusdam repudiatarum, nempe Sapientiæ Salomonis, Sapientiæ Siracidis, Epistolæ ad Hebræos, Epistolarumque Barnabæ, Clementis, & Judæ. Quo modo volumen ab omnibus admissum, à quibusdam rejicitur? Eam repugnantiam tolles, si dixeris, cunctos quidem Opus agnovisse pro genuino Pontificis fœtu, sed non omnes habuisse pro scripto Canonico: de primo, nullam motam antiquitus controversiam; de secundo, motam, aliis extra Canonem ponentibus, quæ sententia obtinuit, aliis intra, ut Auctor Canonum Apostolicorum, Canone ultimo, proindeque forsan & qui eos Canones in numero Sacrarum Scripturarum collocat Johannes Damascenus, quique eosdem admittunt Trullani Episcopi. Atque hujus postremæ opinionis documentum præbet antiquissimus Codex Bibliorum manu Theclæ exaratus, ex quo duæ istæ Epistolæ prodierunt; quandoquidem eas cum libris Novi Testamenti conjunctas exhibet. Neque verò quidquam causæ est, cur alias quaspiam suspiceris Apostolorum Canonis Clementinas Epistolas; quæ apud Græcos aut nullæ fuerunt, aut non seorsum lectæ, sed initio Recognitionum, Actuum Petri, Clementinorum, similisque farinæ Apocryphorum.

Ad ejusdem Eusebii observationem, imitatum esse Clementem Epistolam ad Hebræos, addi potest consimilis, de imitatione aliorum Novi Testamenti librorum, præfertimque Epistolarum ad Corinthios & Epistolarum Petri: utriusque enim Apostoli erat discipulus. Nec mirum, quòd Dominicæ ac Apostolicæ sententiæ & dictiones in ore fuerint hominum Apostolicorum, atque in usu primorum Christianorum.

## DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

xxiii

Photius Bibliothecæ Codice 126. videtur scripsisse; *αἰτιώσθη δ' ἂν τις αὐτὸν ἐν τοῦτοις, non autem ἐν ταύταις. Reprehenderit verò eum quispiam in his.*

In Libro Pontificali, ubi de Clementis vita, necnon in ejus Operis Exscriptoribus, memorantur duæ Clementis Epistolæ, æque Canonica & Catholica. Quod ita acceptum ab Auctore Libri de gestis Romanorum Pontificum, credito Luitprando, quasi ageretur de duabus primis Clementis Decretalibus ad Jacobum. Gravi, ut equidem sentio, errore. Nam si Decretales in animo habuisset Scriptor Pontificalis libri, non solum duas dixisset, verum quinque. Quemadmodum *βιογράφος* ille; qui mirâ supinitate, postquam de duabus Epistolis Catholicis à Clemente ad Jacobum datis retulit, subjungit quænam contineantur in illis duabus, & in reliquis tribus. Adde, quòd in Pontificali Opere se jungi videtur Epistola ad Jacobum à duabus Canonicis Epistolis. *Hic fecit duas Epistolas, quæ Canonica nominantur. Et infrà; Tamen in Epistola, quæ ad Jacobum scripta est.*

Circa tempus quo Romani litteras ad Corinthios dederunt, non una est Criticorum opinio. Alii assignant finem Neronis, aut certè eos annos, qui Vespasiani imperium, excidiumque Hierosolymitanum antecesserunt. Hos refellit Epistola, tum Cap. xlvii. cùm velut antiquæ meminit Corinthiorum primæ diffensionis, sub Apollo excitatæ, qui, teste Hieronymo circa finem Commentariorum in Epistolam ad Titum, Corinthi fuit Episcopus; tum Corinthiacam Ecclesiam, Veterem appellat: dumque Cap. i. v. & vi. subindicat persecutionem aliam ab illa prima Neronis. Post Neronem autem Domitianus primus Christianos persecutus est, jam eversâ Hierosolymâ. Sed Clemens, inquit viri doctissimi, meminit Cap. xli. oblationum in Templo. Quidni meminisset? cùm nunc quoque, tot elapsis seculis, par mentio idemque sermo  
haberi

## RECENTIORUM JUDICIA

haberi queat; quemadmodum legenti patebit. Alii suspicantur à Clemente exfule factas litteras, sub finem vitæ: quia Cap. v. dicit Paulum in finibus Occidentis passum esse, nec urbis Romæ facit commemorationem; & quia in initio calamitates adversitatesque suas proponit. Verùm quis credat Romanis aditam Chersonesum, ut ad Corinthios scriberent? Et verò eum qui nomine Ecclesiæ Romanæ scribebat, illa eloqui decuit, quæ Urbi, non quæ sibi convenirent; ut certè Urbi conveniunt. Unde evanescit quidquid objicitur. Alii Epistolam missam volunt anno Domini 95. fervente persecutione Domitiani. Rectiùs tamen quàm fervens, desinens notaretur persecutio; quam nimirum innuit Epistolæ principium, quæque aptior fuit ad destinandos cum litteris quinque legatos, nominatos in fine Epistolæ.

Cæterùm spes Patricii Junii de Hieronymiana Clementinæ Epistolæ Interpretatione, mihi pertenuis aut nulla est, librariorum dolos consideranti, & quò pacto ut vendibiliorem mercem haberent, odiosum Rufini nomen è principio ac fine Interpretationis Explanationum Origenis in Epistolam ad Romanos sustulerint, (quod tamen retinet Codex Thuanæ Bibliothecæ) ac favorabile Hieronymi intruserint. Quocirca suspicio tenet me, idem scelus hinc perpetratum, ac Versionem Clementinæ Epistolæ ad Jacobum à Rufino factam, Hieronymi titulo fuisse honestatam.

Denique monendus es Lector, uncis per totum opus inspersis includi ea, quæ in MS. deleta aut amissa, per conjecturam suppleta, in Editione Anglicana miniatis litteris impressa sunt.



Ex JOANNIS ERNESTI GRABII *Præfatione de S. CLEMENTIS ROMANI Scriptis, in Spicileg. Patrum Tom. i. p. 254. &c.*

... **G**ODOFRIDUS Vendelinus in Diatriba, quam *Divinationem &c.* vocat, dicit; *ejus Epistolam anno Christi 95. fervente persecutione Domitiani, perscriptam esse.* Cui sententiæ post alios subscribere videtur Cotelierius, nisi quòd desinente potiùs, quàm *fervente persecutione*, eam datam fuisse existimet. *Contrà alii assignant finem Neronis, aut certè eos annos, qui Vespasiani imperium, excidiumque Hierosolymitanum antecesserunt; quorum sententiam his ipsis verbis refert, sed mox refellit, eruditissimus Cotelierius.* Ego verò eam omnium verissimillimam, ne dicam verissimam, arbitror, motus præcipuè verbis, quæ §. xli. hujus Epistolæ leguntur: *Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia vel votiva, vel pro peccato & delicto, sed Hierosolymis tantùm; atque illic non in omni loco fit oblatio, sed ante templum ad aliare, priùs factâ à summo Sacerdote & prædicitis ministris (Sacerdotibus) oblatis inspectione ac probatione.* Quibus cùm Clemens in præsentì tempore scribat atque asserat, sacrificia in templo Hierosolymitano tunc oblata esse, istud adhuc stetit, cùm hanc Epistolam exararet, est manifestum. Miror, dum lego responsum eruditissimi Cotelierii ad hanc objectionem: *Sed Clemens, inquit viri doctissimi, meminit ibid. Cap. xli. oblationis in templo. Quidni meminisset? cùm nunc quoque tot elapsis seculis par mentio, idemque sermo haberi queat, quemadmodum legenti patebit.* Sanè si per sacrificia, quorum Clemens Romanus mentionem facit, Eucharisticæ oblationes Sacerdotum in Ecclesia Christi essent intelligendæ, (de quibus paulò præcedentia verba Josephus Medus in aureo Tractatu de *Christiano Sacrificio* Cap. 4. & Reverendus admodum Fellus in optima

## RECENTIORUM JUDICIA

Annotatione ad h. l. explicavit,) responsio Cotelerii utique locum haberet. Verùm cuivis, citata verba consideranti, apparebit, non de Christianis, sed Judaicis *Sacrificiis* sermonem ibi esse; de quibus, quomodo vel Clemens imperante Domitiano, vel nos tot post excidium Hierosolymitanum elapsis seculis scribere possimus, *ea in templo offerri* (in tempore præsentis) me haud capere posse, ingenue fateor; ac proinde in ea perfo sententia, Epistolam Clementis ante excidium Hierosolymitanum scriptam esse, ante annum scilicet à Christo nato 70. in quem istud incidit; sed post Martyrium Apostolorum Petri et Pauli, cujus in ipsa Epistola §. v. expressissima fit mentio. Atqui hoc cùm, juxta rationes Reverendi admodum Pearsonii in Annal. Paulinis pag. 25. Anno 68. contigerit; juxta Clariss. Dodwelli supputationem verò An. 64. hinc Clementem vel An. 68. vel 65. exeunte, nomine Ecclesiæ Romanæ ad Corinthios Epistolam dedisse, clarè patet.

Duo contra hanc sententiam objicit Cotelerius. Primò, quòd Clemens §. xlvii. & *primæ Corinthiorum diffensionis sub Apollo excitatæ, tanquam antiquæ*, meminert; & Ecclesiam eorum *veterem* appellaverit. . . . Sed salva res est, dummodo ipsum Clementis textum consulas, in quo haud invenies diffensionem Corinthiorum *antiquam* appellatam, sed solùm illam *ἐν ἀρχῇ εὐαγγελίου, in principio Evangelii*, accidisse leges. Denotantur autem hac phrasi, vel in genere primordia Evangelicæ prædicationis, vel initia fun-

In Addit. ad datæ particularis cujusdam Ecclesiæ, ut laudatus Dn. Reverendiss. Dodwellus aliquot ex N. T. locis probat. Quibus addo Pearsonii Differt ii. de Success. Pontif. Cap. vi. Rom. Cap. vi. §. 25. omnium clarissimum locum ex Epist. Pauli ad Philipp. Cap. iv. 15. *Scitis autem & vos Philippenses, quòd in principio Evangelii, (ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου) quando profectus sum à Macedonia, &c.* Quo modo itaque Paulus in Epist. ad Philipp. ex primo Romæ carcere, ac proinde novem circiter annis post fundatam Ecclesiam Philippensem,

datâ

## DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

xxvii

datâ, in mentem ipsis revocabat ἀρχὴν τοῦ εὐαγγελίου i. e. *prima Evangelii*, vel simpliciter in orbe, vel in specie apud ipsos prædicati, *tempora*, eâdem, ne dicam majori, ratione Clemens, in sua ad Corinthios Epistola, quindecim vel octodecim circiter annis post prædicatum apud ipsos Evangelium scriptâ, de iis quæ ἐν ἀρχῇ εὐαγγελίου contigerant, commonefacere poterat. Atque hinc etiam liquet, quo sensu Clemens Ecclesiam Corinthiacam appellaverit ἀρχαίαν, nempe quòd ἐν ἀρχῇ εὐαγγελίου, sive primis prædicati Evangelii temporibus fundata fuerit; adeò ut Ecclesia ἀρχαία, Latinè *primordialis* potiùs, quàm *antiqua* sit dicenda, ut optimè animadvertit Cl. Dodwellus l. c. ulterius observans, ævo Apostolico illas Ecclesias, quæ ante alias conditæ fuissent, honoratiores habitas fuisse, ac honoratissimas, quæ in ipsa Evangelii ἀρχῇ credidissent. Quod ut in se est verissimum, ita haud parum confirmari mihi videtur notissimo isto Irenæi loco Lib. iii. Cap. 3. ubi Romanæ Ecclesiæ dignitatem exaggeraturus, ei *maximæ & antiquissimæ* (in Græco proculdubio ἀρχαιοτάτης) *et omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus Apostolis, Petro et Paulo, fundatæ & constitutæ Ecclesiæ*, titulos adscribit; siquidem & ipsam haud serò Evangelium accepisse, exinde colligitur, quòd, antequam Paulus Romam veniret, fides ejus in universo orbe nota ac celebrata fuerit Rom. i. 8. Pari igitur jure Corinthiaca Ecclesia ob primatum temporis aliquam etiam dignitatis ὑπεροχὴν præ aliis habebat; quam in memoriam ipsis revocabat Clemens, ut ostenderet, quàm indignum sit, *audiri, firmissimam et antiquam Corinthiorum Ecclesiam, propter unum aut alterum hominem, contra Presbyteros seditionem movere*, uti verba ipsius sonant. Istud solum addo, quòd si aliquis pro sententia Cotelerii pertinaciter contendere, et ἀρχαιότητα strictè pro *antiquitate temporis* accipere velit, huic non modò negandum esse, quòd Epistola Clementis ad Corinthios ante exilium Hierosolymitanum, sed quòd omnino à Clemente

scripta sit; siquidem omni illius ætate, ac ipsâ Domitiani persecutione cessante, nulla Ecclesia ratione temporis absolutè *antiqua* dici poterat.

Secundum Clariss. Cotelerii argumentum est, quod  
*Vide suprâ pag. xxiii.* Clemens §. i. v. & vi. *subindicet persecutionem aliam ab illa prima Neronis. Post Neronem autem, inquit, Domitianus primus Christianos persecutus est, jam eversa Hierosolymâ.* Unde Lectori concludendum relinquit, Domitiani persecutione ac imperio ad finem decurrente, Epistolam Clementis scriptam esse. Verùm dum allegatos paragraphos i. v. & vi. considero, tantùm abest, ut à sententia mea dimovear, ut potius in ea confirmer. Memorat quidem Clemens §. i. *calamitates et casus adversos, qui Romanis acciderant.* Sed quare hos distinctos à persecutione Neroniana velit Cotelerius, nec verbo indicat, neque ego, textum integrum legens atque relegens, perspicere possum. Deinde §. v. Clemens iterum persecucionis facit mentionem, sed non nisi Neronis; siquidem Petri & Pauli martyria, ceu egregia patientiæ exempla, Corinthiis ob oculos ponit, quos sub Nerone passos esse constat. Et quidem notatu dignum est, quod *bonos hos, quos vocat, Apostolos, ut τὸς ἑγγιστα γενομένους ἀθλητὰς, nuperrimos athletas, laudet.* Quæ phrasis aptissima erat, si Epistola Clementis paulò post Neronis persecutionem scribebatur. Sin autem imperante Domitiano, sub quo alia persecutio in Christianos excitata fuerat, data est; sanè non Paulus & Petrus propriè *οἱ ἑγγιστα γενομένοι Martyres*, sed alii recentiores erant, quos silentio haud transiisset. Porrò laudare pergit §. vi. *πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν, οἵτινες πολλὰς αἰκίας καὶ βασάνους διὰ ζῆλον παθόντες, ὑπόδειγμα κάλλιστον ἐγένοντο, ingentem multitudinem electorum, qui inter multas contumelias multaue tormenta, propter æmulationem passi, pulcherrimo exemplo (patientiæ) fuerunt.* In quibus verbis et *ingentem multitudinem* memorat, & *αἰκίας* atque *βασάνους*, quæ propriè sunt tormenta, quibus

quibus non tam in scelus admissum animadvertitur, quàm in id inquiritur. Utraque verò nota Neronis potiùs, quàm Domitiani, persecutioni in Christianos convenit; siquidem de illa Tacitus Lib. xv. Cap. 44. *Subdidit, inquit, Nero reos & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat.* Ecce tormenta *exquisitoria* ad extorquendam confessionem, de qua mox Tacitus; *Igitur primò correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens* (nota ipsam Clementis phrasin) *hàud perinde in crimine incendii, quàm odio humani generis convicti sunt.* Et *pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.* Domitiani autem persecutio, neque tantam multitudinem Martyrum, neque adèd sœvis tormentis, è medio sustulit, & exilio magis quàm gladio ferociit; uti patet ex verbis Tertulliani illam ita describentis Apologet. Cap. v. *Tentaverat & Domitianus portio Neronis de crudelitate, sed qua et homo, facile captum repressit, restitutis etiam quos relegaverat.* Tantum itaque abest, ut S. Clemens §. i. v. & vi. aliam à Neronis persecutione subindicaverit, ceu Cotelarius affirmavit, ut potiùs ipsam Neronianam vivis coloribus depinxerit. Unde hac grassante, Epistolam Clementinam scriptam esse, firmum ratumque manet.

Porro quæritur, utrùm Clemens, jam Episcopus, nomine Ecclesiæ Romanæ hanc Epistolam ad Corinthios dederit, an priusquam Episcopatum suscepisset? Ego sanè *Vide supra* fateor, me potiùs in priorem partem inclinare, tam ob *pag. xxi.* Hegesippi atque Irenæi testimonia, quibus omnino testari videntur, schisma Corinthiorum, cujus sedandi ergo hæc Epistola scripta est, sub Clementis Pontificatu exortum esse, quàm præcipuè ideo, quòd Clementem ab ipso Petro Episcopum Romæ constitutum esse, memoriæ proditum sit; non modò in Pseudo-Clementis Constitutionibus

bus Apostol. Lib. vii. Cap. 45. inque Epistola ad Jacobum libris Recognitionum præfixâ (licet non genuinâ, tamen satis antiquâ, ac aliquamdiu ante Ruffini tempora existente) sed & à Tertulliano, cui nec ipsi ita animum adverterem, si nudè atque ex propria sententia id dixisset. Verùm cum id ex traditione Ecclesiæ Romanæ, ipsi admodum vicinæ, referat, scribens: *Romanorum Ecclesia Clementem à Petro ordinatum edit*, majori istud consideratione dignum existimo.

Præscript.  
adv. Hæreticos  
Cap. 32.

Id magis scire refert, utrùm ista, quam hodie legimus, Epistola i. ad Corinthios, sit genuina, atque illa, quam Antiqui Patres laudârunt ac allegârunt. . . . Ipsamque illam Epistolam esse, quæ olim extitit, exinde satis probatur, quia ea, quæ S. Irenæus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Hieronymus, aliique ex dicta Epistola allegârunt, in hac reperiuntur. Objici tamen posset, Irenæum Lib. iii. Cap. 3. referre, quòd Clemens in Epistola ad Corinthios post alia tradiderit, Deum ignem præparâsse Diabolo & Angelis ejus. Cui accedit *Αυτορ Responσιονιμ*, &c. ita scribens: *τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἔστιν ἡ διὰ τοῦ πρὸς κρίσις τῶν ἀσθεῶν, καθὼς φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.*

Vide supra,  
pag. ix.

Atqui de igne, Diabolo ejusque Angelis, nec non impiis hominibus, præparato, nihil in ea, quam jam legimus, Clementis Epistola i. ad Corinthios extat. Unde argui posset, hanc non illam ipsam esse, quam Pseudo-Justinus & S. Irenæus habuerunt. Verùm bene conjecit Cl. Cotelerius in Præfatione Notarum ad ii. Epistolam Clementis, dictam doctrinam, quam ultimam in enumeratione summorum Capitum prioris Epistolæ nominat Irenæus, in ultima ejus parte Clementi tractatam, ac proinde lacunâ illâ prope finem interjectâ, sive folio Codicis Alexandrini, quod intercidit, comprehensam fuisse, cum reliqua omnia ab Irenæo memorata in antecedentibus legantur:

Vide infra,  
pag. 226.

tur :

# DE S. CLEMENTIS EPISTOLIS.

xxxii

tur: adèò ut hæc objectio genuinam superstitis Epistolæ Clementis auctoritatem haud infringat.

Neque tanti est argumentum, quod suppeditat Hieronymus scribens: *Ad hos* (eunuchos) *et Clemens successor Apostoli Petri, cujus Paulus Apostolus meminit, scribit Epistolas, omnemque penè sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.* Equidem dubium aliqui moverunt, utrùm Hieronymus in his verbis duas præcisè Epistolas Clementis ad Corinthios, quas ibi non nominat, et in specie primam respexerit, cùm fortè alias quasdam, Clementi suppositas, in manibus habuerit. Verùm non necesse est eò confugere, certumque videtur, Hieronymum de duabus ad Corinthios Epistolis Clementis ista posuisse, siquidem et Epiphanius, ubi eas laudaverat, ait, Clementem *virginitatem* Hæres. xxx. §. 15. ibi *docuisse.* Respexit nimirum uterque hæc, quæ modò indicare placet, loca §. xxi. *Liberi nostri disciplinæ Christi participes sint, discant quid casta caritas apud Deum possit, quomodo timor ejus bonus sit et magnus, et servans omnes, qui in ipso sanctè versantur in pura mente.* §. xxx. *Faciamus omnia quæ ad sanctitatem pertinent, vitantes impuros et impudicos complexus, &c.* §. xlv. numeratur à Clemente inter beata et mirabilia Dei dona *ἐγκράτεια ἐν ἀγασμῶ*, *continentia in sanctificatione.* Deinde §. xxxviii. *ὁ ἀγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ μὴ ἀλαζονεύεσθω, γινώσκων ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ ἐγκράτειαν.* Quod monitum iterum repetit §. xlvi. his verbis, accuratiùs à Clemente Alexandrino, quàm in Codice Alexandrino extant, allegatis: *Sit aliquis potens in enarranda cognitione, sit sapiens in sermonum justa dijudicatione, sit agilis in operibus, sit castus ἦτω ἀγνὸς, tantò humilior esse debet, quò major esse videtur.* In fine denique §. lviii. apprecatur Corinthiis *ἐγκράτεια* & *ἀγνεία.* Et posteriora quidem loca de continentia virginali apertè loquuntur; priora verò licet castitatem in genere, ipsamque conjugalem, concernant, ab Hieronymo tamen in disputationis fervore aliorsum trahi potuerunt. Similiter in fragmento Epist. ii. ad Corinthios §. viii. legimus

gimus monitum Clementis de castitate carnis servanda, et allegatum hanc in rem dictum Christi: *τηρήσατε τὴν σάρκα ἀγνήν*, *Servate carnem castam*. Et §. ix. *Nos decet carnem, sicut templum Dei, custodire*. Deinde §. xii. citat aliud Christi effatum, quo Christus tunc venturum esse Regnum suum dixit, cùm fuerit *τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν, οὔτε θῆλυ, masculum cum fœmina, neque mas, neque fœmina*. Quorum verborum explicationem in sequentibus à Clemente datam esse, colligo ex subjuncta voce *τοῦτο*, quâ et antea explicationem mysticorum Christi verborum inchoaverat, scribens: *τοῦτο λέγει*. Sed dolendum est, fragmentum hujus Secundæ Epistolæ in hac voce præcisè desinere. Nam proculdubio hîc occasionem sumpsit Clemens de virginitate differendi, ceu Cotelarius & Colomesius in Notis ad hunc locum bene observârunt. Et alter quidem Clemens Alexandrinus Lib. iii. *Stromat.* pag. 465. dictum Christi ad continentiam à pravis affectibus iræ atque cupiditatis refert, dum scribit, *iram quidem masculâ appetitione, fœminâ verò cupiditatem significari, &c.* Sed videtur Christus, dum dixit, *Regnum suum tunc fore, cùm mas fuerit cum fœmina, neque mas, neque fœmina*, id insinuâsse quod in Canonico Evangelio Lucæ Cap. xx. 35. claris verbis ab ipso expressum legimus: *Illi qui digni habebuntur seculo illo, et resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores*. Abstinentiam scilicet à conjugali concubitu, sive virginitatem, dicto isto propriè intendit Servator; in cuius itaque explicatione Clementem de illa plura scripsisse vix ullum est dubium, ac proinde ex iis, quæ hætenus dixi, clarum, quòd Clemens sæpius de virginitate verba in his Epistolis fecerit. Hieronymus verò acriter disputans contra errorem Joviniani, eandem conjugii ac virginitatis dignitatem coram Deo statuentis, hyperbolicè ait, Clementem *omnem penè sermonem suum de virginitatis puritate contexuisse*; quales hyperbolicæ locutiones in ipsius scriptis, inque ipso illo contra Jovinianum, haud infrequenter occurrunt.



Ex E J USDEM *Præfatione*, p. 265. &c.

## De EPISTOLA II.

**P**Rimò maximè considerandum est testimonium Dionysii, Episcopi Corinthiorum, proximo post Clementem seculo florentis, cujus verba aliqua ex Epistola ejus ad Romanos excerpta nobis conservavit Eusebius Hist. Eccl. *Vide supra;* Lib. iv. Cap. 23. ita sonantia: *Hodie diem Dominicam pag. vi. sacram transegimus, in qua Epistolam vestram (Romanæ scilicet Ecclesiæ) legimus, quam quidem perpetuò deinde legentes, perinde ac Priorem illam à Clemente nobis scriptam Epistolam, optimis præceptis ac documentis abundamus.* Hic Duæ à Dionysio memorantur Epistolæ, per quas quidem utramque Clementis intelligendam, post Vendelinum, conjecit doctissimus D. Beveregius Lib. ii. *Codicis Canonum vindicati* Cap. ix. §. 10. Priorem nimirum nomine Ecclesiæ Romanæ scriptam existimat fuisse eam, quam Dionysius testatur, illâ ipsâ *Dominicâ die*, quâ hanc suam scripsit, in Ecclesia Corinthiaca lectam esse: illam verò, quæ *Posterior* vulgò dicitur, indigitari putat per eam, quam Dionysius *τὴν προτέραν διὰ Κλήμεντος γραφῆσαν* appellat, quòd scilicet prius sive ante alteram missa fuerit. Ast pace venerandi viri, cujus judicium aliqui in rebus Ecclesiasticis magni facio, huic explicationi verborum Dionysii subscribere nequeo. Quippe Eusebius alique post eum omnes unam duntaxat Clementis Epistolam in allegatis Dionysii verbis intellexerunt, ut ipse laudatus vir loc. cit. fatetur. Atqui Eusebius, et fortè etiam alii post eum, integras Dionysii literas legerant, hincque optimè sensum earum perspicere poterant; saltem meliùs quàm nos, qui quædam solùm fragmenta ab ipso conservata usurpamus. Sed et hæc ipsa alium planè nobis indicant sensum, ac satis declarant, per istam, illâ, quâ

Dionysius scribebat, die lectam Epistolam, non priores Clementis, sed ipsius Soteris vel Ecclesiæ Romanæ literas nupèr ad Corinthios scriptas, esse intelligendas. Nam tunc aliquas à Romana Ecclesia ad Corinthiacam data<sup>s</sup> fuisse, hisque Dionysium respondisse, patet, nisi fallor, ex alio Epistolæ Dionysii fragmento, quod Eusebius præcedente Lib. ii. Cap. 25. in fine recensuit, quodque ita incipit: Ταῦτα καὶ ἡμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νοθεσίας τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτῖαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκράτατε. Ita et vos tantâ admonitione vestrâ sementem, quæ Petri ac Pauli satione succreverat, Romanos scilicet & Corinthios, simul commiscuistis. Ulteriùs id colligere est ex aliis Dionysii verbis, quæ Eusebius antè citato Lib. iv. Cap. 23. descripsit; quibus ipse Soterem laudat, ob διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἀγίους, .i. e. *transmissas in usum Sanctorum copiosas opes*. Ista sanè munera non sine Epistola aliqua transmissa sunt; quam, quòd salutaria contineret monita, in sacro conventu lectam scribit Dionysius, ac in posterum quoque legendam, perinde ut illam olim à Clemente ad ipsos datam. Atque hanc cùm unicam solùm memoret, in singulari numero scribens προτέραν, haud obscurè innuit, unam tantùm Epistolam Clementis tum apud Corinthios extitisse; ac proinde Secundam, quæ ipsi adscribitur, post ævum Dionysii exeunte seculo ii. ista scribentis, à quopiam confictam esse.

*Vide infrà,* — Equidem ingeniosè excipit Cotelierius, *Dionysium Corinthium ideo unius tantùm Epistolæ Clementis mentionem facere, quia loquitur de Literis Romanorum nomine datis ad Corinthios: à Posterior Clementis, inquit, non sicut Prior, Ecclesiæ Romanæ nomen, sed Romani Pontificis, præferabat.* Sed nullam video rationem, quare Dionysius adeò subtiliter distingueret, et omisâ illâ Epistolâ, quam Clementis in propria persona scripserat, hanc solùm nomine Romanæ Ecclesiæ ab ipso datam nominare voluerit; vixque dubito, si plures unâ ejusdem Auctoris apud Ecclesiam

clesiam Corinthiacam asservatæ lectæque fuissent, scripturum fuisse, τὰς προτέρας ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφείσας.

Secundum argumentum contra Secundam Clementi adscriptam Epistolam suppeditat silentium omnium antiquiorum Patrum, apud quos nullam ejus mentionem vel citationem invenit Eusebius, ut ipsum Lib. iii. Cap. 38. *Vide supra,* fatentem audivimus, neque nos in iis, quos superstites *pag. v.* habemus, libris reperimus; cum tamen optima occasio illius citationem suggereret, imò aliquando necessitas fere mentionem ejus exigeret. Ut de Origene nihil dicam, citasset omnino Clemens Alexandrinus, qui ad eò multa ex Prima Clementis Romani Epistola Stromatibus suis inseruit, aliqua saltem ex Secunda, si ipsa extitisset, vel ei visa fuisset. Mentionem necessariò Secundæ, perinde ut Primæ, fecisset, si notam habuisset utramque, S. Irenæus Lib. iii. contra Hær. Cap. 3. ubi traditionem atque doctrinam Ecclesiæ, in specie Episcoporum Romanorum, Valentinianis et Marcionitis, alium Deum super creatorem mundi statuentibus, opponit: siquidem illa, æquè ac hæc, unum toto contextu eloquitur Deum, ac alium præter eum prorsus tacet, ab Irenæo proinde in disputatione contra dictos Hæreticos haud tacenda. — Porro suspicionem suppositionis mihi injicit iterata citatio dicti cujusdam ex Libro quodam Apocrypho, quod Epist. i. §. 23. & Epist. ii. §. 11. extat, ac ita incipit: *Miseri sunt animo duplices,* &c. et desinit verò non in istis verbis, *nihil horum vidimus,* uti character Editionis Cotelerii indicat; sed ulteriùs progreditur, in Prima quidem Epistola, usque ad ista verba, *denique una perfecta et matura,* in Secundâ autem eousque, *dehinc verò bona accipiet.* Quid enim attinebat, prolixam istam Scripturam in Posteriori ad Corinthios Epistola denuò citare, ubi jam in Priori fuerat allegata? — Istud solùm addo, haud Epistolæ formam habere istam, quæ Secunda Clementis dicitur, ipsaque inscriptione cum voto junctâ in frontispicio carere; qualis

Differt. i. in  
Irenæum §.  
29.

tamen in omnibus Apostolorum ac virorum Apostolicorum Literis, ad particulares Ecclesias datis, inque ipsa Prima Clementis, planè extat. Homiliæ potiùs quàm Epistolæ similem rectè judicavit Vendelinus, (qui tamen minùs rectè ipsi Clementi eam adscripsit) & post eum Cl. Dodwellus. Id quod facit, ut suspicer, istam fuisse unam ex Homiliis eidem adscriptis, quales plures unà fuisse, patet ex Anastasii Antiocheni Quæst. 96. ubi aliqua ex Sermone Primo Clementis de Providentia et justo judicio Dei citat. Lubens itaque subscribo judicio magni Critici Photii, Cod. 113. ἡ λεγομένη δευτέρα Κλήμεντος πρὸς τοὺς αὐτοὺς (Κορινθίους) ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. κ. τ. λ.

Cæterùm si quæras, quando Epistola illa Clementi supposita fuerit, respondeo, id Seculo iii. & quidem medio, factum esse. Nam ex suprâ dictis constat, Dionysii Corinthii, Irenæi & Clementis ætate, quæ est secunda post Christum natum, illam nondum extitisse: imò nec Origenis ævo notam fuisse haud ineptè conjectare licet, quoniam ipse nusquam eam citavit, cùm tamen non solum Primam Clementis Epistolam, sed & Recognitiones ei adscriptas allegaverit. Post Origenem itaque, sed aliquamdiu ante Eusebium, fœtus iste in lucem prodiit; qui licèt spurius sit, integrum tamen malle superstitem esse. Nunc verò non nisi partem, quæ à capite ad medium fortè se extendit, habemus, Græcè tantùm à Patricio Junio olim editam, nupèr verò Latinâ veste donatam à Cotelerio.

*Mantissa de CLEMENTIS ROMANI Epistola Priore, à  
JOANNE ERNESTO GRABIO.*

**Q**UIS aut qualis fuerit Clemens ex Testimoniis veterum, potius quàm ex recentiorum conjecturis, dignosci potest. Duo tamen in ipso reprehendere possunt οἱ κριστικῶν παιδες : alterum, quoad materiam; quòd Articulum de Resurrectione faciliè primum argumento à Phœnicis ortu & interitu it confirmatum; quasi esset res indubia & extra controversiæ aleam posita, esse Phœnicem, et fugam ipsius ad Ἡλίου βῶμον Ægyptium fieri quolibet quingentesimo anno: alterum, quoad formam, sive sermonem; quòd monitiones de tumultibus sedandis, irâ moderandâ, humilitate promovendâ, aliisque virtutibus Christianis sæpius quàm par erat, et planè ἀμεθόδως inculcet. Hæc & nonnulla alia ampullosa verba si abfuissent, credidissem sanè me Virum Apostolicum & Θεόπνευστον sub manibus conterere. Certo certius est, cùm hanc scripserit Epistolam, aliqua Apostolorum scripta divulgata fuisse, ex quibus non pauca decerpfit, ut ex Lucæ tum Evangelio tum Actis, Epistolis Jacobi & Petri Catholicis; imprimis ex Beati Pauli Epistola ad Romanos (inter quos ipse vixerit) & ad Philippenses, ubi ipse memoratur. Illi autem ad Hebræos exhibet hæc tot consimiles phraseologias, tot torrentes quasi ab isthoc fonte oriundos; ut non mirum sit utramque eidem authori Antiquitatem penè omnem ascripsisse. Prætereo enim; quòd eadem non pauca habet atque eodem sensu Clemens hic Noster, quæ ille Author, quicumque fuerat plusquam humanus; nec alius præter ipsum Novi Instrumenti scriptor nisi rarissimè iisdem utitur; v. gr. δημιουργός, ναθρός, βοηθός, ἡγούμενοι, παρεμβολή, λιθάζω, φιλοξενία, ἐγκαταλείπω, κατασκοπός, ἀπαύγασμα, εὐλαβής, σκληρύω, μαρτυρεῖν, & siqua sunt similia, utrisque communia: sententiolas etiam quasdam videtur

detur inde sumpſiſſe, & in rem ſuam accommodaſſe; quorum, in tuam gratiam, quicumque ſis horum Authorum ſtudioſus, exhibeo hanc qualemcumque ſκιαγραφίαν & πίνακα.

## Author ad Hebræos

Cap. i. 3, 4, 5, 7, 13.

iii. 2, 5.

iv. 14.

vi. 13, 14, 15:

xi. 5.

8, ad 20.

31.

37.

xiii. 1, 2.

17.

## Clemens Romanus

Cap. xxxvi. Ὁς ἀν' ἀπαύ-  
γασμα κ. τ. λ.

xliii. Πιστὸς θεράπων ἐν ὄ-  
λω τῷ οἴκῳ κ. τ. λ.

lviii. Διὰ τοῦ ἀρχιερέ-  
ως κ. τ. λ.

x. Ἀβραάμ ὁ φίλος κ.  
τ. λ.

ix. Λάβωμεν Ἐνώχ κ.  
τ. λ.

x. Ἀβραάμ. . . πιστὸς  
εὐρέθη ἐν τῷ κ. τ. λ.

xii. δ. π. κ. φ. ἐσώθη  
Ἰαάβ κ. τ. λ.

xvii. Οἵτινες ἐν δέρμα-  
σιν κ. τ. λ.

xi. Διὰ φιλοξενίαν καὶ  
εὐσίβειαν Λῶτ ἐσώθη  
κ. τ. λ.

i. Ὑποτασσόμενοι τοῖς  
ἡγουμένοις.

*Ne duæ paginæ proximè sequentes omnino vacuæ relinquantur, in iis legenda exhibentur S. BARNABÆ Dictum, Pastorisque HERMÆ Fragmentum: quorum utrumque, suprâ prætermisſum, excerptum est ex JOAN. ERNESTI GRABII Spicilegio Patrum, Tom. i.*

Dictum:

Dictum S. BARNABÆ, quod in Catholica ejus Epistola non reperitur; ex Spicileg. Patrum Tom. i. p. 302.

De S. Barnabæ & Hermæ Scriptis hinc agere nolo, quoniam vix aliqua eorum Fragmenta reperire potui, quæ non edita sint. Unam tamen Sententiam S. Barnabæ, quæ in Epistola ejus non extat, hinc describo.

Ex Codice Baroc. 39.

Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος ἔφη·  
Ἐν ἀμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώ-  
τερος ὁ νικῶν, διότι ἀπέρχε-  
ται πλέον ἔχων τῆς ἀμαρτίας.

Barnabas Apostolus ait :  
In malis certaminibus in-  
felicior est, qui vincit : abit  
enim, plus habens peccati.

Est in hoc Codice collectio quædam Sententiarum ex facris & profanis Scriptoribus, juxta ordinem Alphabeti cœpta, sed non ad finem perducta. Atque inter Auctores, quorum nomina à B. incipiunt, unicum hoc S. Barnabæ (quem Collector iste perinde ut S. Lucas & Clemens *Apostolum* vocat) Dictum reperitur; non tamen additur unde depromptum sit. Dicerem petitum esse ex *Didascalia Barnabæ*, si qua extitisset: sed cum Clementis quidem, ut & Ignatii & Polycarpi, *Διδαχῆς* mentio hinc illuc fiat, nulla autem in aliquo Auctore vel Indiculo Apocrypharum Scripturarum occurrat *Διδαχῆ* Barnabæ, hinc modò recitatam Sententiam desumptam conjicio ex *Evangelio secundum Barnabam*, quod memoratur in Decreto Gelasii, & in Indiculo Scripturarum, quem ex Cod. 1789. Regis Galliæ descriptum exhibuit Cotelierius Annot. i. ad Constitutiones Apostolicas.

Fragmentum Græci textûs PASTORIS HERMÆ,  
ex Spicileg. Patrum Tom. i. p. 303.

**U**Nicum Hermæ Fragmentum inveni in antiqua MS. Catena Græcorum Patrum in Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas, quæ est Oxonii in Bibliotheca Collegii Novi; in qua fol. 179. pag. 1. ad explanationem verborum S. Jacobi i. 6. aliqua Hermæ ex Lib. ii. Pastoris Mandat. ix. allegantur, quæ quidem & Antiochus Homil. 85. tacito Hermæ nomine sua fecit, indeque descripsit Cotelerius, attamen paulisper mutata; unde ea magis Græco textui consonantia ex dicta Catena Patrum huc transferre volui.

\* ἀπὸ fortè  
addendum.

Ἐκ τοῦ Ποιμένος ἐντολ. 9.

Ex Pastoris Mandato ix.

Ἄρον\* σεαυτοῦ τὴν διψυχίαν, καὶ μηδὲν ὅλως διψυχίης αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγων ἐν σεαυτῷ, ὅτι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαι τι παρὰ τοῦ Κυρίου. καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκῶς τοσαῦτα εἰς αὐτόν. Μὴ διαλογίζου ταῦτα, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδυστάκτως, καὶ γνώσῃ τὴν πολυσπλαγγίαν αὐτοῦ, ὅτι οὐ μὴ σε ἐγκαταλείπη, ἀλλὰ τὸ αἶτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφωρήσει. οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι οἱ μνησικακοῦντες ἀλλήλους, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησικακός ἐστι, καὶ σπλαγγνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ.

Tolle à te dubitationem, & nihil omnino dubites, petens aliquid à Deo, nec dicas intra te: Quomodo verò possum aliquid petere à Domino & obtinere, cùm sim peccator tantorum malorum in Dominum? Noli hoc cogitare, sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum. Pete sine dubitatione, et scies misericordiam Domini, quòd non te derelinquet; sed petitionem animæ tuæ adimplebit. Non est enim Deus sicut homines memores injuriarum, sed est immemor injuriarum, et misereatur figmenti sui.



---

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ  
ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α.

*Ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας γραφεῖσα.*

---

S. CLEMENTIS

EPISCOPI ROMANI

EPISTOLA AD CORINTHIOS I.

*Scripta ex Romanæ Ecclesiæ persona.*

---

ΤΟΤ ΑΓΙΟΤ

Κ Λ Η Μ Ε Ν Τ Ο Σ

ΤΟΤ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΤ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΪ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΪ Α.

Ἐκ προΪπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκληΪας γραφεΪσα.

[Ἡ ἐκκλη]Ϊα τοῦ Θεοῦ ἡ παροικουΪσα <sup>1</sup> [Ῥώ-  
μην,] τῆ ἐκκληΪα τοῦ Θεοῦ <sup>2</sup> πα[ροι-  
κού]ση Κόρινθον, κλητοΪς ἡγι[ασμέν]οις ἐν δε-

F.ELL.

VERS. ~~33~~

ad p. 33.

VAR.LECT.

Dei Ecclesia, quæ Romæ peregrinatur, Ecclesiæ Dei,

<sup>1</sup> Β. πανταχῆ τῆς Ῥώμης. <sup>2</sup> addit τῆ. J. fortè κατοικούση.

[Ἡ ἐκκληΪα.] Misere me doc-  
torum virorum, quod odio ca-  
tholicæ veritatis, studioque vanæ  
Solthene, Timotheo, Silvano, &  
hæreseos, adducti, existiment per  
hanc superscriptionem adjuvari  
errorem suum, quo Episcopis  
coæquant Presbyteros. Quia  
auctoritatem. Cur ergo, roga-  
bis, cum Clemens γυμνῆ κεφαλῆ  
potuerit literas dare, maluit latere  
sub persona Ecclesiæ? Facilis re-  
sponso. Quoniam totius Apo-  
stolicæ Ecclesiæ commune vo-  
cabatur. [Blond. Apol. pro sent.  
Hieron. p. 9.] At si rectè ex  
principiis suis voluissent argu-  
mentari, concludere oportebat,  
idem jus fuisse Laicis, ac Pres-  
byteris & Episcopis; atque hoc  
modo deterrimum rerum statum  
invehere. ἀναρχίαν, adversus  
quam Clemens totâ pugnat epi-  
stolâ, Præclarâ verò hac ratioci-  
natione conficietur, ut Paulus,  
quia scribit Epistolas, unâ cum  
fratribus universis, majorem non  
obtinuerit, quàm ultimus Chri-  
stianorum, in Ecclesiæ regimine,  
auctoritatem. Cur ergo, roga-  
bis, cum Clemens γυμνῆ κεφαλῆ  
potuerit literas dare, maluit latere  
sub persona Ecclesiæ? Facilis re-  
sponso. Quoniam totius Apo-  
stolicæ Ecclesiæ commune vo-  
cabatur. [Blond. Apol. pro sent.  
Hieron. p. 9.] At si rectè ex  
principiis suis voluissent argu-  
mentari, concludere oportebat,  
idem jus fuisse Laicis, ac Pres-  
byteris & Episcopis; atque hoc  
modo deterrimum rerum statum  
invehere. ἀναρχίαν, adversus  
quam Clemens totâ pugnat epi-  
stolâ, Præclarâ verò hac ratioci-  
& ordinem Hierarchicum non in-

---

---

# S. C L E M E N T I S

EPISCOPI ROMANI

## EPISTOLA AD CORINTHIOS I.

Scripta ex Romanæ Ecclesiæ Persona.

**E**cclēsia Dei quæ incolit Romam, Ecclesiæ Dei quæ Corinthum incolit, vocatis sanctificatis voluntate divinâ, per Dominum nostrum

quæ Corinthi peregrinatur, vocatis, sanctificatis voluntate divinâ; per Dominum nostrum Jesum Christum: ~~VERS. V.~~

fringit. Vide Sancti Cypriani adeò à fraterna illa caritate, & Ep. v. Cor. animarum zelo, quibus olim

Rectissimè statuit eruditissimus Christianorum mentes incaluerunt, quàm ex regiminis ecclesiæ Episcopos, quos vivâ voce Christianorū & individuae unitatis, quæ propter locorum distantiam erudire non poterant, per epistolas fideles universos conjunxerat, vi & monere, consulere, objurgare, interdum & universam fraternitatem alloqui & hortari non desisse. At non solum singulares necessitate, esse repetendas. Quisquis enim ecclesiæ cujusvis membrum audiebat, aliis quibuscumque protinus adnectebatur; & personæ, aut ecclesiarum præfecti, sed tota ecclesiarum universitas hoc ipsum præstabat. qui ab aliqua meruerat ejici, ab Sic Smyrnenſis ecclesia ad illam universis utique extorris habebatur. Hinc S. Ignatius ad Epistolæ Synodicæ, fidei, quam quæ in Ponto erat literas suas quæque Episcopus profitebatur, dedit. Euseb. Hist. L. iv. C. 14. indices, ortum duxere. Quæ Adeò non singularis exempli res quidem mittebantur, non oblectæ præsentis Epistolæ formula, quæ ecclesiæ Romanæ nomine per quæ causâ, ad sedem Romanam, scriptæ. Quia & observandum sed ad omnes undique ex æquo venit, instituti hujus causas non ecclesias: cui muneri minimè

λήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [Κυρίου ἡμῶν] Ἰησοῦ  
Χριστοῦ [Χάρις ὑμῶν] καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο-  
[κράτο]ρος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθεῖν,  
\* F. ἰδίως καὶ ἐπαλ-  
λήτως. ὅς [ἐφ' ὑμῶν] ἰδίου, καὶ ἐπ' ἀλλήλους.

A. [Διὰ γενο]μένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [πε-  
VERS. WOT. Gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Jesum

VAR. LECT. ὅς F. ἐφ' ὑμῶν ἰδίου, καὶ ἐπ' ἀλλήλους.

eximebatur ipse Romanus Pon- & ab Hieronymo *valde utilis;*  
tifax, testante Gelasio I. cujus Epistolæque ad Hebræos confi-  
confessio fidei, universis Darda- milis, & demum à tota Ecclesia  
nizæ Episcopis, & aliis, habetur publicè legi, & tantum non Ca-  
Ep. 1. & 2. Idem Gregorium nonica haberi, meruit. FELL.  
Magnum præstitisse affirmat Joh. Eo tempore, nulla quidem  
Diaconus in ejus vita. Imò ve- fuit Romanæ Ecclesiæ in Corin-  
rò nec vel ipsi Hæresiarchæ huic thiam potestas; nec res Christia-  
officio defuere: sed licèt ab Ec- na eo in statu erat, ut posset ul-  
clesia se ultro dividerent; eidem lus Episcopus in alium jus ad-  
tamen adhærere, ambitione satis sumere, qui parus esset ordinis.  
præposterò, usque affectabant. Sed nihil vetat, quamvis unus  
Quibus rite præstructis, facilis ad cæteris præesset, singulari quo-  
sequentem epistolam patebit a- dam jure, eum tamen auctori-  
ditus. Nimirum, quando teter- tatem dissimulasse; ne qui in  
rima seditio, illà longè impro- superiorem potestatem Corinthi  
bior quæ D. Pauli temporibus confurrexerunt, putarent rem agi  
gliscebatur, Corinthiorum Eccle- τῶν ἡγουμένων, non ipsius Eccle-  
siam divexabat; expectandum sia; atque ipsum Romanæ Ec-  
erat, ut pro Ecclesiæ lege & clesiæ corpus id probare, quod  
more, tum seditiosi, tum etiam factum erat Corinthi, quidquid  
Episcopi, per vim & nefas ejecti, de eo Ecclesiæ ἡγούμενοι sentin-  
ne non ipsa demum Ecclesia rent. Hæc causa videtur fuisse,  
malè mulctata, querelas & ἐπι- cur Ecclesia scriberet ad Eccle-  
ζητήσεις; suas, quarum mentio siam, ommissis Rectorum nomi-  
statim sequitur, interponeret: nibus, quicumque essent. CLEF.  
responsumque omnes & singuli Παροικοῦσα.] Vertendum u-  
ferrent, non ab Episcopo tan- trobique peregrinatur Roma, ἐν  
tùm, sed, quod hic factum vide- Corinthi peregrinatur, ut ostendit  
mus, ab ipsa etiam Ecclesiæ uni- Hen. Valesius in notis ad Euse-  
versitate. Quoad characterem bii Hist. Eccles. COLOM. Sic ver-  
hujus Epistolæ, licèt à decreta- terat Junius, quem temere cor-  
tium, quas Pappæ, longo inter- rexerat Cotelarius.  
vallo sequentes, imperioso stilo Negari minimè debet, παροι-  
distârunt (proximiora enim sunt κείν idem sæpissimè esse ac πα-  
supposititia) prorsus sit aliena; ρεπιδημεῖν, & proinde versionem  
ἰκανοτάτη γραφή à S. Irenæo, Junii rectissimè esse institutam;  
μεγάλη καὶ θαυμαστικὴ ab Eusebio, præsertim, cùm is nascentis Ec-

Jesum Christum: Gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Jesum Christum in vobis singulis, & mutuò erga vos invicem, multiplicetur.

I. Propter calamitates & casus adversos, qui

Christum multiplicetur. Propter subitas ac sibi in- VERS. WOR.  
vicem succedentes calamitates & casus adversos,

clesiæ status, ut sub Imperatori- tricibus Ecclesiis, & eidem E-  
bus Ethnicis, & plurimum perfe- piscopali curæ subjectæ, intelli-  
cutoribus, nullibi stabilem & gendæ veniunt. Priscis siqui-  
permanentem possideret locum; dem temporibus, idem fere erat  
sed patriam cœlestem anhelans, *paracclia*, quod nunc *diœcesis* dice-  
vitam in terris vagam & dubiam, retur. Vide Concil. Ancyranî  
tamquam hospes peregrina, trans- Can. xviii. Frustra itaque sunt  
igeret. Interea tamen adver- ii, qui, ex plurium Presbyte-  
tere licebit, *παροίκους*, non modò rorum hac in Epistola mentione,  
inquilinos & hospites, sed in rem hierarchicam concidisse autu-  
cincia habitantes cives & indige- mant, & Presbyteranæ *ισοτιμίας*  
nas, à probatissimis auctoribus imaginem & typum exhiberi  
passim dici; & non tantùm adifi- gloriantur. FELL.

gloriantur. FELL.  
'Εφ' ὑμῶν ἰδίους κ. τ. λ.] Allu-  
dit fortassè ad 1 Theff. iii. 12.  
Legendum autem arbitror ἐφ'  
τεcessoris verbis utar, πάντας ὑμᾶς ἰδίως. JUN.

accenseri: quodque ad rem præ- Vitiiosa haud dubiè est Junii  
lectio: quorsum enim est χάρις  
sentem imprimis spectat, in ma- ὑμῶν ---- πληθυνθεῖν, si legatur  
nifesto est, minores Ecclesias fa- post πληθυνθεῖν, & cum eo con-  
miliam atque nomen à matrici- nectatur ἐφ' ὑμῶν ἰδίους? Pear-  
bus ducere; unde D. Pauli Epif- sonus, si veritatem non attigerit,  
totius Achaiæ Ecclesiis inscribitur ad eam quàm proximè  
ad 2 Cor. i. 1. Insuper collecta conjectando accessit. Clausæ enim  
Hierosolymas mittenda, 1 Cor. sententiâ, & finitâ salutatione  
xvi. 1. & 2 Cor. viii. 19. ad totam sequuntur cum γενομένης ἡμῶν  
Achaiam pertinuit; ut constat συμφορᾶς, legitque δι' αἰφνιδίους  
ex Rom. xv. 26. 2 Cor. ix. 2. καὶ ἐπαλλήλους γενομένης ἡμῶν  
Pari ratione, cum apud Euseb. συμφορᾶς καὶ περιπτώσεις. WOT.  
L. iv. C. 14. Smyrnenfis Ecclesia Hic ex accuratori MS. inspec-  
Epistolam suam inscribit, ταῖς tionem legit, διὰ τὰς αἰφνιδίους  
κατὰ Πόντον παροικίας, & Dio- καὶ ἐπαλλήλους τὰς γενομένης  
nysius τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας, η. σ. κ. περιπτώσεις, aut διὰ τῶ-  
Philippus τῆς Γορτυναίων παροι- νους ἡμῶν ἰδίους καὶ ἐπαλλήλους,  
κίας, Episcopi perhibentur; utro- καὶ γενομένης κ. τ. λ.]  
bique regiones omnes istis ma- διὰ γενομένης συμφορᾶς κ. τ. λ.]

\* F. βρά-  
 διον.  
 \* F. νομί-  
 ζομεν.  
 \* L. ξένος.  
 \* J. G. p. 83.

ριπ[ί]ώσεις, ἀδελφοί, βράδειον<sup>2</sup> [δυσο]ίζο-  
 μεν ἐπιστροφὴν πεποι[κέν]αι, περὶ τῶν ἐπιζη-  
 τουμένων [πα]ρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπῆτοί,  
 τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ<sup>3</sup> ξένοις τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ  
 Θεοῦ, μιὰς καὶ ἀνοσίου στάσεως, ἣν ὀλίγα  
 πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, εἰς  
 τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν  
 καὶ περιέσπτον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπη-  
 τον, ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι.  
 Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανά-  
 ρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἔδοκίμασεν;  
 τὴν τε σώφρονα καὶ<sup>4</sup> ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέ-  
 λειαν οὐκ ἔθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς

VERS. WOT; qui nobis acciderunt, tardiùs, fratres, nosmet-ipsos  
 convertissè existimamus ad ea, quæ fuerunt quæsitæ  
 à vobis, dilecti; & feditionem impiam ac detestan-  
 dam, inter vos ortam, Deique electis peregrinam &  
 alienam; quam pauci homines temerarii & audaces

VAR. LECT. <sup>1</sup> J. B. ἀδελφοὶ ἀγαπῆτοί. <sup>2</sup> B. ἀναγκαζόμεθα?  
<sup>3</sup> J. B. delent. <sup>4</sup> MS. ἐπιεικῆν.

Ex hisce verbis colligit Junius, commodius ab iis, qui Romæ  
 verisimile esse, hanc Epistolam erant, scribi posset? An credibile  
 fuisse conscriptam à Clemente in etiam est, Clementem exsilii sui  
 exilio constituto. Sed puto, bo- ne minimam quidem mençio-  
 næ fidei rem non esse, siquis nem facturum fuisse? CLER.  
 alieno nomine literas mitteret, [δυσοίζομεν.] Vox per conjec-  
 quo tempore constaret eum pe- turam Junii restituta, quæ ta-  
 regre versari, nec convenire aut men vix alibi quàm apud Hesy-  
 alloqui eos posse, quorum verbis chium reperitur, qui δυσοίζειν  
 se scribere profiteretur. Præterea per φορεῖσθαι & ὑποκτεύειν red-  
 solennis illa legatio, quæ in calce dit. Simplicius νομίζομεν. FELL.  
 recensetur, argumento erit, hæc Legit Junius δυσοίζομεν, satis  
 ab insula, aut metallo, minimè incommodè proculdubio, poeti-  
 fuisse transmissa. FELL. cum sit vocabulum, nec

Satis jam omnibus constat, usquam nisi apud poetas, raro  
 hanc Epistolam scriptam fuisse, quæ apud ipsos, occurrat. WOT.  
 circa I. Vespasiani annum, qui Subjicit, Millium & Grabium,  
 est Æræ Christianæ lxix. Quis quorum uterque Junii editionem  
 credat, Clementem exsulantem, cum MS. contulerat, in suis co-  
 nomine Ecclesiæ cui præferat, dicibus reposuisse νομίζομεν.  
 Epistolam scripsisse; cum multo Legendum videtur βραδείαν

# AD CORINTHIOS. EPI. 7

nobis acciderunt, Fratres, tardiùs nos animum adjecisse videmur ad eas res, quæ à vobis, Dilecti, quæsitæ sunt; & ad seditionem impiam ac detestandam, Dei electis peregrinam & alienam; quam pauci homines insolentes & audaces in tantum vecordiæ inflammârunt, ut venerabile, & illustre, & ab omnibus amari dignum, nomen vestrum magnopere blasphemetur. Quis enim apud vos diversatus, omni virtute plenam, firmamque ac stabilem fidem vestram non probaverit? sobriam & moderatam in Christo pietatem non est admiratus? magnificentiam hospiti in tantum insolentiæ accenderunt, ut honorificum & illustre nomen vestrum, & ab omnibus amari dignum, vehementer blasphemetur. Quis enim apud vos diversatus, omni virtute plenam, firmamque ac stabilem fidem vestram non probavit? sobriamque & moderatam in Christo pietatem non est admiratus? & splendidos ac li-

Citatur à Clem. Al. Strom. iv.

VERS. WOT.

δοκίμοιεν ἐπιστροφῆν κ. τ. λ. hoc est, si ita loqui Latinè liceret, seram videbimur animadversionem fecisse, de iis que quærebatis. Sensus est, videbimur sero ad animum revocâsse.

CLER. [Ἐπιστροφῆν πεποιμέναι.] Ἐπιστρέφουσι, & ἐπιστροφῆν ποιεῖν est, curare, animadvertere, animum adhibere vel adjicere.

JUN, [Ἐἰς τοσοῦτον ἀπονοίας.] Hoc est tanto furore inflammârunt; vel ita inflammârunt, ut rem ad tantum furorem adduxerint; ut &c. CLER.

In tantum superbiæ sive insolentia accenderunt. WOT. Hanc loquendi rationem viris eruditis tolerabilem visam fuisse miror: non enim seditionem in tantum vecordia, vel superbiæ inflammârunt Schismatici; sed hoc eorum fastu, vel temeritate, contigit. Id olim videns Joan. Boisius le-

gendum conjecit, εἰς τοσοῦτον, ὑπὸ ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, usque addeò, præ superbia accenderunt: ad Auctoris mentem rectè quidem. Sed minore mutatione reponendum, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας, vel ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, in tantum, per adrogantiam, vel stultam audaciam, inflammârunt.

Nam ἀπόνοια σημαίνει δύο, τὴν ὑπερηφάνειαν, καὶ τὴν θρασύτητα, sicut ait Etymologici Magni scriptor; & huc convenit vel hæc, vel illa significatio. DAV. Optimè, ut in Vet. Glossis: Ἀπόνοια, contumacia, dementia: ἀπονοία, temeritate. Ἀπονεονμένος, temerarius, demens. Vide Theophrasti Char. C. vii. περὶ ἀπονοίας, & C. xxv. περὶ ὑπερηφάνειας, & ad illa Casaubonum. CLER.

[Ὀνομα.] Nomen hic est exstimatio. CLER.

φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τετ-  
 λείαν καὶ ἄσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν;  
 ἄπροσωπολήπῳ γὰρ πάντα ἔποιεῖτε, καὶ  
 \* Clemens Al. ἐν τοῖς νομίμοις. τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ ἔπορεύεσθε, ὑποτασσόμε-  
 νοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῶν πρεσβυτέ-  
 ροις νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπιτρέπετε  
 γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἀγνῇ συνει-  
 δήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργού-  
 σας καθηκόντως τοὺς ἀνδρας αὐτῶν ἐν τῷ  
 κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ  
 τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουρῆν ἐδιδάσκετε, πάνυ  
 σωφρονούσας.

VERS. WOT. berales hospitalitatis vestrae mores non praedicavit? & perfectam certamque cognitionem vestram non beatam existimavit? Omnia enim sine personarum intuitu à vobis fiebant, & in Dei legibus ambulabatis, praepositis vestris subditi, & Presbyteros, qui sunt inter vos, debito honore prosequentes. Juvenibus, ut mode-

VAR. LECT. ἄσφαλῆν. ἄπροσωπολήπῳ. ἔποιεῖται. ἔπορεύεσθαι. καθήκουσαν. ναίσις. B. ἐπισκήπτετε. καὶ πάνυ σωφρονούσας, τὰ κατὰ κ. τ. λ.

Τοῖς νόμοις.] Clemens Alex. Daniel, ἐν τοῖς νόμοις ἐπορεύεσθε ἐν τοῖς νομίμοις. Quae genuina semel reperitur: sed versio illa lectio, ut ex Cap. iii. & κl. liquet. COLOM. Nuspiam, quod memini, apud Lxx. vel in Novo Testamento, νόμοι effertur pluraliter pro legibus vel praecipis Dei; sed tantum singulariter, denotans Dispensationem sive Legem, vel moralem, vel Mosaicam, vel Christianam, praecipue verò Mosaicam; cum Christiana Dispensatio fere ubique vocetur Evangelium. Divinae autem leges ubique nuncupantur ἐντολαί, προτάγματα, κρίματα, κρίσεις, διαταγαί, μαρτύρια, & δικαιώματα, nusquam νόμοι. In libro quidem νόμοις, juvenibus, qui sequuntur.



# AD CORINTHIOS. EP. I.

9

talitatis vestræ non prædicavit? perfectam, stabilemque cognitionem vestram non judicavit beatam? Omnia enim sine personarum acceptione à vobis fiebant, & in Dei legibus ambulabatis, præpositis vestris subditi, & seniores inter vos debito honore prosequentes. Juvenibus, ut moderata & honesta sectarentur, mandabatis; mulieribus, ut in inculpabili, sancta, & casta conscientia, omnia peragerent, diligendo maritos, prout officium postulat, denunciabatis; utque, in obedientiæ canone se continendo, res domesticas cum omni temperantiâ administrarent, docebatis.

rata & honesta sectarentur, mandâstis: mulieres in inculpabili, honesta, & casta conscientia omnia peragere justis, diligentes maritos suos, prout officium postulat; & in obedientiæ canone se continent, res domesticas cum gravitate administrare, docebatis, omnino honestè se gerentes. VERS. WOR.

Hæc verò sunt violenter detorta Ecclesiæ. Eadem ratio suadet, à viro docto, dum ὑποθέσει δουτοῖς παρ' ὑμῶν πρεσβυτέρους intel- λεύει. Si Clemens ageret de seditio- ne erga magistratus Ethnicos, non de magistratibus Corinthiorum, qui erant Ethnici. Nec vetat oppositio τῶν νεῶν, que sequitur: potuere enim ju- niores quidem Christiani in Seniores munere, non minùs quàm præeunt, sive in Republica, sive in Ecclesia; voci tribuenda est

alterutra potestas, prout res, quæ agit, postulat. Vide Hen. Hammondum ad Heb. xiii. 7. ἡγερέφετε, i. e. à teneris insti- tuebatis & imbuebatis. JUN. Verbum ἐπιτρέπω jubendi vim habet in Theodoreti Therap. vii. discordiæ in Ecclesia, quâ fiebat, & in Clementinis Hom. iv. C. i. ut nonnulli adversarentur ἡγου- DAV.

μένους, quâ voce proinde significatur tantum ἡ, qui præerant Οἰκουργεῖν.] Non satis Christianæ matrisfamilias οἰκουρέτω,

B'. Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονεύομενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, <sup>1</sup> μᾶλλον διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέχοντες <sup>2</sup> τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, <sup>3</sup> ἔστερτισμένοι ἢτε τοῖς σπλάγχθοις, καὶ τὰ <sup>4</sup> παθήματα αὐ-

VERS. WOT. II. Omnes humili animo eratis, in nullo inani gloria-  
tioni dediti, *aliorum jure* subjecti potius quam *alios vobis*

VAR. LECT. <sup>1</sup> MS. ἡδίων. <sup>2</sup> J. B. C. τοῖς λόγοις. <sup>3</sup> J. οἱ ἐνε-  
στερτισμένοι ἦσαν. B. ἐνεστερτισμένοι ἢτε αὐτὸν. <sup>4</sup> J. μα-  
θήματα.

*domum curare*, nisi fortis illius mulieris ad instar, quam Solomon Prov. ult. describit, manum operi admoveat. Σεμνῶς οἰκουρεῖν est decorè aut *cum matronali gravitate administrare*.  
FELL.

Si, quæ sunt uxoris antea definitis, statuamus ἐν τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας non referri ad præcedens γυναιεῖν, & connecti cum στεργούσας καθηκόντως; sed periphrasim esse, & denotare ancillas, rebus domesticis, præsertim fervilibus, operantes; haud dubio legendum est οἰκουρεῖν, & sententia hoc modo vertenda est, & eas, quæ sunt in canonè obedientia, rebus domesticis cum reverentia operari docuistis, omnino honestè se gerentes.  
WOT.

Insolens & dura loquendi ratio: cave verò cum Boïsio reponas οἰκουρεῖν, hæc enim pura putata est ταυτολογία. Non incommodè quidem Junius αὐτουργεῖν rescriptit; ego tamen ὑπουργεῖν, exsequi, legendum censeo. DAV.

Πάντες ἐταπεινοφρονεῖτε.] Ad locum 1 Pet. v. 5. respexisse hîc Clementem nostrum arbitror,

Πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομίσασθε. Unde infra ἐνδυσάμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφροῦντες; & passim in hac Epistola Corinthios, ut humilitate se ornent, & humilitatem cum concordia induant, hortatur: quæ cæterarum virtutum meritò à Basilio θεσαυροφυλάκιον vocatur; & à Chrysostomo, μήτηρ, καὶ ρίζα, καὶ τροφὸς, καὶ ὑπόθεσις, καὶ σύνδεσμος, τῶν ἀγαθῶν. JUN.

Μᾶλλον διδόντες.] Alludit ad locum Act. xx. 35. Μακάριόν ἐστι διδόναι, μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. JUN.

Ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι.] Fortè doctrinam salutis, ex sacris Scripturis haustam, intelligit, ut Basilius ad Meletium Ep. 56. ὠφέλιμα διδάγματα ἢ ἐφόδια πρὸς τὸν ἐνεστώτα αἰῶνα, καὶ τὸν μέλλοντα: Sic Cyrillus Hierosol. Cat. v. Vel potius τὰ βιωτικὰ, ad victum & vestitum necessaria, intelligit, ut 1 Tim. vi. 8. Ἐχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τοῦτοις ἀρκουθήσθε. & Heb. xiii. 5. ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. JUN.

Perinde est, sive de animi, sive

II. Omnes humili animo eratis, nullatenus superbientes, magis subjecti quàm subjicientes, dantes potiùs quàm accipientes: Dei viatico contenti, & verbo ejus diligenter attendentes, dilatati eratis in visceribus; ejusque passiones

subjicientes, *lubentius dantes quàm accipientes*: Dei viatico contenti, & ad verba ejus diligenter attendentes, intimè recondita in visceribus servabatis; ejusque passio-

Vers. Wort.

etiam corporis, viatico, hæc intelligantur: sensus enim de utrovis rectè constabit. FELL.

Προσέχοντες τοὺς λόγους.] Certum est, apud paulò ἑλληνικοτέρως loquentes, verbum προσέχειν conjungi cum Dativo: attamen, apud Lxx. sæpe conjungitur hoc verbum cum Accusativo. Ad λόγους referri debet ἐστερνιασμένοι vel ἐνεστερνιασμένοι. CLER.

Ἐστερνιασμένοι.] Clementi ἐστερνιασμένοι sunt, qui Latinis pectorosi, homines lati capacisque pectoris. Respexit dubio procul ad 2 Cor. vi. 11, 12, 13. ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἡμῶν. --- πλατύνθητε καὶ ἡμεῖς. Quocirca suspicari quis possit, particulam ἐν ἐ Clementino textu excidisse. Cor.

Στερνίεσθαι vel ἐνεστερνίεσθαι τοῖς σπλάγχνοις, pectorari, ut sic loquar, visceribus, idem est, quod Latinè diceretis, in animum admittere. Hefychius quidem & Suidas interpretantur ἐνστερνιασμένος, περιπτυσάμενος, complexus, quia hoc fit pectora conjungendo. Hinc complexi hic visceribus dicentur, qui in intima viscera id, de quo sermo est, adferint. Postea verbum hoc frequentius à Scriptoribus Christianis

usurpari cœpit: cujus etiam intenditur significatio, additis verbis τοῖς σπλάγχνοις. CLER.

Τὰ παθήματα αὐτοῦ.] Hæc verba produlubio referri debent ad precedens Θεοῦ unde faciliè evinci potest, si fides Clementi sit habenda, Christum esse Deum; immeritoque à Photio malè haberi Sanctum Patrem, quòd nimis humiliter, de divina Christi natura, sensitse videatur. Cor. Wort.

Ad hunc locum, τοῖς ἐφοδίοις --- ὀφθαλμῶν ὑμῶν, allussisse Auctorem Constitutionum Apostolicarum, in Proœmio operis, conjicit Pearsonus. Ὁπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐνεστερνιασμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, βαντίσματος μέτοχοι τοῦ τιμίου καὶ ἀθάτου αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ubi ὀπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ respondet, τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκοῦμενοι, cum ista ἐφόδια sint commeatus, & apparatus, quibus opus est in militia nostra Christiana; καὶ ἐνεστερνιασμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ respondet, καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐστερνιασμένοι ἥτε τοῖς σπλάγχνοις; & βαντίσματος μέτοχοι τοῦ τιμίου καὶ ἀθάτου αἵματος τοῦ Χριστοῦ respondet, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Wort.

τοῦ ἦν πρό ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιίαν, καὶ πλήρης πνεύματος ἀγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγένετο· μέστοί τε ὀσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς <sup>6</sup> πεποιθήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς

hac ipsa Epistola, τῆς προσφορᾶς mentio: ubi etiam Episcopi describuntur hoc charactere & elogio, quod sint προσενέγκοντες τὰ δῶρα. In quem sensum θεοφόρος Ignatius, nequidquam reclamante plagoso S. S. Patrum Orbilio, Dalleo, ait ad *Smyrneneses*, non licere absque Episcopo οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομιζέιν. Nec aliter Justinus Martyr, tum elementa ad Eucharistiam adhibita, tum ad Eulogias abfentibus mittendas destinata, *Apol. II.* disertis verbis προσφορὰς appellat. Sed apertissime omnium Irenæus L. iv. C. 39. rem totam exequitur. *Dominus*, inquit, *discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati: quod sæpius ingerit C. 33. & 34. ut & alibi passim. Quibus succinit B. Cyprianus De opere Ἔς eleemosyna, quem fere descripsit D. August. Serm. 13. de temp. dum ait, Oblationes quæ in altari consecrantur offerte: erubescere debet homo idoneus, si de aliena obla-*

λείσθαι, καὶ οὐκ εἰκῆ ἢ ἀτάκτως [ἐκέλευσεν] γίνεσθαι, ἀλλ' ὠρισμένοις καιροῖς καὶ ὧραις. ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὠρισεν τῇ ὕπερτάτῃ αὐτοῦ βουλῆσει· ἴν' ὁσίως πάντα γινόμενα ἐν εὐδοκῆσει, εὐπρόσδεκτα εἴη

VERS. FELL *facra perficere: neque temere vel inordinate voluit ista fieri, sed statutis temporibus & horis, ubi etiam & à qui-*

VAR. LECT. 3 ὑπερτατω.

*tionem communicet.* Atque hanc ipsam ob causam *oblationum* vox tam frequenter apud antiquissimos Ecclesie Patres occurrit, præsertim ubi de Eucharistia mysteriis agitur; ut & in *Missali Romano*; imò verò & in Ecclesie nostræ Anglicanæ solenni Officio etiamnum retinetur. Nimirum, ut sacratissima Eucharistia Mysteria τὰ εἰρηνικὰ five *pacifica* omnino videri possent, par erat, ut qui sacris operaretur, *munera* sua Deo offerret, cumque eadem participaret, sacræ admotus mensæ, numinis conviva fieret, possetque, ut D. Pauli verbis utar, *θυσιαστήριου μίττειν*. Porro adverti debet, eam fuisse primitus, non modò Eucharistia, sed & *Oblationum* religionem, ut ab illa detineri ἀφορισμοῦ five Excommunicationis gradus haberetur; & proinde apud sacros *Canones*, præsertim *Ancyranos*, κοινωγία χαρὶς ἀποσφορᾶς, tanquam districtioris censuræ, & segregatiōnis nota solebat irrogari; ut cunque hoc minùs observatum à viris undequaque doctissimis, quibus ad Missæ sacrificium per omnia intentis, rem fatis

manifestam perspicere non vacabat. Quinimo in gravissimam inexpriabilis delicti pœnam cedebat, si cui post mortem animadversio illa prorogaretur; nec in veniæ indultæ fidem, *oblationes* defuncti nomine, quasi postliminio reciperentur: adeo Deo & sacris elargiri, non *jaçtura*, sed *privilegium* & *lucrum* nascente Ecclesia habebatur. FELL.

[Ὀρισμένοις καιροῖς καὶ ὧραις.] *Omnibus tempus determinatum est, & opportunitas omni negotio sub cælis*, inquit vir Sapiens, *Eccl. iii. 1.* Serio dolendum, si paratas sibi habeant voces levissima vitæ munia; sola pietas, in cujus obsequium vita ipsa, & omnia ævi spatia concessa fuerant, temporis limitibus excluderetur. Re verâ septimum diem humano generi à condito mundo, maximis, hoc est, suis auspiciis sanctum voluit Deus. Unde postquam in ejusdem ἀλιγνείας, novam reparati orbis Epocham instituisset, paribus eam privilegiis, & quasi insulis donavit, & τῆς κυριακῆς sacrosancta facta est religio. Quinetiam quandoquidem Salvator noster pietatem discipu-

perfici, neque temerè vel inordinate fieri præ-VERS. COT.  
cepit, sed præfinitis temporibus & horis: ubi  
etiam & à quibus celebrari vult, ipse excelsissimâ  
suâ voluntate definivit: ut purè & sanctè omnia  
facta in beneplacito, accepta essent voluntati ejus.

bus peragi vult, ipse excelsissimâ suâ voluntate defi-VERS. FELL  
nivit, ut religiosè omnia secundùm ejus beneplacitum  
adimpleta, grata & accepta ipsius voluntati essent.

lorum suorum, Mosis sequaci-  
um κατωβιώματι superare volu-  
it; apud quos, ultra Sabbati  
solemnia, secunda & quinta  
Sabbati habebantur Sacrae, ne,  
ut ait Maimonides, *Tepbilla u-*  
*bircath Cohenim* C. xii. n. 1.  
trium dierum spatio auditione  
cessaretur; (unde fluxit mos je-  
junandi *dis τοῦ σαββάτου*, cujus  
mentio Luc. xviii. 12.) par  
erat ut iisdem saltem interval-  
lis, apud Christianam pietatem  
professos, sacra redirent mu-  
nia; quod utique factum, ni-  
mirum stationum diebus ad  
quartam & sextam promotis,  
quod passim ex Tertulliano dis-  
cimus, & etiam à Clemente  
Alex. qui eas *τετράδα καὶ α-*  
*ρασκευὴν*, sive *Ἐρμού καὶ Ἀρροσί-*  
*της* appellat; licèt diu sit, ex  
quo Romana Ecclesia ab anti-  
quissima hac praxi desciverit.  
In minoribus temporis inter-  
vallis consimilis omnino ratio;  
eas enim, quæ in Ecclesia Ju-  
daica receptæ fuerant, vices,  
non à Domino nostro tantùm,  
sed insuper ab Apollolis agni-  
tas videmus: proinde Act. iii.  
1. *τὴν ὄραν τῆς προσευχῆς*, solen-  
nioris officii causâ, D. Petrum  
& Johannem in Templum per-

duxisse, verbis disertis dictum  
est. In Synagoga, licèt lege  
nullâ de precibus caveretur,  
singulis diebus tres recurre-  
bant earundem vices *נמצאו*  
*התפלות בכל יום שלש*  
*ערבית ושחרית ומנחה*  
Maimonides *Jad. de precibus* &  
*benedict. sacerd.* C. i. 4. quas  
etiam Christianæ Ecclesiæ mo-  
ribus receptas Tertullianus in  
*Lib. de jejuniis*, Cyprianus *de*  
*oratione*, necnon Hieronymus  
*ad Lætam* & *Demetriadem*, ne-  
scire nos vetant. Addi his  
non injuriâ poterit, tam egre-  
gium horarum sacrarum ulum  
fuisse ad promovendas pietatis  
rationes, ut Julianus Apostata,  
postquam pro comperto habu-  
isset, fidem Christianam vi &  
injuriis non posse superari, at-  
que imitationis tyrannide de-  
moliendam statuisset, Genti-  
lismo suo introducendas cura-  
vit *ἀρῶν τε ἡμερῶν καὶ ἡμερῶν τε-*  
*ταγμένας εὐχάς*, teste Sozome-  
no Lib. ix. C. 15. Quod e-  
tiam Apollonium Tyanæum  
fecisse discimus à Philostrato  
*Vita* ejus Lib. iv. c. 8. Apud  
Turcas eundem invaluisse mo-  
rem nemo est qui nescit.  
FELL.

τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοιis καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφοράς αὐτῶν; εὐπρόσδεκτοὶ τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτυροῦσιν. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομένοι εἰσὶν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευίταις ἴδιαι διακονίαι ἐπικεννται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προσταγμάσιν δέδεται.

VERS. FELL Qui igitur præfinitis temporibus oblationes suas faciunt; accepti & beati sunt: Domini enim mandata sequentes, non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munera

VAR. LECT. 4 ἐπικεννται.

Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ κ. τ. λ.] Non adeo laudaret Apostolicus noster ordinem, ac diversa officia Pontificis, Sacerdotum, Levitarum, atque Laicorum; si, quemadmodum Heterodoxis placet, religio Christiana Pontificatum sustulisset, nullumque voluisset esse munus peculiare Pontificis, quod non etiam competeret Sacerdotibus; ipsis quoque pontificibus. Laudat; quia docente Hieronymo, in utroque Testamento alium ordinem Pontifex tenet, alium Sacerdotes, alium Levitæ; atque traditionibus de veteri Lege descendentibus, successerunt Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Aaroni, & filii ejus, & Levitis. 2 In Joſuin. 15. & Epist. 85. COT.

λαϊκὸς ἄνθρωπος.] Nulla tam misera, tam addicta servitus est, quam δουλεύοντες τῇ ὑποθέσει. Aliàs viri doctissimi Salmasius & Seldenus, ut alios mi-

norum gentiam criticos præteream, Calvini aut Erasmi placitis addictos, nunquam tam graviter in arte quam profitebantur lapsi essent, ut dicere sustinerent, olim Presbyteros fuisse Laicos; & Laici vocem, quatenus Clero contradistinguitur, seriùs in Ecclesia obtinuisse. Ignatii loca non affero; siquidem novatores, quando ejus auctoritate premuntur, breviter se expediunt, dicendo ψευδογράφον eum, aut interpolatum. FELL.— Cùm tam pauca sint Hellenistarum Judæorum scripta; quæ ad nos pervenerunt, mirum non est, loca proferri non posse, è quibus liqueat, Sacerdotes & Levitas dictos κληρον & κληρικῶδες: poterunt tamen iis nominibus, duplici de causa adpellari. Prior quidem est, quòd, quamvis totus populus Hebræus dictus fuerit κληρος τοῦ Θεοῦ, attamen singulari ratione Sacerdotes &



Qui ergo assignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti & beati sunt: nam qui sequuntur leges Domini, non aberrant. Summo quippe Sacerdoti sua munia tributa sunt; & sacerdotibus locus proprius assignatus est; & Levitis sua ministeria incumbunt: homo laicus præceptis laicis constringitur.

tributa sunt, sacerdotibus locus proprius assignatus est, & Levitis sua ministeria incumbunt. Laicus præceptis laicis constringitur.

Levitæ potuerint etiam sic dici, cum eos sibi secrevisset quasi peculiarem suam *sortem*; quod soli cultui publico Dei consecrati essent & vacarent. Altera verò, quod Deus eorum vicissim fuerit κληρος, ut liquet ex verbis Moysi Num. xviii. 20. Voces  $\text{קָלָה}$  *bhelek* &  $\text{נַבְבָּלָב}$  *nabbalab* possunt κληρος verti, & posterior quidem κληρονομία à LXX. transfertur. Qua de causa, potuerunt posteri Aharonis κληρος & κληρικὸς dici; eò quod κατ' ἐξοχὴν Deum haberent quasi κληρον; & κληρικὸς essent, hoc est, fortis illius divinx participes. Ad vocem verò λαὸς quod adinet, cum Levis & Aharonis posteritas eo nomine non minus contineretur, quam alii Israëlites; at tamen frequenter, ubi agitur de facris, *populus* dicuntur reliquæ tribus Israëlitis. Hinc 1. Sam. xxii. 4.  $\text{לֶחֶם}$  *lebhem* *hbol*, panis prophanus, hoc est, panes quos cuivis ἐν τοῖς λαοῖς comedere licuit, dicti sunt ab Aquila, Symmacho & Theodotione ἄρτοι λαϊκοί. Similiter spatium quod Ezech. xlvi. 15.  $\text{לֶחֶם}$  *hbol* dicitur, & ab Aquila

versum est βίβλον, Symmachus & Theodotion λαϊκὸν translulerant. Hinc & Aquila, novorum vocabulorum inventor, sæpe usus erat verbo λαϊκῶν, pro eo quod est *profano*. Vide Fragmenta Vett. Intt. Deut. xx. 6. xxviii. 30. Ezech. vii. 21. Hinc credibile est, vocem λαϊκὸς usitatam apud Hellenistas Judæos, ut significaretur à Tribu Levis, aut etiam profapia Aharonis *alienus*. Quibus verisimile fit, jam à primævis scriptoribus Christianorum, qui Judæorum Hellenistarum sermonem imitati sunt, vocem λαϊκὸς adhibitam esse, ad significandum eum qui sacro nullo ministerioungebatur, & vocibus etiam κληρος & κληρικὸς ut designentur ii, qui facris operam dabant; sic Clemens Alex. Strom. v. dixit, velum Adyti, apud Hebræos, fuisse κώλυμα λαϊκῆς ἀπιστίας, *impedimentum laicæ incredulitatis*. CLER.—Vocem λαϊκὸς non usurpatam fuisse, neque distinctionem Cleri à Laicis obtinuisse, in Ecclesia primæva, contendunt Erasius, plurimique inter nos novatores, insensim illi potestati, quam

ΜΑ'. Ἐκαστος ὑμῶν, ἀδελφοί, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστεῖτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὀρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοί, προσφέρονται θυσίαι ἐνδεδελεχισμού, ἢ εὐχῶν, ἢ περὶ ἀμαρτίας καὶ πλημμελίας, ἀλλ' ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ· καὶ κεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἐμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμο-

VERS. FELL. XLI. Unusquisque vestrum, Fratres, in suo ordine & statione manens, Deo in bona conscientia gratias agat, & cum decore intra præscriptum ministerii sui canonem se

VAR. LECT. <sup>1</sup> MS. συνειδησιν. <sup>2</sup> παρακβαίνων. <sup>3</sup> λειτουργίας. <sup>4</sup> η εν.

Christus ipse Apostolis, eorumque successoribus indulset, quæque necessaria est ad conservandam unitatem, ac ministrandam externam Ecclesiæ πολιτείαν. Horum error satis manifestè à S. Clemente refutatur, qui voce ipsâ λαϊκός, quo plebem Christianam à Clero distinguat, utitur; necnon à beato Ignatio, quo non alius plura ac magis dilucida de obedientia, Clero à Laicis præstanda in iis omnibus quæ ad Ecclesiam spectant, unquam scripsit: Ὅπου ἂν εὐγῆ ὁ Ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος [viz. Laicorum, quos S. Paulus ἰδιώτας appellat, dicens, Ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου] ἔστω, ὡς περ ὅπου ἂν ᾖ Χριστός Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία. Quibuscum consentit S. Cyprianus, qui in Epistola Florentio hæc scribit: *Ecclesiæ nomine docens* & ostendens, quia est contumax ac superba obaudire nolentium multitudo discedat, Ecclesiæ tamen à Christo

non recedit; & illi sunt Ecclesiæ, plebs [i. e. Laici] Sacerdoti adunata, & Pastoribus grex adhærens. WOT.

Εὐχῶν.] Junius, Colomesius & Fellus malunt εὐχαριστηριῶν i. e. sacrificia eucharistica, vel pro gratiarum actione. Ego εὐχῶν retinendum esse conseo: sub Lege enim offerebantur Sacrificia votiva propriè dicta; sicut videre licet ei, qui vult ea consulere, quæ de oblationibus & sacrificiis, libro Levitici, vel à Maimonide, habentur. WOT.

Ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ.] Sub Lege veteri nefas fuit, nisi in templo Hierosolymitano, & apud altare, oblationes facere; Deut. xii. 6. 7. 11. Ita etiam sub Evangelio, quod est Israel mysticè dictum, non licet, extra ecclesiam & unum altare, schismaticas προσφεροῦς, altari altari & sacerdotio sacerdotio oppositis, offerre, aut cœtus celebrare, οὐ συνευδαικύντος τοῦ Ἐπισκόπου, sicut testatur S. Ignatius:

XLI. Unusquisque vestrum, Fratres, in suo VERS. COT.

statu gratias Deo habeat, in bona conscientia de-  
gens, non transgrediens præscriptam muneris sui  
regulam, in honestate. Non ubique, Fratres, of-  
feruntur sacrificia jugia, vel votiva, vel pro pec-  
cato & delicto, sed Hierosolymis tantum; atque  
illic non in omni loco fit oblatio, sed ante tem-  
plum ad altare; prius factâ à summo Sacerdote &

contineat. Non in omni loco, Fratres, offeruntur sa- VERS. FELL  
crificia perpetua & diurna, vel pro gratiarum actione,  
vel pro peccatis & delictis, sed Hierosolymis tantum;  
neque illic in quovis loco fit oblatio, sed in atrio templi  
ad altare, diligenter prius inspecto sacrificio à summo sa-

Ἐάν μὴ τις ἦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ,  
ἑστηκῆνται τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ.  
Ep. ad Ephes. Ὁ ἐν τῷ θυσι-  
αστηρίῳ ὄν καθαρὸς ἔστιν, ὁ δὲ  
ἐκτὸς ὄν οὐ καθαρὸς ἔστιν. Ep.  
ad Trall. WOT.

*Μωμοσκοπιὴν.*] Sacerdotes non  
tantum Judæorum, sed Gentium  
etiam, hostias probare solebant,  
& victimarum præcordia dili-  
genter inspicere & examinare,  
antequam litarent: quod οἱ ἱερω-  
θον, δοκιμάζειν, & ἔξετάζειν τὰ ἱε-  
ρεῖα, vocant; scriptores autem  
facri, *μωμοσκοπιὴν*. Unde Philo  
Judæus *περὶ γενεῆς*. Ἄτιον  
γὰρ ἱερίαν μὲν περιεργίαν ἔχειν ὡς  
ἐλάκνησι τὰ σώματα καὶ παντι-  
λεῖς ἔσονται, τῶν τε καταθυμέ-  
νοι ζῶων, ὡς οὐδὲν οὐδεμιᾶ τὸ πα-  
ράπαν, ἀλλ' οὐδὲ τῆ βεβηχότατη  
χρησεται λάβῃ· καὶ τίνας δὲ καὶ  
ἔσους ἐπ' αὐτὸ τοῦτο χειροτονεῖν τὸ  
ἔργον, οὗς ἔργοι μωμοσκοπιῶν ἀνομι-  
ζουσι, ἵνα ἄμωμα καὶ ἀσινῶ προσ-  
αγῆται τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα, &c.  
ubi nominis rationem observare  
licet, & quod infrequenter ante

ipsum, & à quibusdam tantum  
usurparetur. Ut ut est, Libro  
de sacrificiis, & initio Tracta-  
tus de sacrificantibus, ostendit  
summam curam adhibitam fu-  
isse in deligendis his *μωμοσκο-  
ποις ἀριστινῶν*, qui accurato  
examine sacrificia singula, &  
partes singulas scrutarentur,  
ὡπὶ πιδῶν ἄκραν, ὅσα τε ἱερῶν,  
καὶ ὅσα ἐπὶ γαστρί, καὶ μαστί-  
ῶν κίρρυται, ne quid vitii,  
corruptela, aut labis lateret.  
Sic Clemens Alex. lib. iv.  
Strom. ἦσαν δὲ καὶ ταῖς τῶν  
θυσιῶν προσεσπαργαῖς παρὰ τῶ τό-  
μῳ, οἱ τῶν ἱερίαν μωμοσκοποι.  
Et Chryf. Hom. 20. in Epist.  
ad Rom. de prævia examina-  
tione nostra corporis & animi,  
antequam ad sacram synaxin  
accedere præsumamus, sic scri-  
bit: Διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμο-  
σκοπιᾶσθαι τὸ σῶμα τῶν ἱερέων· εἰ  
γὰρ οἱ τὰς σαλαϊὰς ἀναφίροντες  
θυσίαις ἀκαλεῦντο πάντα μωμοσκο-  
πιῶν, καὶ οὕτε ἀτότμητοι, οὕτε  
κολυδοκέρμοι, οὕτε ψαροχλιῶντα,

σκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ κατῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι, θάνατον τὸ πρόστιμον ἔχουσιν. Ὁραῖτε, ἀδελφοί, ὅσα πλείονος ἢ κατηξιώθημεν γνώσει, τοσοῦτ᾽ ἢ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

ΜΒ'. Οἱ ἀπίστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπίστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἔγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ Σελήμετος

VAR. LECT. 5 λειτουργῶν. 6 καταξιωθημεν.

VERS. FELL *cerdote, & prædictis ministris. Qui igitur, præter id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid admittunt, mortis supplicio puniuntur. Videtis, Fratres, quo ma-*

οὔτε λειχῆνα ἔχοντα ἐτετρέποντο ἀναφέρειν πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς τοῦς οὐ σέβαστα ἄλογα, ἀλλ' ἑαυτοῦς ἀναφίσιτας, πλείονα ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι χρὴ, καὶ πάντοθεν εἶναι καθαρῶς, κ. τ. λ. *Idcirco corpus nostrum undique debet explorari, an vitii aliquid habeat: nam si qui vetera offerebant sacrificia jubebantur omnia circumspicere, neque permittebantur [agnum aut vitulum] qui aures abscissas aut mutilatam caudam haberet, aut scabie agresti aut impetigine laboraret, offerre; multo magis nos, qui non pecudes rationis expertes, sed nosmetipsos offerimus, omnem diligentiam adhibere oportet, & omni ex parte puros esse.*

JUN.—Μαμοσκόπους eos victimarum probatores *μοσχοσφραγιστάς* vocatos invenies in lib. 4. Porphyrii de abstinentia ab animatis. Cor.

Διὰ τοῦ ἀρχιερέως.] *Hæc fanè ita displicuerunt Anonymo [Bernardo] ut non potuerit se ipsum temperare; quin pro more suo, quid possit ars critica, frustra tenârît. Inquit enim ad locum à μαμοσκοπιθῆι ad λειτουργῶν, Hæc ex Clemente Alex. pag. 521. B. malè immutata efficitaque. Nam & malè hîc hærent vix quidem Græca, & falsissimum dicunt; scilicet fuisse summi & cæterorum Sacerdotum ac Levitarum esse μαμοσκόπους. Quid sibi velit nescio sanè, nisi quòd omniâ carpere ei in animo est: si connexionem queramus, si Græcæ linguæ proprietatem, nihil est ab ea alienum; si accuratam legalium rituum cognitionem, eorum potuit esse non adeò peritus, ut certò sciat cujus sit μαμοσκοπιθῆιν. Sin pro ἀρχιερέως legatur ἐπίσκοπος, om-*

prædictis ministris, oblatis inspectione ac probati-<sup>VERS. COT.</sup>one. Qui ergo præter id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid faciunt, morte mulctantur. Videtis, Fratres, quò majori cognitione digni fumus habiti, eò periculo magis obnoxii fumus.

XLII. Apostoli nobis evangelizârunt à Domino Jesu Christo; Jesus Christus à Deo. Missus igitur est Christus à Deo, & Apostoli à Christo: & factum est utrumque ordinatim ex voluntate

jore cognitione <sup>a</sup> digni fumus habiti, eo graviori periculo <sup>VERS. FELL</sup>obnoxii fumus. <sup>a</sup> dignati fu-

XLII. Apostoli nobis à Christo evangelizaverunt, Jesus Christus à Deo. Missus enim est Christus à Deo, & Apostoli à Christo; & factum est utrumque decenter ex

nia se rectè habent: imò summo Sacerdoti aliquali modo tribui potest hoc officium τοῦ μαμοσκοτεῖν, cùm ejus sit singulis Sacerdotibus & Levitis, qui altari temploque adfistebant, munus proprium demandare, & curare, ut omnia, quæ ad templum spectabant, rite peragantur. Quod ad Clementem Alex. sic apud eum legitur: Καρποφόρος δὲ ὁ δίκαιος ἀπεικάζεται δίνδεις, οὐ μόνον τοῖς κατὰ τὴν τῶν μεταρσίων θυσιᾶν [vel potius φύσιν] ἦσαν δὲ καὶ ταῖς τῶν θυσιῶν περισαγωγαῖς παρὰ τῶ νόμοι οἱ τῶν ἱερείων μαμοσκοποῖ· ὀρεξὶν οὖν ἐπιθυμίας διακρίνουσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. Æquus igitur Lector judicet, quàm à vero abfimile est, hæc petita fuisse ex Clem. Alex. Apage verò virum, cui in animo est omnia improbare. WOT.

Θάνατον.] Alludit proculdubio ad Num. xvi. Quòd si mors sit arrogati Aaronici Sa-

cerdotii periculum; quum tanto major sit excellentia Christiani, quanto Vetere præstantius est Fœdus Novum à Christo institutum; non minus sane est piaculum violati aut arrogati hujus quàm illius: caveant igitur, qui à nemine vocati, neminique succedentes legitime, se ipsos rebus sacris immiscere audent, ne suis animis temeratum Sacerdotium expient. WOT.

Πρόσπιμον.] Hesy chius: πρόσπιμον. ζήμια. COLOM.—Τὸ ἐπιτίμιον, τὴν τιμωρίαν. BOIS.

Ὁρᾶτε, κ. τ. λ.] Citantur hæc à Clemente Alex. αὐτολεξεί, quibus, prætermisissis iis quæ habentur usque ad Cap. xlviii, subnectit, Ἡ σμὴν ὄσθ, κ. τ. λ. WOT.

Εὐηγγελίσθησαν.] Forte pro εὐηγγελίσαντο, vel dele ἡμῖν, & dic εὐηγγελίσθησαν, i. e. nuntium salutis acceperunt, Evangelium edoceri sunt. BOIS.

Θεοῦ. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πιστωθέντες τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφίας πνεύματος ἁγίου, ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καὶ δίστανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν.

VAR. LECT.

1 MS. εντω.

2 καθεστανον.

VERS. FELL voluntate ejus. Mandata quippe accipientes, & per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, plenâ certitudine imbuti, Deique verbo confirmati, cum certa Spiritus

[Καθίστανον τὰς ἀπαρχὰς, κ.τ.λ.] Primogeniti olim, natalium jure, sibi sacerdotium vindicabant. Primitivæ autem Ecclesiæ usus id maximè poscebat, & plurimi intererat, ut conversus quilibet non confirmaret modò, sed & faceret fratres: festinataque anticipatione ætati juxta suæ, & futuræ prolis, in patrem nasceretur. Huic mori digitum intentat Epiphanius Hæref. lxxv. Et ex Actorum libro & D. Pauli Epistolis constat, ecclesias tunc temporis fuisse, quæ civitatis totius nomine censerentur, κατ' οἶκον constitutas. Episcopus verò Spiritus Sancti monitis huic curæ admotos fuisse ex Act. i. 24. xxiii. 2. 1 Tim. iv. 14. discimus; quod & Eusebius ex Clemente Alex. de B. Johanne refert; dum illum narrat Episcopos in ecclesiis Asiæ ordinasse τοὺς ὑπὸ τοῦ πνεύματος σηματομένους. Cujus rei vestigia etiamnum comparent, siquidem nunc ad sacer-

dotium nemo admittitur, nisi qui prius professus fuerit, se Spiritus Sancti instinctu vocatum ad munus istud suscipiendum; & ita post preces solenniter pro ejusdem largitione factas, demum hac formulâ ordinatur: *Accipito Spiritum Sanctum.* FELL.

[Εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους.] Hic insurgunt adversus Ecclesiam novi Aëriani, clamantes agnoscî dumtaxat à Clemente duos in Clero ordines, Episcoporum eorumdemque Presbyterorum, & Diaconorum. Ad quos breviter, uti Notarum scriptorem decet, ita respondeo. Non sunt expressiora verba Epistolæ nostræ testimoniis Novi Testamenti; de Episcopis & Diaconis solummodo, Philipp. i. 1. & 1 Tim. iii. de Episcopis & Presbyteris, Act. xx. 17. 28. Tit. i. 5. 7. & 1 Pet. v. 1. 2. de Presbyteris ac Presbyterio, Act. xiv. 23. xv. 2. 4. 6. 22. 23. 41. xvi. 4. xxi. 18.

Dei. Itaque acceptis mandatis, & certò persuasi VERS. COT.  
per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, &  
in fide confirmati per verbum Dei cum Sancti  
Spiritùs plenitudine ac securitate, egressi sunt, an-  
nunciantes adventurum esse regnum Dei. Prædi-  
cantes igitur per regiones ac urbes, primitias ea-  
rum, spiritu cùm probâssent, in Episcopos & Dia-  
conos eorum qui credituri erant, constituerunt.

Sancti fiducia egressi sunt, annunciantes regni Dei adven- VERS. FELL.  
tum. Per regiones igitur & urbes verbum prædicantes,  
primitias eorum, spiritu probantes, Episcopos & Diaconos  
eorum qui credituri erant, constituerunt. Neque hoc

1 Tim. iv. 14. v. 17. 19. 2. & Tit. i. 7. Theodorito  
Jac. v. 14. 1 Joh. ii. & iii. eidem. Denique *πρεσβύτερον*  
Verùm hos textus nequaquam officere Orthodoxiæ, fu-  
se appellat Apostolus Petrus,  
se solidèque demonstratur à itidemque Apostolus Johannes:  
1 Tim. iv. 14. Presbyterium  
de primo sacerdotii gradu ex-  
ponunt antiqui interpretes; in  
aliis verò locis Presbyteros seu  
Seniores, interdum volunt esse  
summos primosque Sacerdotes,  
interdum Sacerdotes inferiores  
ac secundos: observantque sæ-  
penumero, indiscriminatim so-  
lere appellari Episcopos &  
Presbyteros. Quinetiam ex  
mente Chrysostomi ad Philipp.  
i. 1. initio Christianismi sub  
Diaconorum nomine Episcopos  
etiam ac Presbyteros designa-  
bant. Unde Apostolicas pagi-  
nas scriptaque Ecclesiæ magi-  
strorum evolvens, passim offen-  
des hæc & familia de ordine  
Ecclesiastico dicta; *διδασκoi*,  
*διδασκοι* Θεοῦ vel Χριστοῦ, vel  
*ἐκκλησιας*, vel *ἐναγγελίου*, vel  
*καὶνῆς διαθήκης*, vel *δικαιοσύνης*,  
*λαειτουργοὶ*, *ὑπηρέται*, *ministri*,  
*ministri Ecclesiarum*, &c. *διδ-*

1 Tim. iv. 14. v. 17. 19. 2. & Tit. i. 7. Theodorito  
Jac. v. 14. 1 Joh. ii. & iii. eidem. Denique *πρεσβύτερον*  
Verùm hos textus nequaquam officere Orthodoxiæ, fu-  
se appellat Apostolus Petrus,  
se solidèque demonstratur à itidemque Apostolus Johannes:  
1 Tim. iv. 14. Presbyterium  
de primo sacerdotii gradu ex-  
ponunt antiqui interpretes; in  
aliis verò locis Presbyteros seu  
Seniores, interdum volunt esse  
summos primosque Sacerdotes,  
interdum Sacerdotes inferiores  
ac secundos: observantque sæ-  
penumero, indiscriminatim so-  
lere appellari Episcopos &  
Presbyteros. Quinetiam ex  
mente Chrysostomi ad Philipp.  
i. 1. initio Christianismi sub  
Diaconorum nomine Episcopos  
etiam ac Presbyteros designa-  
bant. Unde Apostolicas pagi-  
nas scriptaque Ecclesiæ magi-  
strorum evolvens, passim offen-  
des hæc & familia de ordine  
Ecclesiastico dicta; *διδασκoi*,  
*διδασκοι* Θεοῦ vel Χριστοῦ, vel  
*ἐκκλησιας*, vel *ἐναγγελίου*, vel  
*καὶνῆς διαθήκης*, vel *δικαιοσύνης*,  
*λαειτουργοὶ*, *ὑπηρέται*, *ministri*,  
*ministri Ecclesiarum*, &c. *διδ-*

Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγγράπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γὰρ πού λέγει ἡ γραφή, Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει.

ΜΓ'. Καὶ τί θαυμαστόν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ πιστευθέντες παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατε-

VERS. FELL quidem novum institutum fuit, multis enim retro seculis de Episcopis & Diaconis scriptum est. Sic enim alicu-

κονία, κληρὸς τῆς διακονίας, ministerium Ecclesiasticum, &c. B. Hieronymus, propter verba Col. iv. 17. εἶπατε Ἀρχίππω, βλέπε τὴν διακονίαν, suspicatur Archippum fuisse Episcopum. Demum in Epistola Concilii Sardicenis, Episcopi Ariani queruntur omnes se Diaconos ἔσθ Sacerdotes Dei despici. Ac forsitan Clementi fermo dumtaxat de Episcopis & Diaconis generaliter sumptis, quatenus sunt Sacerdotes & Pastores, qui Christianam plebem inspiciunt ac regunt, qui Laicis hominibus res sacras administrant. Infra enim ἰερατεῦειν & λειτουργεῖν, ἐπισκοπὴν & λειτουργίαν pro eodem habet; altumque tota in Epistola silentium de Episcopis & Diaconis, cū plurima fiat mentio Presbyterorum. Adde quod suspicari nonnemo possit, in testimonio quod subiungitur, If. lx. 17. καταστήσω (ita quoque Joh. Chrysostomus Lib. Quod Christus sit Deus, Cap. vii.) τοὺς ἀρχιερεῖς σου ἐν εὐσέει, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ, ideo nostrum mutasse ἀρχιερεῖς in διακόνους, quia Christus Dominus Apostolis

hunc in modum locutus est, Matt. xx. 26, 27. Ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος. Καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος. Improbabiliter quippe coniectant duo viri docti: unus [Hammondus] Clementinam lectionem fuisse codicis quo utebantur Apostoli, atque hodiernæ esse præferendam; alter [Morinus] decerptum hîc aliquem ex non extantibus libris, sive sacrum, sive apocryphum. Malletm dicere, confusa fuisse duo Isaiæ testimonia; lx. 17. & lxvi. 21. ἀπ' αὐτῶν λήψομαι ἐμαυτῷ ἱερεῖς καὶ λεῖτας. Primus sane locus ad sensum Clementis citatur ab Irenæo Lib. iv. C. 44. Tales Presbyteros nutrit Ecclesia, de quibus ἔσθ propheta ait; Et dabo Principes tuos in pace, ἔσθ Episcopus tuos in iustitia. Co τ.— Vix dubitem, quin B. Clementis locum illum, ut alios aliquot, paullo immutaret, ut ad propositum suum aptaret; nec Hebræus textus secus sentire nos cogit, ut pluribus contendit vir notissimæ eruditionis Hen. Hammondus. CoLom.



Neque hoc novè : à multis enim temporibus de VERS. COT. *Episcopis & Diaconis scriptum fuerat. Sic enim alicubi dicit Scriptura ; Constituam Episcopos eorum* Isa. lx. 17. *in justitia, & Diaconos eorum in fide.*

XLIII. Et quid mirum, si quibus in Christo commissum est à Deo hoc munus, prædictos con-

bi dicit Scriptura, *Constituam Episcopos eorum in justitia,* VERS. FELD *& diaconos eorum in fide.*

XLIII. Et quid mirum, si quibus in Christo à Deo hoc munus commissum fuit, prædictos constituerint?

*Episcopi & Presbyteri* nomina iis temporibus confundebantur, quia qui iis insigniebantur erant utriusque potestatis participes, quod viri docti ostenderunt : quamvis postea mutata fuerit nominum illorum potestas, & *Episcopus* tantum vocatus sit is, qui ordinandi Presbyteros jus habuit ; *Presbyter* verò, secundi ordinis sacerdos, qui idem jus non amplius habuit. CLER. — *Episcopos* non esse quoad dignitatem & officium à Presbyteris distinctos, iisque superiores, non magis ex hoc loco probatur, quam, quòd in Veteri Testamento Aaron ejusque successores plerumque dicuntur **כהנים**, eos non fuisse superiores, quoad ordinem, sacerdotibus inferioris ordinis, qui & **כהנים** appellantur ; aut eò quòd plures in Novo Testamento dicuntur *Ἀρχιεπίσκοποι*, ipsum *Ἀρχιεπίσκοπος* non esse quoad munus suum ab his *Ἀρχιεπισκόποις* distinctum, iisque superiorem. WOT.

**שלום ונגשׁוּך צדקה**  
[i. e. *Et ponam censum tuum pacem, & exactores justitiam*] quod LXX vertunt *δάσω τοὺς ἀρχιεπίσκοπους σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ.* Observari potest **פקדון** quod alibi sæpe *ἐπισκοπή* redditur (sed procuracionem & ministerium omne significat) hinc efferri per *δικάνους*, & **שלום** quod per *εἰρήνην* explicari solet, (sed bona quæcunque denotat,) hinc *πίστει* (nec id quidem incommodè) verti ; insuper transponi *Episcoporum, Diaconorumque* mentionem, ut ordo utriusque muneris rectius constaret : hæc autem satis opportunè à S. Clemente referri ad Ecclesiæ Christianæ præfectos, non faciliè diffitebitur quisquis locum *Isaiæ* perspexerit ; atque totum hoc caput ad Messias tempora pertinere, Judæis ipsis calculum apponentibus, meminerit. FELL.

Καταστάσω τοὺς ἐπισκόπους, κ. ἄ. λ.] In Heb. **ושמתי פקדת** M

στησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος πιστὸς Δεράπων ἐν ὄλῳ τῷ οἴκῳ Μωϋσῆς, πᾶ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἴσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις; ᾧ καὶ ἐπικολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκείνος γὰρ ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὅποια αὐτῶν εἶη τῷ ἐνδῶξῳ ὄνομα<sup>2</sup> κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δάδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἐκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβῶν αὐτάς ἔδησεν, καὶ ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτάς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ· καὶ<sup>3</sup> κλείσας τὴν σκηνὴν, ἐσφράγισεν τὰς κλείδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους· καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἄνδρες ἀδελφοί, ἧς ἂν φυλῆς ἢ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεός, εἰς τὸ ἱερατεῦειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. Πρωίας δὲ γηνομένης,

VAR. LECT. <sup>1</sup> MS. εσημιωσατο. <sup>2</sup> κεκοσμημένη. <sup>3</sup> κλεισας.

VERS. FELL<sup>a</sup> quandoquidem beatus Moyfes fidelis servus in universa  
<sup>a</sup> cum etiam. domo, omnia quæ ipsi mandata erant, in sacris libris  
 NOT. notaverit; quem cæteri prophetæ uno consensu sequuti  
 sunt, testimonium eis præbentes, quæ ab ipso legibus  
 fancita sunt. Ille enim, cum æmulatio pro sacerdotio  
 incidisset, & tribus inter se dissentient, quænam illarum

Ἐκείνος γὰρ, κ. τ. λ.] Re- De tempore, &c. COT.  
 tendo virgarum historiam, ad- ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας, κ. τ. λ.]  
 jicit nonnullas circumstantias Malim ἐπιγεγραμμένης. DAV.  
 admodum verisimiles, ac ut vi- Φυλῆς κατ' ὄνομα.] Malim  
 detur desumptas ex Hebræo- φυλῆς τὸ ὄνομα. BOIS.  
 rum traditionibus. Cum verò Ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις.]  
 duodecim virgas posuit, eadem In rebus gestis enarrandis, sem-  
 in sententia verifatur ac Philo per licere creditum est circum-  
 Judæus Lib. iii. De vita Mo- stantias adhibere, quæ narra-  
 sēs, Augustinus Sermone 3. tionis filo rectiùs texendo vi-

stituerint? quandoquidem & beatus Moyses, fide-  
 lis famulus in tota domo; qui omnia quæ ipsi  
 mandata erant, in sacris libris annotavit; quem-  
 que secuti sunt reliqui Prophetæ, testimonium pa-  
 riter legibus illius præbentes. Ille namque, cum  
 æmulatio pro sacerdotio incidisset; ac tribus inter  
 se dissentirent, quænam illarum glorioso eo no-  
 mine ornata esset; jussit ut duodecim principes tri-  
 buum afferrent sibi virgas; quæ uniuscujusque  
 tribûs virgæ, nominatim essent inscriptæ: hasque  
 acceptas ligavit, & annulis eorum principum ob-  
 signavit; atque illas deposuit in tabernaculo testimo-  
 nii super mensam Dei: & clauso tabernaculo, claves  
 juxta & virgas signavit: ac dixit illis; Viri fratres,  
 cujus tribûs virga germinaverit, hanc elegit Deus,  
 ut ipsi sacra faciat & ministret. Mane autem exorto,

VERS. COT.

Num. xvii.

glorioso illo nomine & titulo ornanda esset, jussit duode-  
 cim tribuum principes afferre sibi virgas, quæ uniuscu-  
 jusque tribus nomen inscriptum haberent; quas cum ac-  
 cepisset in fasciculum ligavit, & annulis <sup>b</sup> principum <sup>b</sup> custodum.  
 tribuum signavit, & in tabernaculo testimonii ac mensa  
 Domini deposuit eas, clausoque tabernaculo, claves si-  
 militer & virgas signavit, & dixit eis, Viri fratres, cujus  
 tribus virga germinaverit, hanc elegit Dominus, quæ ip-  
 si sacra faciat & ministret. Mane autem facto congre-

VERS. FELI

WOT.

dentur conducere; licet minime reperiantur in iis scriptis, è quibus historia ipsa primitus petebatur. Hoc jure utebatur B. Stephanus Act. vii. B. Paulus 2 Tim. iii. 8. & ad Heb. xii. 21. ut & alii passim. Josephus, cum negotium hoc narrat, ait virgas facillè cognitatas  
 τῶν τότε ἀνδρῶν κατασημαμέντων  
 αὐτὰς ὡς περ ἐπέμιζον. FELL.—

Censendum est, hoc petikum fuisse ex indubitata aliqua traditione, sicut illud quod dicitur de prophetia Enoch in Epist. S. Judæ ver. 14. & quod à S. Paulo dicitur de Janne & Jambre magis Ægyptiis; nisi forte Spiritus Sanctus eorum nomina Apostolo dictârit, quod sane S. Chrysostomo haud ab simile videtur. WOT.

συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας  
 χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, [καὶ ἔπε]δείξατο τοῖς  
 φυλάρχοις [τὰς σφρα]γίδας, καὶ ἠειξεν τῆ[ν  
 σκητὴν] τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἠρροσ[ήνεγκεν]  
 ῥάβδους· καὶ εὐρήθη ἡ ῥ[άβδος] Ἀαρῶν οὐ μό-  
 νον βεβλα[στικυῖα], ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα,  
 Τί<sup>4</sup> δοκεῖτε, ἀγαπηταί; οὐ π[ροέγνω] Μωϋσῆς  
 τοῦτο μέλλειν [ἔσεσθαι]; μάλιστα ἦδει· ἀλλ'  
 ἵνα μὴ ἀ[καταστα]σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ,  
 οὗτ[ως ἐποι]ησεν, εἰς τὸ δόξασθῆναι τ[ὸ ὄνο]μα  
 τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [Θεοῦ], ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς  
 αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΜΔ. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ  
 ἸΚυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ  
 τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. Διὰ ταύτην οὖν  
 τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατ-

VAR. LECT. 4 δοκεῖται. 1 MS. Κυρίου omittitur. 2 ερις.

VERS. FELL gavit universum populum Israel, sexcenta millia viro-  
 rum, & tribuum principibus sigilla ostendit, taber-  
 naculum testimonii aperuit, & virgas protulit; & in-  
 venta est virga Aaronis non tantum germinâsse, sed &  
 e existimatis. fructum ferens. Quid, dilecti, vobis videtur, an non  
 WOT.

Οὗτ[ως ἐποι]ησεν.] Cotelerius legit ἐνόησεν.

Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν.] Non ita loqui solent vel veteres, vel recentiores; Apostoli enim non ἡμῶν erant, sed Ἰησοῦ Χριστοῦ. Rescribendum puto: καὶ οἱ ἀπόστολοι εἴ μὲν ἔγνωσαν, vel, si mavis, ἡμῶν prorsus deletur. DAV.

Ἔστι ἔρις ἔσται κ. τ. λ.] Luculenta præfensio rerum apud nos gestarum, quæque propheticum Apostolici ævi & viri spiritum profitetur. Olim schif-

mata & hærefes subinde ortæ, præ fastigii istius desiderio & ambitu, nunc idem ipsum contemptus & odium præstant. FELL.

Ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς.] Antè Apoitolorum tempora, nominis Episcopatus plures fuerunt significatus. Eustathius in Il. K. ait, ἐπίσκοπον dictum interdum κατάσκοπον, seu exploratorem: alibi defensorem vel protectorem sonat, Il. Ω. 729. Erat & nomen magistratus apud Athenienses.

convocavit universum Israëlem, sexcenta millia VERS. COT. virorum: & sigilla principibus tribuum ostendit, & aperuit tabernaculum testimonii, protulitque virgas: & inventa est virga Aaronis non tantum germinasse, sed & fructum habere. Quid censeatis, dilecti? An non id futurum præsciverat Moyses? Maximè noverat: verum ne seditio inter Israëlitas oriretur, ita instituit, ut glorificaretur nomen veri & solius Dei; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

XLIV. Et Apostoli nostri cognoverunt per Dominum nostrum Jesum Christum, quòd futura esset contentio de nomine Episcopatus: ob eam ergo causam, acceptam perfectam præcognitione,

hoc futurum præsciverat Moyses? Maximè noverat: VERS. FELL verum ne seditio & confusio in populo Israel oriretur, ita fieri excogitavit, scil. ut nomen veri & solius Dei glorificaretur, cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

XLIV. Et Apostoli nostri, per Jesum Christum Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine Episcopatus oborituram: atque ob hanc causam

Cicero ad Atticum Lib. vii. Ep. 10. ait, Pompeium voluisse se eum esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat *ἑπίσκοπον*, ad quem delectus & summa negotii referatur. In Pandectis l. ult. Tit. de muner. & honor. §. 18. Arcadius *ἑπίσκοπος* vocat, qui præsentibus panibus, & cæteris venalibus rebus, quæ Civitatum populis ad quotidianum vitium usui sunt. BURT.—Sed pleraque quæ hic habentur sunt *ἀπρόσδιόνοια*, non enim sermo est de significato vocis, sed de dignitate quæ *ἐπίσκοπὴ* vocabatur;

nam qui *nomen Episcopi* consequutus erat, sollempni ordinatione, is Episcopali dignitate ornatus erat. Quia autem noverant Apostoli, Christianorum numerum summo opere auctum iri; facile prævidebant fore, ut qui Episcoporum nomine magnis præessent Ecclesiis multorum invidiæ obijcerentur; adeoque ut id munus, inter Christianos merito honorificum, etiam ambiretur. Itaque, dum fuerint in terris, operam dederunt, ut viros eo munere ornarent, qui eo digni erant; nec quæ sint boni

ἔστησαν τοὺς πρὸς εἰρημένους, καὶ μεταξὺ ἐπινο-  
μὴν <sup>3</sup> δὲ δώκασι, ὅπως εἰάν κοιμηθῶσι, διαδέξ-  
ωνται ἔπειτα δὲ δοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουρ-  
γίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ' ἐκεί-

VAR. LECT. 3 εδωκασι.

VERS. FELL perfecta præscientia præditi, constituerunt prædictos,  
a futuræ suc- ac deinceps a ordinationem dederunt, ut in defunctorum  
cessionis feri-  
em tradide-  
runt. WOT.

Episcopi dotes dissimulârunt, ut videre est ex Paulo 1. ad Tim. iii. ad Titum i. CLER.

Τοὺς προεἰρημένους.] Hoc est, Episcopos & Diaconos. Apostoli constituerunt Inspectores & ministros iis, qui credituri erant, æquè in Ecclesiis Romana & Corinthia, ac in aliis. Qua in re, obiter observandum, Petri partes atque auctoritatem non plus valuisse, quàm aliorum; Clemens enim quosvis commemorat ἀποστόλους, atque ἀποστόλους ἡμῶν vocat. Præterea colligere licet è Clemente, ὑφ' ἐτέρων ἐλογίζων ἄνδρων, ab aliis selectis viris constitutos Episcopos & Diaconos, remque consentiente totâ Ecclesiâ consecratam, συνουσιασάσης τῆς Ἐκκλησίας πάσης. Alioqui censeri non poterant legitime electi ad ea officia; nec potuissent obedientiam ac reverentiam ab Ecclesia exigere. BURT.

Καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δὲ δώκα-  
σιν.] Lego ἐπιλογὴν, vel ἐπιλο-  
γὴν ἐτίροις, i. e. & interea dum  
vivēbant aliis jus eligendi con-  
cesserunt. Addo ἐτίροις, quia  
mox sequitur ἢ μεταξὺ ὑφ' ἐτέ-  
ρων. Duplex enim erat, ut vi-  
detur, Apostolicis temporibus  
Episcopos creandi ratio: vel  
enim ab Apostolis ipsis crea-

bantur; vel ab aliis doctrina præstantibus viris, consentiente totâ Ecclesiâ; atque hoc factum est, ne legitima successio deficeret. BOIS.

Ἐπινομὴν.] Correctiones vi-  
rorum doctorum parùm neces-  
sarias judico; nec probârim  
aut ἀπονομὴν Junii, aut ἐπιλο-  
γὴν Boissii, aut ἐπινομὴν Turneri,  
apud Usserium de Epistolis S.  
Ignatii Cap. 18. Nam textu  
non mutato, bonus sensus Cle-  
mentis verborum afferri potest.  
Cum doctrina verò Epistolæ  
nostræ concordat doctrina Cy-  
prianicarum Epistolarum 41.  
52. & 55. COT. — Hæc  
μοίρης λέξις negotium fecit vi-  
ris undequaque doctissimis. E-  
ruditissimus Junius, præscriptas  
officiorum vices, [verba Junii  
sunt descriptæ ministeriorum &  
officiorum vices hac voce expri-  
muntur;] clarissimus Salmasti-  
us, præceptum; reverendissi-  
mus Usserius Armachanus, or-  
dinem præscriptum; illustrissi-  
mus Marca, formam; optimus  
Hammondus, seriem aut mo-  
dum successionis, catalogum, di-  
stributionem, aut ordinationem  
esse censent: & quidem satis  
constabit contextûs ratio, quo-  
cumque ex istis modis interpre-  
temur. Sed quandoquidem cer-  
tissimum est, vocem νομὴν eo-

constituerunt supradictos, & deinceps futuræ suc- VERS. COT.  
 cessionis regulam tradiderunt; ut cùm illi dece-  
 derent, ministerium eorum ac munus alii viri pro-  
 bati exciperent. Constitutos itaque ab illis, vel

locum alii viri probati succedere, & illorum munia exe- VERS. FELL  
 qui possent. Constitutos itaque ab illis, vel deinceps ab

dem omnino esse in significatu cum verbo *νίμω*, atque etiam *ἐπινίμω*; & apud Herodianum ita passim conjungi, quemadmodum hîc apud Clementem nostrum, cum verbo *διδάμι*, simplicissimam judico Hammondii versionem, atque eidem accedendum. FELL.—Malim vertere *subrogationem*, hoc est, nomina subrogandorum, quod sensus omnino requirit. Vetus Onomasticon *ἐπινίμω* vertit *superrogo*, quod idem significare videtur ac *subrogo*. Hoc velle Clementem putamus, Apostolos non tantùm primos Episcopos, sed & eorum successores elegisse, ex ea Christianorum copia, quæ ipsis suppetebat; ad antevertendas malas omnes artes, quæ adhiberi poterant ab iis, qui Episcopatum vellent ambire. Ad cujus interpretationis confirmationem facit quod habet Hesychius, qui *ἐπινόμους* interpretatur *κληρονόμους*, *hæredes*. CLER.

*Κατασταθίνας, κ. τ. λ.*] CLER. Locus, si quis alius, apprimè utilis ad intelligendum quæ fuerint partes Cleri & Plebis, in Episcoporum ordinatione. *Καταστάσεις* ad Apostolos & Episcopos, *συνεδόκις* ad plebem spectabat. Rem optimè illustrat B. Cyprianus Epist. lxxviii. *Diligenter de traditione*

*divina & Apostolica observatione servandum est & tenendum, quod apud nos quoque & serè per universas provincias tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem cui præpositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur plebe præsentè, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum, de ejus conversatione perspexit: quod & apud vos factum videmus, in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de Episcoporum qui in præsentia convennerant, quique de eo ad vos literas fecerant, judicio, Episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basiliidis imponeretur.* Ita in substituendo successore in locum Judæ traditoris, cùm *Apostoli* duos constituisent; fideles ex eorum mandato inquirent, & *ἐπισκοπή* quadam Episcopum designant, *ἐπισκέπτοντες ἄνδρας μεμαρτυρημένους.* Cujus rei, cùm obiter mentionem fecisset, hanc causam assignat D. Cyprianus modò laudatus: *Hoc tam diligenter & cautè convocatâ totâ plebe gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet.* Ita & Timotheus à B. Paulo ordinabatur, siqui-

νων, ἢ 4 μεταξὺ ὑφ' ἐτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκισίας τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ 5 λεῖ-  
 πουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χρι-

VAR. LECT.

4 μετοξυ.

5 λιτουργησαντας.

VERS. FELL aliis viris celebribus, cum consensu universæ ecclesiæ,

dem ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύ-  
 στροῖς καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν Act.  
 xvi. Verba Origenis, hac ipsa  
 in re Hom. vi. in Levit. le-  
 gisse minimè pigebit, qui ait,  
*requiri in ordinando sacerdote  
 præsentiam populi, ut sciant  
 omnes & certi sint, quia qui  
 præstantior est ex omni populo,  
 qui doctior, qui sanctior, qui  
 in omni virtute eminentior, ille  
 qui eligitur ad sacerdotium: &  
 hoc adstante populo, ne qua post-  
 modum retractatio cuiquam, ne  
 quis scrupulus resideret.* Iste  
 autem Plebis est assensus, quem  
 Theodoritus in causa Petri suc-  
 cessoris Athanasii Lib. iv. 6.  
 18. describit, quòd in illo  
 ὁ λαὸς ἅπας ταῖς ἐυφημίαις ἐδύ-  
 λουεν τὴν ἡδωμένην. In Ecclesia no-  
 stra etiamnum requiritur, &  
 ante collatos presbyteratùs or-  
 dines in solenni Officio, allo-  
 cutio ad Plebem habetur in  
 hæc verba. *Dilecti fratres, hi  
 sunt illi quos annuente Deo sta-  
 tuimus hodie in sacrum Presbyte-  
 ratùs ministerium cooptare, ni-  
 hil enim invenimus post debitum  
 examen obflare, quò minus cen-  
 seamus, eos aptos & idoneos ad  
 illud munus obeundum, adeoque  
 legitime ad idem vocatos esse;  
 si quis autem vestrum, in eorum  
 quovis, gravius ullum crimen  
 vel impedimentum cognoscat, cu-  
 jus causa ad sacrum illud mini-  
 sterium non debeat recipi, ne*

*gravetur id extemplo in Dei no-  
 mine patefacere.* Nec aliud  
 fere agitur, in constituendis a-  
 pud nos Episcopis; licèt enim  
*nominatio* (quæ quidem plurim-  
 um valere solet) penes fit  
 Principem; *Electio* tamen ad  
 Presbyterium, sive episcopalis  
 sedis capitulum (veteris Alex-  
 andrini moris ad instar, de quo  
 Hieron. Eutyech. & alii) eti-  
 amnum pertinet: ea tamen  
 peracta (quod etiam Alexan-  
 driæ factum intelligere est, vel  
 ex loco Theodoriti modò lau-  
 dati) plebis assensus demum  
 expectatur: in quem finem,  
*Electio*, à Presbyterio seorsim  
 habita, ab iisdem Plebi uni-  
 versæ, in Navi Ecclesiæ Ca-  
 thedralis, solenniter solet re-  
 nunciari, qui plerumque ean-  
 dem gratam atque ratam ha-  
 bent. In illo insuper instru-  
 mento, quo de istiusmodi elec-  
 tionis tenore & summa certior  
 fit regia Majestas, Cleri item  
 & populi quibus communica-  
 batur per Electores electio re-  
 cens facta, approbatio & ap-  
 plausus nunquam non memo-  
 ratur. Accedente postmodum  
*electioni* istiusmodi assensu quem  
 vocant regio, emanat ex parte  
 sereniss. Domini nostri Regis  
 mandatum ad Metropolitanam  
 datum, ut ad electionis nuper  
 factæ confirmationem quamprimum  
 procedat, quod sine juris



deinceps ab aliis viris eximiis, consentiente ac VERS. COT.  
comprobante universâ Ecclesiâ; qui inculpate  
ovili Christi ministraverunt cum humilitate, quiete,

quique inculpate ovili Christi deservierunt cum humili- VERS. FELL

solennibus apud nos nunquam fieri consuevit: Hinc Metropolita, cui *confirmandi* solennia jure competunt, citationibus, quam fieri potest maximè peremptoriis, omnes & singulos, qui sua putaverint interesse, compellat, ut die, hora & loco convenientibus & præstitutis se fiant coram eo, aut Vicario ejus Generali, causam si quam habuerint, sive contra electionis formam, sive contra personam electam dicturi, & in forma Juris allegaturi: Ubi verò tempus in citationibus assignatum advenit, Procurator eligentium se sistit pro Tribunali, & *confirmationem* Episcopi electi instanter postulans, petitionem summariam exhibet, in qua ponit, & asserit Episcopum electum, quoad probitatem morum, quoad scientiam tanto muneri congruam, quoad ordines, natales, ætatem, & alia id genus esse habilem, idoneum, & ecclesiæ viduatæ, quæ eum postulat, apprime utilem, imo necessarium. Quam quidem petitionem summariam, ut & ea quæ in subsidium probationis per istiusmodi Procuratorem adducuntur, haud priùs admittit Metropolita sive Vicarius ejus Generalis pro tribunali sedens, quam Oppositores (si qui sint) in istum locum, diem, & horam citatos præconizari jusserit; & nemine comparente

(quod tamen non semper evenit) pronunciaverit contumaces. Oppositoribus tamen non præcluditur objiciendi contra personam electam, sive formam ipsam electionis, aditus, per sententiam definitivam electi confirmatoriam, nisi præconizatis iterato illis: quibus, virtute citationis primariæ, per loca solita affixæ, semet opponere confirmationi jam expediendæ, vel in ipso momento sententiæ prolationem præcedente, integrum est. Ita ut populi, etiam quantumvis laici, non solum approbationem requiri, sed etiam oppositionem (si qua subest causa) attendi, imo & judicialiter sollicitari, ex lege constat. Hæc eò liberaliùs congesti, quia reperti sunt nonnulli, quos dicere non piget, in Ecclesia nostra Ang'icana temere & passim conferri Ordines; tanquam in fanaticorum colluvie, eosdem hodie esse Clericos, cras laicos, & denuo etiam Clericos; & tandem ne quid mendacio desit, Reverendissimos Episcopos in Oenopolio esse consecratos. Sed gratulamur nobis, quòd eadem versèmur in contumelia cum Salvatore nostro, & sanctis Apostolis, quorum alter *citatorius* dicebatur; aliorum solennis ad Apostolicum sive Episcopale munus inauguratio, multo & genialiter haustus vini cyathis imputata fuit. FELL.

apud optimæ notæ scriptores, tum poetas, tum eos qui solutâ oratione scripserunt. Apud Homerum *κεῖθ' ἄν χάρις*, & in alio loco *ἀτίρπεια χάριον*. Et apud Authorem Dialogi Axiochi nomine inscripti *χάριον ἀσιελῶν*. Locus etiam fuit in insula Siciliæ inter Syracusas & Messanam à piis fratribus dictus *Εὐσεβῶν χάρις* vel *χῶρος*. *Διὰ ταῦτα οἱ Σικελιώται τὸν χῶρον ἐκείνον Εὐσεβῶν χάριον ἐκάλεσαν*. Conon. Nar. 43. forte legendum est *χῶρον* in secundo loco: certè apud Lycurgum locus hic dicitur *Εὐσεβῶν χάρις*. Vide celeberrimi Ric. Bentleyi Dissertationem de Phalar. pag. 185. *Χῶρος Εὐσεβῶν* idem est ac *ιδρυμένος τόπος* Cap. XLIV. Esse autem hunc medium quandam

statum felicitatis, quo piæ animæ mox à discessu è corporibus fruuntur, non autem ipsum cælum, credidisse videtur Clemens noster; sicut ex iis quæ sequuntur immediatè, colligi potest: *Οἱ φανεροῦνται, κ. τ. λ.* Et S. Irenæus adhuc clariùs: *Cùm enim Dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant, post deinde corporaliter resurrexit, & post resurrectionem assumptus est: manifestum est, quia et discipulorum, propter quos & hæc operatus est Dominus, αἱ ψυχὴ ἀπέρχονται εἰς invisibilem τὸν τόπον, τὸν ἀρισμῖνον αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ κεί μὲχρι τῆς ἀναστάσεως εὐπῶσι περιμένοντες τὴν ἀνάστασιν. ἔπειτα ἀπολαβεῖσθαι τὰ σῶματα καὶ ολοκλήρας ἀναστῆσαι, αὐτο-*

ἐπισκοπῇ τῆς βασιλ[είας] τοῦ Χριστοῦ. Γέ-  
γραπται γάρ· Εἴσελ[θε] εἰς τὰ <sup>3</sup> ταμιεῖα μικρὸν  
ὅσο[ν,] ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὄργη καὶ θυμὸς μου·  
καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω  
ὑμᾶς [ἐκ] τῶν <sup>4</sup> θηκῶν ὑμῶν. Μακάριοί ἐσμεν,  
ἀγαπητοί, εἰ τὰ [προσ]τάγματα τοῦ Θεοῦ ἐποι-  
οῦμεν ἐ[ν] ὁμοιοῖα ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆ[ναι]  
ἡμῖν δι' ἀγάπης τὰς ἀμαρτίας· γέγραπται γάρ,  
Μακάριοι [ὧν ἀφέ]θησιν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν  
ἐπικ[λύ]ρωθησιν αἱ ἀμαρτίαι· μακάριος ἁ[γνῆρ]  
<sup>5</sup> ὃ οὐ μὴ λογισηται Κύριος ἀμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν  
ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Οὗτος ὁ μακα-  
ρισμός ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ  
Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὃ ἡ  
δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΝΑ'. Ὅσα [οὔ]ν παρέ[ξη]μεν διὰ τινος τῶν

VAR. LECT. 3 Codd. impr. ταμεῖα. 4 θηκῶν. 5 MS. ου.

VERS. FELL & in visitatione regni Christi c manifestabuntur. Scrip-  
c manifestan- tum enim est, *Ingrede in cubicula tua, paululum quan-*  
tur. *Id.* *tulumcunque, donec ira mea Et furor pertransseat: Et re-*  
*cordabor dicit boni, Et suscitabo vos e sepulchris vestris.*  
Beati sumus, dilecti, si praecepta Domini in caritatis  
concordia impleverimus, ut per caritatem peccata nostra

ἴσται σαματικῶς, καθὼς καὶ ὁ  
κύριος ἀπέστει, αὐτὰς ἐλεύσονται  
εἰς τὴν ἔψην τοῦ Θεοῦ. Iren.  
Lib. v. Cap. 31. Cum his  
consentient Justinus Martyr,  
Tertullianus, & plerique San-  
ctorum Patrum. Alius tamen  
est hic à Purgatorio eo, quod  
posteriora secula induxerunt.  
Hinc Ecclesia Romana hauc  
opinionem quasi Hæreticam  
condemnat; quam Clemens  
ipse videtur amplexum fuisse.  
Quod si quis aliter hac de re,  
quàm Sancti Patres, sentiat,

audiat saltem Hieronymum,  
qui alia de re, de qua non  
teque constat, ita judicat: *Li-*  
*cet non sequamur, tamen dam-*  
*nare non possumus; quia mul-*  
*ti Ecclesiasticorum virorum Et*  
*Martyres ista dixerunt; Et*  
*unusquisque in suo sensu abundet,*  
*Et Domini cuncta iudicio refer-*  
*ventur.* Comment. in Hierem.  
Lib. iv. Cap. 20. WOT.  
Καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας κ.τ.λ.]  
Simile nonnihil habes in libro  
Apocrypho iv. Efdrae ii. 16.  
Et resuscitabo mortuos de locis



vifitatione regni Christi. Scriptum enim est ; VERS. COT. If. xxvi. 20.  
*Ingrederere in cubacula tua paululum quantulumcumque, donec pertranseat ira & excandescencia mea. Et recordabor diei boni, & suscitabo vos è loculis vestris.* Beati sumus, dilecti, si præcepta Domini in caritatis concordia fecerimus, ut per caritatem remittantur nobis peccata nostra. Scriptum quippe est ; *Beati, quorum remissæ sunt ini-* Pf. xxxi. 1, 2;  
*quitates, & quorum testata sunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum, nec est in ore ejus dolus.* Hæc beatitudo contigit electis à Deo per Jesum Christum Dominum nostrum ; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

LI. Quotquot igitur per quemdam Adversarii

nobis remittantur ; scriptum enim est, *Beati quorum* VERS. FELL  
*remissæ sunt iniquitates, & quorum testata sunt peccata. Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum, neque est in ore ejus dolus.* Hæc beatitudo contigit eis, qui per Jesum Christum Dominum nostrum à Deo sunt electi, cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

LI. <sup>a</sup> Quotquot igitur inviti per aliquas adversarii <sup>a</sup> Quæcunque WOT.

*fuis, & de monumentis educam illos.* Lege etiam Isaiaë xxvii. 19. lxiii. 11. & Heb. xiii. 20. hinc enim fortè confarcinatus fuit iste locus. COT.

*Ἀμαρτίας.]* Omitto ἡμῶν, quod legitur in Codd. impresfis, quia in MS. non est vocis spatium, nec ejus opus est ad perficiendam sententiam. WOT.

*Ἐν οὖ.]* MS. habet οὖ, tum hoc in loco, tum Pf. xxxii. Vat. Cod. exhibet ᾄ. Sic S. Paulus ad Rom. eodemque modo legitur in Hebræo textu, & Versionibus omnibus : ᾄ igitur genuinam esse lectionem existi-

mo ; ad idem verò redit, sive ᾄ sive οὖ legamus. WOT.

*Ἐν ἡ δόξα, κ. τ. λ.]* Confer hanc Doxologiam cum ea, quæ habetur Cap. xx. in qua Christo tribuitur ἡ δόξα καὶ ἡ μεγαλασύνη, & cum eis, quæ habentur Cap. lviii. & ult. Δι' οὖ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλασύνη, κράτος, τιμὴ, κ. τ. λ. Δι' οὖ αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος καὶ μεγαλασύνη, θρόνος αἰώνιος, κ. τ. λ. Ex his enim constare potest, utramque Doxologiarum formulam in initio ab Apostolicis usque temporibus apud Ecclesiam receptam fuisse. WOT.

*Ὅσα [οὖ]ν παρί[σ]μεν, κ. τ. λ.]*

[τοῦ] ἀντικε[ιμ]ένου, ἀξιῶσωμεν [συγγνώμην]· καὶ ἐκεῖνοι δὲ οἵτινες ἀρχηγοὶ τῆς στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγενήθησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πολιτευόμενοι, ἑαυτοὺς δέλουσιν μᾶλλον οἰκίαις περιπίπτειν ἢ τοὺς πλοῦσιον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατάγνωσιν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖν <sup>1</sup> καλῆς καὶ <sup>2</sup> δικαίας ὁμοφωνίας. Καλὸν γὰρ ἀνδρῶπι εἶσομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων, ἢ σκληρῦναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων πρὸς τὸν Δεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν· ὧν τὸ κρίμα πρόδηλον ἐγενήθη, κατέβησαν γὰρ εἰς αἴδου ζῶντες, καὶ θοῖ[νατος] κατέπευ αὐτούς. Φαραὼ κί ἡ στρα[τία αὐ]τοῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμεν[οι Αἰγ]ύπτου, τὰ τε ἄρματα καὶ οἱ [ἵππο]ται αὐτῶν, <sup>3</sup> οὐ δι' ἄλλην πινά [αἰτίαν] ἐβυδίσθησαν εἰς θοῖλασσαν

VAR. LECT.    <sup>1</sup> MS. καλως.    <sup>2</sup> δικαιως.    <sup>3</sup> οι.

VERS. FELL suggestiones deliquimus, veniam & indulgentiam imploremus; illos vero qui seditionis & dissensionis principes & authores exstiterunt, commune bonum spei attendere oportet. Qui enim in timore & caritate vitam degunt, seipfos potius quam proximos in cruciatu incidere volunt, & seipfos potius quam <sup>b</sup> pulcrā & justam traditam nobis consensionem, vituperant aut condemnant. Melius enim est ut homo peccata sua confitea-

<sup>b</sup> pulchrè & justè traditam. *Id.*

Legit Junius ὅσοι, at MS. exhibet ὅσα--ν παρε--μεν. Lego igitur, quum in MS. deesse videatur vox aliqua: "Ὅσα [ὅ]ν παρ[έ]βη[μεν] διὰ τίνος τῶν [τοῦ] ἀντικε[ιμ]ένου [τεχνῶν, δόλον, ἐπισουλῶν, ἐνεδράν, περιρσμών, aut tale quid] ἀξιῶσωμεν συγγνώμην. His haud absimilia legimus apud Clementem Alex.

Mox enim post "Ἡ ἀγάπη ἀμαρτάνειν οὐκ ἐξ", sequitur "Ἦν δὲ καὶ περιπέση ἄκων τοιαύτη τινὲς περιστάσει διὰ τὰς τοῦ ἀντικειμένου παρεμπιπτόσεως, μιμησάμενος τὸν Δαβὶδ ψαλεῖ· Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ καὶ ἀρίσει αὐτῷ, κ. τ. λ. Qui autem probè Clementem Alex. novit, vix dubitabit, quin hæc petierit ex nostro

illapsum deliquimus, veniam postulemus : illi VERS. COT.  
 verò qui seditionis & dissensionis duces & principes fuerunt, debent communem spem contemplari.

Qui enim cum timore ac dilectione vivunt, malunt se in contumelias incidere, quàm proximos ; & in seipfos potiùs damnationis sententiam ferunt, quàm in pulcrum & justam, quæ nobis tradita est, consensionem. Nam melius est homini, confiteri de lapsibus & peccatis, quàm indurare cor suum ; prout induratum est cor eorum qui contra Num. xvi.

famulum Dei Moysem seditionem fecerunt : quorum condemnatio manifesta fuit, descenderunt enim in infernum vivi, & mors absorpsit eos. Exod. xiv.

Pharao & exercitus ejus & omnes præfecti Ægypti, currus etiam & equites eorum, non aliam ob causam, Maris Rubri profundo immerfi sunt, &

tur, quam e indurare cor suum, prout induratum est VERS. FELL  
 eorum cor, qui contra Moysem famulum Domini sedi- e induret. Id.

tionem concitârunt ; quorum condemnatio manifesta fuit, descenderunt enim in infernum vivi, & mors eos absorpsit. Pharao una cum ejus exercitu, & omnes præfecti Ægypti, currus etiam & equites eorum non aliam ob causam rubri maris profundo immerfi sunt, &

sibique accommodârît ; quod ulterius constabit, si conferantur simul ea, quæ apud utrumque Clementem hæc sequuntur. Sin ita sit, legendum est hæc αυρεμπάσαν. WOT.—MS.

ΟΣΑ ... ΝΗΑΡΕ ... ΜΕΝΔΙΑΤΙΝΟΣ. Lege "Οσα οὖν περιβή-  
 μεν διὰ περιρασμῶν vel τεχνασ-  
 μάτων τοῦ ἀντικειμένου. Nam Clementis Alex. verba Strom. iv. p. 614. longiùs abeunt, quàm ut ex nostro descripta possint censeri. DAV.

Οικίας.] Legendum cum

Junio cæterisque αικίαις. WOT.

Καλὸν γὰρ ἀνθρώπων ἰσομοιολογεῖσθαι . . . . ἢ σκληρύναι est Hebraismus apud N. T. scriptores & Clementem usitatissimus. WOT.

[Ἰππόται.] Sic Junius posuit : quum autem ista vox non occurrat in Historia Pharaonis, quam proculdubio respexit S. Pater ; sed tantum ἰππῆς & ἀναβάται, necnon conjungantur non semel tantum ἄρματα & ἀναβάται, malim hoc in loco legere ἀναβάται. WOT.

[έρυθρ]άν, καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ [τὸ σκλ]η-  
ρυνηθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυνέτους καρδίας, μετὰ  
τὸ γενέσθαι [τηλικαῦ]τα τέρατα ἐν γῆ Αἰγύ-  
πτου.] διὰ [θ]εράποντος τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως.

NB'. Ἀπροσδεὴς, ἀδελφοί, [ὁ] δεσπότης ὑπάρ-  
χει τῶν ἀπάντων, <sup>1</sup>[οὐ] δὲ οὐδενὸς χρῆζει, εἰ  
μὴ τὸ [ἐξ]ομολογεῖσθαι αὐτῷ. Φησὶ γὰρ ὁ ἐκ-  
λεκτὸς Δαβὶδ· Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ, καὶ  
ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μόσχον <sup>2</sup> νέον, κέρατα ἐκφέρον-  
τα καὶ ὄπλα· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθή-  
τωσαν. Καὶ πάλιν λέγει· Θῦσον τῷ Θεῷ θυ-  
σίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐ-  
χὰς σου· καὶ <sup>3</sup> ἐπικάλει με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς  
σου, καὶ ἐξελοῦμαι σε, καὶ δοξάσεις με. Θυσία  
γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.

NG'. <sup>1</sup> Ἐπίστασθε γὰρ, καὶ καλῶς ἐπίστα-  
σθ[ε, τὰ]ς ἱεράς γραφάς, ἀγαπῆτοί, [καὶ ἐγκε]-  
κύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ [Θεοῦ· εἰς ἀ]νάμνησιν  
οὖν ταῦτα [λάβετε.] Μωϋσέως γὰρ ἀναβαί-

VAR. LECT. <sup>1</sup> MS. δεν. <sup>2</sup> ναιον. <sup>3</sup> επικαλεσε. <sup>1</sup> MS. Επιστασθαι.

VERS. FELL perierunt, quam quod stulta eorum corda post tot signa  
& miracula ostensa per famulum Domini in terra Æ-  
gypti, indurata fuerint.

<sup>a</sup> confiteatur. -LII. Nullius rei, Fratres, indigus est Dominus, nihil  
WOT. à quoquam desiderat, præterquam ut ipsi <sup>a</sup> fiat con-  
fessio: dicit enim electus David, *Confitebor Domino &*  
*placebit ei super vitulum novellum, cornua producentem &*

Γενέσθαι [τηλικαῦ]τα τέρατα.] Et S. Stephanus de hac ipsa re  
Sic Junius & impressi Codices: agens dicit, ὁστος ἐξήγαγεν αὐ-  
fed MS. exhibet ----- ια --- τοὺς ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα  
τα τέρατα. Proculdubio legen- ἐν γῆ Αἰγύπτου. Act. vii. 36.  
dum est τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα. WOT.  
Ferè enim ubique in Sacris Διὰ [θ]εράποντος.] Sic Juni-  
Literis eo modo simul legunt- us, &c. at à MS. exhibetur,  
ur, præcipuè in libro Exodi. δια ---- εραπιντος, repono igi-

AD CORINTHIOS. EP. I. 197

perierunt, quàm quòd stulta eorum corda indu-  
rata fuerint, postquam per famulum Dei Moyfen  
tot tantaque portenta facta fuerant in terra Æ-  
gypti.

LII. Nullius rei, Fratres, indigus est Domi-  
nus, nec quidquam desiderat, præterquam ut ei  
fiat confessio. Ait enim electus David; *Confite-*  
*bor Domino, & placebit ei super vitulum novellum,*  
*cornua producentem & ungulas. Videant pauperes,*  
*& lætentur. Et iterum dicit; Immola Deo sa-*  
*crificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Et*  
*invoca me in die tribulationis tuæ: & eruam te,*  
*& honorificabis me. Nam Sacrificium Deo, spiri-*  
*tus contribulatus.*

LIII. Nôstis enim & probè nôstis sacras Scrip-  
turas, dilecti; & penitiùs in divina eloquia intro-  
spexistis: illa igitur mente & memoriâ recolite.

*ungulas; videant pauperes & lætentur. Et rursus dicit,*  
*Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.*  
*Et invoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, &*  
*glorificabis me. Sacrificium enim Deo, spiritus contribu-*  
*latus.*

LIII. Nôstis autem, dilecti, & probe nôstis sacras  
Scripturas, & penitiùs in divina eloquia introspexistis;  
illa igitur mente & memoria recolite. Cum Moyfes in

tur δια τοῦ θεράποντος. WOT.  
Ἀποσδεῖς, κ.τ.λ.] Sic Justi-  
nus Martyr ad Diognetum, &  
Cyrillus de Festis Paschalibus,  
Hom. xxii. JUN.

[Ὁ δεσπότης.] In MS. non  
est vocis ὁ spatium ante δεσπό-  
της. WOT.

τὸ ἑξομολογεῖσθαι.] Junius &  
Fellus reponunt τοῦ pro τὸ.  
Sed nihil opus est, necdò cum  
Cod. MS. legamus, οὐδὲν οὐδέ-

νὸς χρῆζει, κ.τ.λ. nihil à quo-  
quam petit, nisi ut ipse confitea-  
tur. DAV.

Ἐξομολογήσομαι, κ.τ.λ.] Hæc  
sumpta sunt, partim è Pf. vii.  
18. partim è Ixviii. 32, 33.  
BOIS.

Λάβετε.] In MS. ante Μαῦ-  
σίως est - - - - -: puto scrip-  
tum fuisse λάβετε, αἱ pro εἰ πο-  
sitis; quæ scribendi ratio in  
hoc Cod. est usitatissima. WOT.

VERS. COT.

Pf. Ixviii. 31,

32, 33.

—xliv. 14,

Et<sup>15</sup>.

—l. 19.

VERS. FELL

[νοντος εἰ]ς τὸ ὄρος, καὶ ποιήσαν[τος τεσσαρ]ά-  
 κοντα ἡμέρας, καὶ τεσο[αράκοντ]α νύκτας, ἐν  
 νηστεία [καὶ ταπειν]ώσει· εἶπεν πρὸς αὐτὸν  
 [ὁ Θεός, Μωϋ]σῆ, Μωϋσῆ, κατὰ βῆθη [τὸ τά-  
 χος] ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν [ὁ λαός σ]ου, οὐς  
 ἐξήγαγες ἐκ γῆς [Αἰγύπτου]· παρέβησαν τα-  
 χὺ ἐκ [πῆς ὁδο]ῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς, [ἐποίησα]ν  
 ἑαυτοῖς χωνεύματα. [Καὶ εἶπεν] Κύριος πρὸς  
 αὐτὸν· Δελάλη[κα πρὸς] σε ἅπαξ καὶ δις λέ-  
 γων· [ἑώρακα] τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ  
 λαός [σ]κληροτράχηλος· ἔασόν με [ἐξορ]εθρεῦ-  
 σαι αὐτούς, καὶ ἔξα[λείψω τὸ] ὄνομα αὐτῶν  
 ὑποκά[τωθεν] τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω [σε  
 εἰς ἔ]θνος μέγα καὶ θαυμαστὸν [καὶ πολὺ]  
 μᾶλλον ἢ τοῦτο. [Εἶπε δὲ Μ]ωϋσῆς· <sup>2</sup> Μηδα-  
 μῶς Κύριε, [ἄφες τὴν] ἀμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ,  
 ἢ καὶ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων. Ωὖ με-  
 γάλῃς ἀγάπῃς, ὧ τελειότητος ἀνυπερβλήτου·

VAR. LECT. 2 μῆθαιμος.

VERS. FELL montem ascendisset, & quadraginta dies, ac totidem  
 noctes, in jejunio & humilitate transgisset, dixit ad eum  
 Deus, Surge, descende velociter hinc, quia iniquitatem  
 fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Ægypti; trans-  
 gressi sunt cito de via quam mandasti eis, & fecerunt sibi  
 fufilia. Et ait Dominus ad illum, Locutus sum ad te

Ποιήσαντος.] Idem hoc in  
 loco significat quod διατρίψαν-  
 τος. Eandem significationem  
 obtinet Jac. iv. 13. & 2 Cor.  
 xi. 25. alibi verò vel apud  
 sacros vel apud profanos au-  
 thores eo in sensu vocem hanc  
 me legisse unquam, non mi-  
 mini. WOT.

Μωϋσῆ, Μωϋσῆ.] Exhibet Cod.  
 MS post αὐτὸν ----- ση i. e.

ὁ ΘΣ, Μωϋσῆ, Μωϋσῆ, ni quis  
 forte velit legere ἀναστήτω pro  
 ἀνάστηθι, Μωϋσῆ, κατὰ βῆθη κ.τ.λ.  
 Legimus enim Deut. ix. 12.  
 ἀνάστηθι, κατὰ βῆθη. WOT.

Ἐνετείλω.] Ita LXX. nec-  
 non Versiones omnes antiquio-  
 res præter unam Arabicam;  
 at Hebræus Textus, sicut ho-  
 die punctuatur, legitur in pri-  
 ma persona; abjectis autem

Cùm Moyses in montem adscendisset, & quadragin-<sup>VERS. COT.</sup> ta dies, noctésque quadraginta in jejunio ac humili-  
tate transegiſſet; dixit ad eum Deus, *Moyſes, Moyſes,* Deut. ix. 12,  
*deſcende velociter hinc; quia iniquitatem fecit populus*<sup>13, 14.</sup>  
*tuus, quos eduxiſti de terra Ægypti: tranſgreſſi ſunt*  
*citò de via quam mandáſti eis; & fecerunt ſibi fuſilia.*  
*Et dixit Dominus ad eum; Locutus ſum ad te ſe-*  
*mel & bis, dicens; Vidi populum hunc, & ecce*  
*populus dura cervice eſt; dimitte me exterminare*  
*eos, & delebo nomen eorum de ſub cælo; & faciam*  
*te in gentem magnam & mirabilem, & multam*  
*magis quam hanc. Dixit autem Moyſes: Neuti-Ex.xxxii. 32.*  
*quam Domine; remitte peccatum huic populo; vel*  
*etiam me dele de libro viventium. O caritatem*  
*magnam! O inſuperabilem perfectionem! Liberè*

*ſemel & bis dicens, Vidi populum hunc, & ecce populus*<sup>VERS. FELL</sup>  
*dura cervice eſt, dimitte me exterminare eos, & delebo*  
*nomen eorum de ſub cælo, & faciam te in gentem magnam*  
*& mirandam, & multam magis quam hanc. Dixit autem*  
*Moyſes, Neutiquam Domine; remitte huic populo pecca-*  
*tum, vel dele me de libro viventium. O caritatem mag-*  
*nam! O inſuperabilem perfectionem! Famulus Domi-*

punctis cum verſionibus con-  
venit: quum autem utraque  
lectio ſana ſit, utra præferatur  
penes lectorem ſit judicare.  
Hebræo-Samaritanus Textus  
utramque admittit. WOT.

Λελαληκα προς σε απαρ και  
δεις.] Hæc neque Hebræus  
Textus, neque ex Verſionibus  
aliqua agnoſcit. WOT.

Λαός.] Λαός literis iniatiis  
à Junio deſcribitur, unde E-  
piſcopus Oxoniensis [Cl. Pot-  
terus] ſupponit lacunam ex  
Clemente Alex. voce, ἰοτι,

ſupplendam eſſe. Ejus notæ  
hunc in locum lubens aſſenti-  
rer, niſi quod ipſe Cod. MS.  
exhibet λαός, neque ſit ibi la-  
cuna aliqua. WOT.

Ἐξελθρήύσαι.] Non diſcedo  
à fide MS. Cod. qui ubique  
ſic exhibet hanc vocem. WOT.

Μηδαμῶς.] Eodem modo ha-  
bentur à Clemente Alex. pro-  
culdubio ex noſtro petita; li-  
cet pro more alia mutaverit,  
alia contraxerit, alia inferuerit.  
WOT.

παρρησιάζεται δεράπων πρὸς Κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαιλεφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοί.

ΝΔ'. Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὐσπλαγχνος; τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω· Εἰ δὲ ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὗ ἂν<sup>1</sup> βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποιμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνεύετω, μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. Τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα<sup>2</sup> κλέος ἐν Κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς<sup>3</sup> τύπος δέξεται αὐτόν· Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ

VAR. LECT. <sup>1</sup> MS. βουλευσθαι. <sup>2</sup> κλαιος. <sup>3</sup> τοπως.

VERS. FELL num libere alloquitur, pro plebe remissionem postulat, vel seipsum una cum eis deleri petit.

LIV. Qui igitur inter vos generosus est, qui misericors, & caritate plenus, dicat: Si propter me feditio,

Πεπληροφορημένος.] Perperam mutaretur in *σεπληρωμένος*, [ut Junius, Fellus, & Boifius malunt, WOT.] cū *πληροφορεῖσθαι* significat *impleri* aliquā re, uti observatum à Scripturarum interpretibus. Vide Eccles. viii. 11. Luc. i. 1. S. Chrysofomus ad 2 Tim. iv. 5. τὴν διακινίαν σου πληροφορήσον, τουτίστι, πλήρωσον. Theophylactus ad 2 Tim. iv. 17. πληροφορηθῆ, τουτίστι, βεβαιωθῆ, ἢ εἰς σίρας ἔλθη καὶ πληρωθῆ. COT.

Εἰ δὲ ἐμὲ στάσις, κ.τ.λ.] Epiphanius Lib. 1. adversus Carpocrasios, ubi mentionem Clementis nostri facit, ad hunc locum respicit, scribens, λέγει γὰρ μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ, Ἄναχωρῶ, ἄπειμι, ἐσταθῆτω ὁ λαὸς τῷ Θεοῦ, &c. ubi εὐσταθῆτω legendum puto, pro quo

Clemens noster *εἰρηνεύετω* habet. Quantum fraternitatem universam dilexerit, τὸ κοινωφελὲς quæsierit, & paci Ecclesie vir hic sanctus studuerit; & quàm abominanda ipsi fuerint schismata, quæ Christi τὸν ἀρραφον καὶ ἀρρηκτον χιτῶνα σχίζουσι, ex hoc loco facile apparet: nullum enim gravius peccatum admitti potest, quàm unionem Ecclesie scindere, auctore Cypriano, qui Libro *de unitate Ecclesie*, inexpiabilem discordie maculam martyrii sanguine ablui, & passione purgari negat: quod Chrysofomus *Hom. xi. ad Ephesios*, suppresso nomine, audax sed verum esse dictum pronuntiat. Et paulò infra eadem Homiliâ, se pacis studio omnia postponere, immo & Episco-



ad Dominum loquitur famulus; remissionem pro plebe postulat, vel seipsum quoque cum eis deleri petit.

LIV. Quis ergo inter vos generosus? quis misericors? quis caritatis plenus? Dicat; Si propter me seditio, & discordia, & schismata; discedo, abeo, quocumque volueritis; & facio quæ à plebe mandantur; solum ovile Christi in pace degat, cum constitutis Presbyteris. Qui hoc fecerit, sibi magnum decus in Domino comparabit; & omnis locus eum suscipiet. *Domini enim est terra,* & Pl. xxiii. 1.

contentio & schismata orta sunt, emigrabo, abibo, quocumque volueritis, & quæ à plebe mandantur faciam, solum Christi ovile cum constitutis supra se presbyteris in pace degat. Qui hoc fecerit, magnam sibi gloriam in Domino conciliabit, & omnis locus libenter eum suscipiet. *Domini enim est terra & plenitudo ejus.* accipiet.

patum ipsum abdicare, paratum esse profiteretur, modo unitas Ecclesiæ conservetur: in quo Clementem nostrum *ὁπί- γρημίν* sibi proposuisse, & locum hunc, ad quem alladi, præ oculis habuisse, verissimi est. JUN.—Locum hunc citat Epiphanius Hær. xxvii. & etiam exemplo & moribus Clementis nostri descriptum ait: qui Ecclesiæ Romanæ Cathedralis à D. Petro admotus, se eo munere abdicavit, quamdiu Linus & Cletus in vivis essent. Ex qua duplici successione fortassis, si non potius ex Ecclesiis à B. Petro & Paulo, Judæorum Gentiumque Apostolis, seorsim aliquandiu habitis, fieri potest, ut adeo parum inter Scriptores conveniat, utrum Clemens immediatè successerit Petro, an quarto saltem loco: licet non sim nescius aliam etiam causam à

plurimis redditam; quod, scilicet, nemo illi Romæ succedere liquidò potest dici, de quo multum dubitatur an ipse Romæ unquam fuerat. At obiter monendum, apud Epiphanium in loco supra memorato reponi commodè posse, *προἰσταθῆτα, ἐσταθῆτα*, quam veterem lectionem retineat doctif. Petavius. Sed hoc ipsum quod hic loci suadet B. Clemens, de se profiteretur & spondet S. Chrysostomus, Hom. xi. *ad Eph.* Et Gregorius Nazianzenus reipsa præstitit; qui ut seditioni obviam iret, postquam ad Constantinopolitanam sedem admotus esset, protenus *τὴν προστασίαν ἀρρήτιστατο*. Socrat. Hist. v. 7. FELL.

[*Ἐκχωρῶ, ἀπειμι, κ. τ. λ.*] Similia leguntur Origenis Hom. xix. *in Jeremiam.* COT.

PARS II. R

καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ταῦτα, οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ, ἐποίησαν, καὶ ποιήσουσιν.

NE. Ἴνα δὲ καὶ ὑποδείγματα ἔθνῶν ἐνέγκωμεν· πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινος ἐνστάτος καιροῦ, χρησιμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας, πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλείον. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς

VERS. FELL Hæc faciunt, & porro facient, qui vitam juxta normam Dei, cujus nunquam pœniteat, instituunt.

LV. Ut autem etiam exempla Gentium in medium proferamus; multi Reges & gubernatores grassante pesti-

[Ἴνα δὲ καὶ ὑποδείγματα κ.τ.λ.] Respexit hæc Origenes [ut observat Cotelerius] *Comment. in Johannem*. Frustra hunc locum sollicitat Anonymus [Bernardus], dum quærit, *Uti sunt illa exempla Gentilium?* Origenes enim innuit talia apud Clementem extitisse. Certe nondum in scirpo quærit; habentur enim illa exempla paulò infra, Πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, κ.τ.λ. WOT.

[Πολλοὶ βασιλεῖς, κ.τ.λ.] Similia [iis quæ leguntur in *Comment. in Johannem*] profert Origenes Lib. iv. in *Epist. ad Romanos*, ante finem, atque Tom. I *contra Celsum*, ante medium. Nihil porro notius iis, quæ referuntur de Menæceo, Codro, Macaria, Protogeneia, & Pandora, Philænis fratribus, Lei filiabus, Curtio, Deciis, aliisque qui se ultro morti pro communi civium salute obtulerunt. COT.—

Quales Codrus, Lycurgus, Genulius Cippus, M. Curtius, & Scipio Africanus, qui ingrattam urbem relicurus, per quem stetit ut ingrata eïssè possit, Clementis nostri fere verbis, ei valedixit, dicens, *Exeo, si plus quàm tibi expediret crevi*. Quin & Oedipus λοιμικοῦ τινος ἐνστάτος καιροῦ χρησιμοδοτηθεὶς, à Poeta introducitur in eundem morcem verba faciens:

*Quicunque fessi corpore, Et morbo graves, Semianima trahitis corpora, en fugio, exeo; Relevate colla, mitior cævi status*

*Post terga sequitur.* Tale etiam quiddam affectur à Cicerone in *Orat. pro Milone*. FELL.

[Λοιμικοῦ τινος ἐνστάτος κ.τ.λ.] Nullum exemplum ejus rei, ad quod respexisse putarem Clementem, memoriâ recole-

*plenitudo ejus.* Hæc, qui divinam, ac cujus VERS. COT. numquam pœnitet, vitam vivunt, fecerunt & facient.

LV. Ut autem etiam Gentium exempla proferamus : multi reges & principes, pestifero tempore sæviente, cùm oraculo admoniti essent, seipfos morti tradiderunt, ut cives suo sanguine liberarent. Multi à suis civitatibus, ne seditio duraret, secesserunt. Multos inter nos cognovimus,

fera lue, & stragem minante, oraculo accepto, morti VERS. FELL seipfos tradiderunt, ut suo sanguine cives liberarent. Multi, ne diutius inter cives seditio duraret, civitatibus suis valedixerunt. Multos etiam inter nos cognovimus,

bam, præter exemplum Oedipi. Cùm ve. ò legissim Sophoclis *Oedipum* ἐπὶ Κολώνῃ, non tam mihi satisfecit, quàm eximius ille *Oedipus* Latinus, quem eruditus amicus meus Thom. Farnabius L. Annæo Senecæ, genuinæ ac melioris Philosophiæ Sireni, tribuit ; contrà quàm volebat Heinſius, à quo, in aliis rebus, multùm dissentire non solet. In ea Tragœdia, Oedipus, ad sistendam pestem, cujus causa fuerat ipsius incestus, in exilium voluntarium profecturus, sic valedicit languentibus civibus, *Act. v.*

*Quicunque festi, &c.* BURT. Huc spectant imprimis quæ à Plutarcho, opinor, referuntur de Bute & Sperche Lacedæmoniis, qui, accepto oraculo, patriam suam peste, quâ graviter tum premebatur, liberatam iri, si Perſarum regi, quem offenderant, unus & alter Lacedæmoniorum se interfici-

endos traderent, ultro sese ei occidendos obtulerunt. Bois.

Ἐπιστάμεθα πολλούς, κ. τ. λ.]

Hujus rei exempla dabit B. Paulus ad Rom. xvi. 3. *Priscam & Aquilam, qui pro anima ejus suas cervices supposuerunt.*

Et ad Philip. ii. 30. *Ephroditum, animæ suæ Parabolanum, ὠρυχολευσάμενοι τῆ ψυχῆ.*

Sequentium temporum Heroas, qui in hac laude claruerunt, referre mora esset. Gentis tamen nostræ Protomartyr Sanctus Albanus à nobis præteriri minimè debet, qui sub

*Diocletiano, pro Clerico hospite, quem persecutionem fugientem susceperat, seipsum tradens, post verbera aliaque acerbiora tormenta, capite plexus est :* quem admodum Baronius in An. 303.

ex Beda nostrate historiam narrat. Hoc autem in loco observari poterit, durante primævæ caritatis impetu, tantam fuisse *Parabolanorum* segetem, quibus id negotii daba-

ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμὰ, ὅπως ἑτέροις λυτρώσονται. πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέροις ἐφώμισαν. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετέλεσαντο πολλὰ ἀνδρείαα. <sup>1</sup> Ἰουδίθ ἡ μακάρια, ἐν συγκλεισμῷ οὕσις τῆς πόλεως, ἠτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ ἐξῆλθεν δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος, καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ, καὶ παρέδωκεν Κύριος Ὀλοφέρνην ἐν χειρὶ <sup>2</sup> θηλείας. Οὐχ ἦπτον <sup>3</sup> αὐτὴ καὶ ἡ πλεῖστα κατὰ πίστιν Ἐσθήρ,

VAR. LECT. <sup>1</sup> MS. Ἰουδείθ. <sup>2</sup> θηλείας. <sup>3</sup> εἰ.

VERS. FELL qui ut aliis libertatis authores essent, seipfos a ad vincula a vinculis de-damnârunt. Multi in fervitutum seipfos addixerunt, & derunt. WOT. accepto pretio sui, alios cibarunt. Multæ mulieres, gratiâ divinâ corroboratæ, multa præclara & virilia gesse-

tur, ut propriæ salutis dispendio alienam procurarent; inque tam magna Collegia hominiam excrevissent, ut eorum numerum Imperatorum re-scriptis necesse esset coercere, quemadmodum videre est. *Cod. Theod. Lib. xvi. Tit. 2. de Episc. Eccl. & Clericis Leg. 42.* FELL.

Eis δουλείαν, καὶ.] Boisius legendum putat δουλείαν, ἵνα ἐτίρους ἐλευθερώσῃσι· πολλοὶ ἐπώλησαν τὰ ὑπάρχοντα, καὶ λαβόντες, κ. τ. λ. Sed non opus est ut aliquid mutemus: licebat enim annum zo agenti seipsum vendere in fervitutum, ut ipse pretium acciperet. WOT.— Ad horum exemplum postea B. Paulinus Nolanus Præful subiit fervitutum voluntariam,

ut filiam viduæ liberaret, referente Magno Gregorio Lib. iii. *Dialogorum*, Cap. i. "Ἄν ἀίχι-άλωτον, inquit incertus scriptor de Persica captivitate à R. P. Francisco Combessio publici juris factus, θεάσει θακρούοντα, προσπίπτοντα, ταλαπαρούντα, χειμαζόμενον, τότεν ἐκ τόπου πρὸς εὐποιεῖαν μετερχόμενον, μαστιζόμενον ὑπὲρ Χριστοῦ, καταπονεύμενον, καὶ ὡς κτήνησιν ἀπειροκόμενον· μὴ μόνον χρήματα, ἀλλ' εἰ δυνατόν τὰ ἐσωτῶν σώματα μεταδώσασμεν. Καλὸν γὰρ ἀγοράσαι Χριστὸν ἀπειροκόμενον. COT.

Ἰουδίθ, κ. τ. λ.] Habentur à Clemente Alex. sed non αὐτολεξεί. Ἄλλα καὶ Ἰουδίθ, ἡ ἐν γυναιξὶ τελειωθεῖσα, ἐν συγκλεισμῷ τῆς πόλεως γνηομένης, δεηθεῖσα τῶν πρεσβυτέρων εἰς μὴν τῆς

qui seipfos in vincula conjeckerunt, ut alios redi-  
merent. Multi se ipsi in servitatem dederunt, & accepto precio sui, alios cibarunt. Mulieres complures per gratiam Dei corroboratæ, strenua & virilia multa gesserunt. Beata Juditha, cùm urbs obsideretur, rogavit Seniores, ut sibi liceret in alienigenarum castra transire : ac seipsam periculo tradens, propter caritatem patriæ populique obfessi, egressa est ; & Dominus tradidit Olophernen in manu feminæ. Nec minùs, cujus perfecta fuit fides, Esthera, periculo se objecit, ut

VERS. COT.

Jud. viii, ix, x, xiii.

Esth. vii, viii.

runt. Beata Juditha, cum urbs circumfessa esset, rogavit Seniores ut sibi liceret in alienigenarum castra exire ; & periculo se objiciens, propter amorem patriæ, & populi qui arctâ obsidione cingebatur, egressa est, & tradidit Deus Olophernem in manus mulieris. Non minùs, perfecta in fide Esthera, ut duodecim tribus Israel ab in-

VERS. FELLE

παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐξίρχεται, τοῦ παντὸς καταφρονήσασα κινδύνου ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἐν τὴν ἐπισκοπῶσα τοῖς πολέμοις ἐν πίστει Θεοῦ· λαμβάνει δ' εὐθὺς τὰ πικρὰ τῆς πίστεως, κυρία τῆς Ὀλοφέρνηου γενόμενη κεφαλῆς. Στραμ. 4. Bois. WOT.— Profert exemplum Judithæ, ex Apocrypha apud Judæos Historia. Talem eam Clementi creditam argumento est, quòd eam Historiam inter Ethnicas protulerit, quamvis peculiarius nihil addiderit. Ad defendendum Clementem, memor sit studiosus lector, non tantùm à Petro & Juda adducta scripta Enochii Apocrypha, atque à posteriori etiam Librum *De dimissione vel morte Moysis* (quamvis vir mirandus Jos. Scaliger observavit Fragmenta Enochii,

quæ nunc habemus, corruptiora esse posterioribus additamentis & interpolationibus Judæorum, quàm erant Apostolorum ævo) sed etiam ipsum Paulum usum esse locis defumtis è libris Apocryphis Judæorum ; quod Græci Patres observârunt. In 1 ad Cor. respicit ad Apocrypha Eliæ ; in Ep. ad Gal. ad Apocrypha Moysis ; in Ep. ad Ephes. ad Apocrypha Jeremiæ. Nec inde propterea sequitur, Paulo probata quæcumque in iis scriptis erant, magis quàm amatoria, quæ erant in *Comædiis* Menandri, quia Jambum moralem ex iis protulerit. Vide D. Heinii *Exercit. Sacrarum Lib. xviii. 2. BURT.*

Οὐχ ἴστω αὖ, κ. π. λ.] Citan- tur hæc etiam à Clemente

κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ μέλλον ἀπολέσθαι, ῥύπται· διὰ γὰρ τῆς νηστείας, καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς, ἤξιώσεν τὸν παντεπόπτην δεσπότην, Θεὸν τῶν αἰώνων· ὅς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἔρρύσατο τὸν λαόν, ὧν χάριν ἐκινδύευσεν.

Νς'. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἐν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἑπίεικεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ· οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεόν, καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρμῶν μνεία. Ἀναλάβωμεν παιδείαν ἐφ' ἣ οὐδεὶς ὀφείλει ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί. ἢ νουθετισίς, ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλὴ ἔστιν, καὶ ὑπεράγαν ἀφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γὰρ φησιν ὁ ἅγιος

VAR. LECT. 4 ἐρυσάτο. 1 MS. ἐπιεικία. 2 οἰκτιρμῶν μνεία.  
3 παιδείαν. 4 οφίλει. 5 νουθετισίς.

VERS. FELL stanti exitio liberaret, periculis seipsam objecit: per jejunia enim & humiliationem, suppliciter oravit rerum inspectorem. omnium b opificem Dominum, seculorum Deum; qui WOT. animi ejus humilitatem cernens, populum liberavit, cujus e subierat. Id. gratia periculum a adierat.

Alex. eodem loco, ex nostro, sed non αὐτολεξεί. Πάλιν τε αὐτὴ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἑσθῆρ ῥυομένη τὸν Ἰσραὴλ τυραννικῆς ἐξουσίας καὶ τῆς τοῦ Στρατάρου ἀμόκτητος, μόνῃ γυνὴ νηστείας τεθλεμμέναις πρὸς μύρις ὀπλισαμένας ἀντιτάξατο διξιαίς, τυραννικὸν διὰ πίστεως ἀναλύουσα δόγμα. Καὶ δὴ τὸν μὲν ἐτιθάσσεισεν, ἀνίστασθαι δὲ τὸν Ἄμαν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ τῇ τελείᾳ πρὸς τὸν Θεὸν δέησε ἀπαθῆ διεφύλαξεν. Bois. WOT. Παντεπόπτην.] Codd. imp.

omnes cum Junio exhibent παντοποιήτην. Ego ex MS. reposui παντεπόπτην, quæ vox multo aptior est huic loco. Eadem vox à S. Polycarpo habetur: δέησεν αἰτούμενος τὸν παντεπόπτην Θεὸν μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς τὸν σκλασμόν. WOT. [Paraprotōmati.] Junius, Fel-lus & Colomesius περιπτώματα legendum esse censent: ego [cum Cotelerio] à fide MS. non discedo; & ita interpretor, Oremus pro iis, qui ad peccata

duodecim tribus Israelitarum jam perituras liberaret. Nam in jejunio & humilitate precata est omnium effectorem Dominum, Deum sæculorum : qui animi ejus humilitatem cernens, populum liberavit, propter pericula quæ illa adierat.

LVI. Et nos igitur oremus pro eis, qui in aliquod peccatum lapsi sunt, ut detur illis moderatio & humilitas ; quò non nobis, sed voluntati Dei cedant : sic enim erit ipsis fructuosa & perfecta quæ est apud Deum & sanctos, cum misericordia recordatio. Assumamus disciplinam, juxta quam nemo solitus est indignari, dilecti. Admonitio, quam invicem facimus, bona est & apprimè utilis : siquidem nos voluntati Dei glutinat. Sic enim ait sacer sermo, *Castigans castigavit me* Pf. cxvii. 18.

LVI. Oremus igitur & nos, pro eis qui in calami-tatem aliquam inciderunt, ut moderatio & humilitas eis concedatur, quibus instructi, non nobis sed voluntati divinæ cedere possint. Sic enim apud Deum & sanctos uberem & perfectam cum misericordia recordationem obtinebunt. <sup>a</sup> Se ceterum, dilecti, disciplinam, propter quam <sup>a</sup> Suscipiamus. nemo irasci debet. Admonitio qua alii alios commone-facimus, bona est, & apprime utilis, voluntati enim divinæ nos agglutinat. Sic enim dicit sacer sermo,

*tum aliquod declinarunt, vel, Millius, qui Rom. xii. 13. qui sunt in aliquo peccato, quale fuit Corinthiorum* *μισῆν καὶ ἀγίαν κοινωνοῦντες, & nos ad ἀνόσιον καὶ τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ ἐξόν καὶ ἀλλότριον* [schisma ; contextus enim ratio hoc postulat.

Alludit proculdubio S. Pater ad illud beati Apostoli, Ἄδελφοί, εἰάν καὶ παροληθῆ ἄνθρωπος ἐν τινὶ παραπτώματι, κ.τ.λ. Gal. vi. 1. Aliud fanè hoc est argumentum, retinendam esse vocem *παραπτώματι*. WOT. *Μνῆα.*] Hunc locum respexit

WOT. *Ὁφείλει.*] Sic proculdubio legendum est ; quod & Junius in margine libri sui ex conjectura posuit. Codd. imp. omnes *εἶλε*, sed MS. exhibet *οφείλει*, in quo vocalis, pro diphthongo *ei* sæpius ponitur.

WOT.

λόγος· Παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ Κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. Παιδεύσει με γάρ, φησιν, δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με·<sup>6</sup> ἔλαιον δὲ ἀμαρτωλῶν μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλὴν μου. Καὶ πάλιν λέγει· Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἠλεγξεν ὁ Κύριος, ρουθέτημα δὲ παντοκράτορος μὴ ἀπαναίνου. αὐτὸς γὰρ ἀλγῶν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισιν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. ἐξάκμῃς ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖται σε, ἐν δὲ τῷ ἐβδόμῳ 7 οὐχ ἄφεταί σου κακόν. ἐν λιμῶν ῥύσεται σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε. καὶ ἀπὸ μαστιγῶν γλώσσης σε κρύψει, καὶ οὐ μὴ φοβηθῆσιν κακῶν ἐπερχομένων. ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγέλαση, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῆς. θῆρες γὰρ ἄγριοι εἰρηνεύσουσίν σοι. εἶτα γνώσῃ ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος. ἡ δὲ δίαίτια τῆς σκηνῆς σου εὐ μὴ ἀμάρτη. γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ [τὸ σπέρμα σου,] τὰ δὲ τέκνα σου ὡσπερ [τὸ παμβό]τανον τοῦ ἀγροῦ. ἐλεύσῃ [δὲ ἐν τῷ] φῶ ὡσπερ ὄστος ὄριμος, [κατὰ και]-

VAR. LECT.

<sup>6</sup> ελαιος.    <sup>7</sup> ουκ οφεται.

VERS. FELL *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me. Quem enim diligit Dominus arguit, flagellat autem omnem filium, quem suscipit. Dicit enim, Corripiet me justus misericordia, & increpabit me; oleum autem peccatorum non impinguet caput meum. Et rursus dicit, Beatus homo quem arguit Dominus, monitionem verò Omnipotentis*

Παιδεύει.] Ita quædam exemplaria Prov. iii. 12. & Heb. xii. 6. item Alexandrinus Clementis Pædag. i. 9. Chrysofostomus in Psalm. cx. & Catena Græcorum in Proverbia. Alii Codices ἐλέγξει. At in Apoc. iii. 19. utrumque verbum jungitur, ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλέω, ἐλέγω καὶ παιδεύω. COT.  
[ἔλαιον δὲ ἀμαρτωλῶν.] ΨΗΤ  
Hebræis est caput, præcipuum,



AD CORINTHIOS. EP. I. 209

*Dominus ; & morti non tradidit me. Quem enim diligit Dominus, corripit ; flagellat autem omnem filium, quem suscipit. Corripiet enim me, inquit, iustus in misericordia, & arguet me : oleum autem peccatorum non impinguet caput meum. Et iterum dicit ; Beatus homo, quem arguit Dominus, mentionem verò Omnipotentis ne renuas. Ipse enim dolere facit, & rursus restituit : percussit, & manus ejus sanaverunt. Sexies de necessitatibus eruet te ; & in septimo non tanget te malum. In fame liberabit te à morte : in prælio verò, de manu ferri solvet te : & à flagello linguæ abscondet te, & non timebis à malis ingruentibus : injustos & iniquos deridebis ; & feroces bestias non timebis. Bestiæ enim feræ pacatæ erunt tibi. Deinde scies, quòd in pace erit domus tua : habitatio autem tabernaculi tui non peccabit. Scies autem, quòd multum semen tuum, & filii tui quasi omnis herba campi : & venies in sepulcrum, tamquam frumen-*

*ne renuas ; ipse enim dolere facit, & rursus restituit ; percussit, & manus ejus sanaverunt. Sexies de necessitatibus te eruet, & in septimo non tanget te malum. In fame liberabit te à morte, in prælio verò de manu ferri solvet te. A flagello linguæ abscondet te, & non timebis à malis venientibus ; injustos & iniquos deridebis, & feroces bestias non timebis. Bestiæ enim feræ pacatæ erunt tibi, deinde scies quòd in pace erit domus tua, habitatio autem tabernaculi tui non deficiet. Scies autem quòd multum semen tuum, & liberi tui erunt quasi omnis herba campi. Et venies in sepulcrum, tamquam frumentum maturum, quod*

*venenum, amaror.* Ideo in hoc loco interpretantur *capitis*, vel *præcipui*, vel *amaritudinis* ; quam ultimam interpretationem Hieronymi sequitur Augustinus in Speculo. At

LXX. vertentes ἀμαρταλοῦ, aut legerunt ὕ7 seu ὕΨ7, aut putaverunt *veneni* metaphoram per nomen *peccatoris* esse reddendam. COT.

ρὸν περιζόμενος, ἢ ὡς [περ θημω]νία ἄλωνος καθ' ἄραν συ[γκομι]σθεῖσα. Βλέπετε, ἀγαπητ[οί, ὅπ] ὑπερασπισμὸς ἔσπν τ[οῖς παιδευ]ομένοις ὑπὸ τοῦ δεσπο[του· καὶ γάρ] ἀγαθὸς ἂν παιδε[υτῆς] δέλει νουδετ[ηθῆναι] ἡμᾶς, διὰ τῆς ὀσίας [wai] <sup>8</sup> δειας αὐτοῦ.

NZ'. Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν [τῆς] στάσεως ποιήσαντες, ὑποτ[άγη]τε τοῖς πρεσβυτέροις,

VAR. LECT.

<sup>8</sup> δίας.

VERS. FELL *in tempore messuerunt, vel sicut aceruus areæ in tempore comportatus.* Videtis, carissimi, protectione non carere,

Δεσπό[του· καὶ γάρ] ἀγαθὸς, κ. τ. λ.] Ita exhibetur à Junio & ab omnibus Codd. impressis; sed non profusus ad fidem MS. Cod qui exhibet, ΔΕΣΠΟΤ--- ΑΓΛΘΟΣΩΝΗΙΑΙΔΕ----- ΕΙΣΤ --- ΗΘΗΝΑΙΗΜΑΣ. Chasma inter ΕΙΣΤ & ΗΘΗΝΑΙ est circiter quinque literarum. Retineo igitur νουθετηθῆναι, licet spatium vix admittat ο νουθετ, legoque καὶ γάρ ἀγαθὸς ἂν παιδεύει ὁ Θεὸς εἰς τὸ νουθετηθῆναι, [vel potiùs ἡγηθῆναι] ἡμᾶς, κ. τ. λ. WOT.—Scribendum puto: δεσπότου· Θεὸς γάρ ἀγαθὸς ἂν παιδεύει, ἀλλ' εἰς τὸ εὐθουθῆναι ἡμᾶς, κ. τ. λ. DAV.—Felicissimum est supplementum. CLER.

[Ἐποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις.] Animadvertendum hinc moneri Corinthios, propter unum atque alterum factiosum, eorum Ecclesiam seditiosè in Presbyteros insurrexissè; tum alibi optimum & unum conf'ium, idque misericordiæ & caritati Christianæ quàm maximè consentaneum, si condonatis delictis & oblivioni mandatis singularum privatis utilitatibus,

quæcumque fuerint, pacarent & quieti redderent Christi gregem, & Presbyterium ei præfectum. Hic verò monet eos qui turbarum auctores fuerant & fundamentum seditionis posuerant, ut pœnitentiam agant, mutatisque superbis sermonibus, in humilitatem veram animi, sese subjiciant suis Presbyteris. Jam integra Epistola legatur, & qui legerit dicat, an vestigia hinc inveniantur singularis Episcopatus, quibus niti possimus, probarique hinc ejus usus queat; vel Ecclesiam, sive Romanam, sive Corinthiam, alio regimine usam, eo tempore quo scripta est Epistola, quàm plurimum Presbyterorum, certè perspicuo quopiam loco BURTON.—Si non possit ex hac Epistola probari Regimen. quale est hodie sub uno Episcopo; nullo hinc etiam modo, plurimum Presbyterorum, quales fuerunt postea secundi Ordinis Pastores, regimen tum fuisse institutum liquet. Sed qui Burtono favent respondebunt, *Plurimum*

*tum maturum, quod in tempore messuerunt; vel sicut* VERS. COT.  
*aceruus areæ in tempore comportatus.* Videtis, dilecti, protegi eos qui à Domino castigantur: cùm enim bonus sit correptor, vult nos sanctâ suâ correctione admoneri.

LVII. Vos ergo qui seditionis fundamenta jectis, subditi estote Presbyteris, & in pœnitentiam

qui à Domino erudiuntur; cum enim bonus sit b cor- VERS. FELL  
 rector, sancta sua correptione commoneseri nos vult. b castigat nos

LVII. Vos igitur qui prima fundamenta seditionis jectis, in obedientia subditi estote presbyteris, & genua DEUS, ut sancta  
DISCIPLINA COMMONEFIAMUS. ID.

*Presbyterorum* hîc mentionem fieri, non unius Episcopi. Sed ante omnia sciendum, nomina illa *Episcopi & Presbyteri* permixta fuisse; atque in una Ecclesia, primis illis temporibus, si urbs magna esset, qualis Roma, aut Corinthus, plures fuisse, quibus utriusque Ordinis potestas, quæ postea divisa est, inter Episcopos, sic κατ' ἕξοχὴν dictos, & Presbyteros secundi Ordinis Pastores, collata erat. Sed ante finem primi Sæculi, vivis etiamnum Joanne atque aliis fortè Apostolis, iis visum est uni mandari potestatem ordinandi Presbyteros, eosque in Senatum Ecclesiasticum adlegendi; cæteris verò Sacramentorum administrationem & alia id genus. Qua de re egimus ad *Historiæ Ecclesiasticæ* Sæculi i. annum 68. Quamvis Clemens ἀληθινῆς καὶ ἐπιτῶν ἡγουμένων, ἢ ἀρεσβυτῶν, primùm non sequitur pares omnes fuisse, quamvis ejusdem nominis participes.— Sed cur mutatum est, inquires, regimen illud prius Apostolicum,

quo pari auctoritate Ecclesiæ præerant Pastores, quibus utriusque Ordinis, qui postea fuit, potestas collata fuerat? Eadem, nimirum, de causa, ob quam ad Ecclesiam Corinthiam scripsit Clemens; nempe, divisiones & contraria studia Rectorum Ecclesiarum, qui inter se dissidebant, & plebis etiam cum suis Rectoribus. Hæc fuit jam olim Hieronymi sententia, in Comment. Cap. i. Epist. ad Titum. *Diligenter*, inquit, *verba adtendam dicentis*: ut constituas per civitates Presbyteros, sicut ego tibi disposui. *Qui qualis Presbyter debeat ordinari, in consequentibus differens, hoc ait*: Si quis est sine crimine, unius uxoris vir, &c. *postea intulit*: oportet enim Episcopum sine crimine esse, tamquam Dei dispensatorem. *Idem est ergo Presbyter qui Episcopus; & antequam, Diaboli instinctu, studia in Religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur.* Post-

καὶ πα[ιδεύ]θητε εἰς μετάνοιαν, κάμψαν[τες]  
τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν, μάθετε ὑποτάσ-  
σεσθαι, ἀποδέμενοι τὴν ἀλάζονα καὶ ὑπερή-  
φανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθάδ[ειαν\*] ἄμεινον  
γάρ ἐστιν ὑμῖν [ἐν] τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ  
μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὐρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπερο-  
χὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ.  
Οὕτως γὰρ λέγει ἡ παιάρετος σοφία· Ἰδοὺ προ-

VERS. FELL *cordium vestrorum flectentes, in pœnitentia erudimini. Deponentes gloriosam & superbam linguæ vestræ arrogantiam, discite aliis subijci: melius enim est in ovili*

*quam verò unusquisque, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Tum probat ex Philip. i. 1, 2. & Act. xx. 28. multa fuisse Presbyterorum atque Episcoporum nomina. Deinde contendit: sicut Presbyteri sciunt, se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos: ita & Episcopos nôsse oportere, se magis consuetudine, quàm dispositionis Dominicæ veritate, Presbyteris esse majores. At verò non consuetudine tantùm Ecclesiæ, sed dispositione Apostolicâ, factum hoc esse existimaverim; quòd discordiæ Ecclesiarum, ut adparet vel ex Corinthia Ecclesia, vivis etiamnum Apostolis nonnullis & multis Apostolicis viris, nimis citò eruperint. Quare hoc remedium ab Apostolis & Apostolicis viris inventum atque usurpatum ante finem Sæculi i. existimo. CLER.*

Κάμψαντες τὰ γόνατα, κ. τ. λ.] Hæc phrasis in Patribus & Conciliis frequens, desumpta vide ur ex Oratione Manassis, quam quædam Biblia complectuntur, quamque referunt Constitutiones Apostolicæ Lib. ii. Cap. 22. Multas verò similes in Scripturis sacris & Ecclesiasticis invenies. COT.

[Ἐκ τῆς ἐλπίδος.] Fortè ἐξω τῆς κηκλίδος, vel ἐκκυλίδος potius: Basiliius in Psal. xxviii. Hom 1. μία ἐστὶν αὐλή, ἀγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἢ αὐλή ἀράτερον, ἢ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆ, ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀμαρτίαν ἐγένετο ἡ ἑταυλις αὐτῶν ἡρημακίμη. JUN.—Nihil muto. C. li. οφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Lege hîc S. Ignatium ad Ephesios 1. ad Magnesianos 9. ad Philadelphenos 5. 11. & S. Polycarpum Epistolæ Cap. 8. Severus de vita B. Martini Cap. ult. *Jesum testor, spemque communem.* COT.—Colomesius mavult ὑπαυλίδος. Ego nihil mutandum esse existimo. Intelligendum verò est per ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐ-

corripimini; flectentes genua cordis vestri, dis-  
cite subjici, deponentes arrogantem & superbam  
linguæ vestræ jactantiam: melius siquidem vobis  
est, in ovili Christi parvos & probatos inveniri,  
quàm altum sapientes è spe illius ejici. Ita siqui-  
dem dicit Sapia, quæ *πανάρητος*, hoc est, om-  
nem virtutem complectens, vocatur; *Ecce prof-*

Prov. i. 23,

---31.

Christi parvos & in æstimatione bona reperiri, quam  
sibi videri aliis eminentiores, & spe illius ejici. Sic  
enim dicit virtute omni prædita Sapia, *Ecce prof-*

VERS. FELL

*του τ. ε. Χριστου*, decidere de  
spe & promissis Evangelii, gra-  
tiâ, scilicet, & æternâ salute.  
WOT.

Ἡ *πανάρητος σοφία*.] Librum  
Proverbiorum, *πανάρητον σοφίαν*  
appellat, post Clementem Rom.  
Clemens Alex. in Miscellaneo  
z. itemque Hegesippus, Ire-  
næus, καὶ ὁ παῖς τῶν ἀρχαίων  
*χορὸς* apud Eusebium Hist. Ec-  
cles. Lib. i. Cap. 22. Sed &  
eodem nomine insignitur Sa-  
pientiæ volumen ab Athanasio,  
Epiphanio, Damasceno, & Gre-  
gorio Nysseno. In Bibliothecæ  
Regiæ Codice Biblico 721.  
*σοφία Σολομώντος ἢ πανάρητος*, &  
1253. *σοφία Σολομώντος πανάρη-  
τος*. At Codice 772. Lexicon  
vocum Sacræ Scripturæ, ubi  
de Sapientia Solomonis, in ti-  
tulo habet, *λίξις τῆς πανάρητου*.  
Præterea Sapientiam Siracidis,  
seu Ecclesiasticum, vocari *πα-  
νάρητον σοφίαν*, & *πανάρητον*, in-  
venies in Eusebii Lib. viii.  
Demonstrat. Evang. & in eju-  
dem & aliorum Chronicis, in  
Hieron. Præfatione ad libros  
Salomonis; invenies apud Isi-  
dorum Pelusiotam Lib. iii.

Epist. 66. Cassiodorum, Di-  
vinarum Læctionum Cap. v. &  
Georgium Cedrenum Ed. Ba-  
sil. p. 159.—Jam quòd *σοφία*  
simpliciter ac Sapientia de Pro-  
verbiis dicatur, ostendunt loca  
Constitutionum Apostolicarum  
Lib. i. Cap. 7. 10. Lib. ii.  
Cap. 3. Lib. iv. Cap. 11. &  
alibi, Justini Martyris in Dia-  
logo, Melitonis Sardenfis apud  
Eusebium Hist. Lib. iv. Cap.  
26. Irenæi Lib. iv. Cap. 37.  
Clementis Alex. in Protreptico,  
Pædagog. ii. Cap. 2. & Strom.  
i. Origenis Homil. 14. in Ge-  
nesim, 6. in Exodum, ac sæpe,  
Cypriani 3. ad Quirinum, 6.  
Gregorii Nysseni libro de vita  
Mosis, Oratione 5. de Oratio-  
ne Dominica, & in *ὑποτυπώσεις*  
de pietatis scopo, Chrysostomi  
five alterius sermone de tribus  
pueris. Quibus adjunge vete-  
rem Interpretem Epistolæ Ig-  
natio attributæ ad Tarsentis  
Cap. 6.— Similiter Ecclesi-  
astico *σοφίας* Sapientiæ nomen  
absolutè datur per multos,  
Origenem Homil. 2. in Psalm.  
xxxviii. Homil. 6. Græcâ in  
Jeremiam, & ad Rom. ix. 20,

ἴσομαι [ὑμῖν] ἐμῆς προῆς ρῆσιν, διδάξω [δὲ  
 ὑμᾶς] τὸν ἐμὸν λόγον. Ἐπ[εὶ δὲ ἠγάθου,] καὶ  
 οὐχ ὑπηκούσατε, καὶ ἐξέτερον λόγου, καὶ οὐ  
 [προσείχετε] ἀλλ' ἀκύρους ἐπο[ιεῖτε ἐμᾶς] βου-  
 λὰς, τοῖς δὲ ἐμ[οῖς ἐλέγχοις] ὑπειδήσατε· τοι-  
 γαρ[οῦν κἀγὼ] τῇ ὑμετέρα ἀπώλει[α ἐπιγε-  
 λάσομαι· καταχαροῦμαι δὲ [ἡνίκα ἂν] ἔρχη-  
 ται ὑμῖν ὄλεθρο[ς, καὶ ὡς ἂν ἀ]φίκηται ὑμῖν  
 ἄφνω θ[όρυβος· ἢ δὲ] καταστροφή ὁμοία κ[α-  
 ταιγίδι πα]ρῆ, ἢ<sup>1</sup> ὅταν ἔρχηται ὑμ[ῖν θλίψις]  
 καὶ πολιορκία. Ἔσται γ[ὰρ ὅταν ἐπι]<sup>2</sup>καλέ-  
 σθηθέ με, ἐγὼ δὲ [οὐκ εἶσα]κούσομαι ὑμῶν·  
 ζητήσουσιν] με κακοί, καὶ οὐχ εὐρή[σουσιν.]  
 Ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν, [τὸν δὲ φό]βον τοῦ Κυ-  
 ρίου οὐ προεἶλα[ντο, οὐδὲ] ἠθέλον ἐμαῖς προσ-  
 ἐχ[εῖν βουλαῖς·] ἐμυκτῆριζον δὲ ἐμού[ς ἐλέγ-  
 χους.] Τοιγαροῦν ἔδονται τῆς [ἑαυτῶν] ὀδοῦ  
 τοὺς καρπούς, [καὶ τῆς ἑαυτῶν] ἀσεβείας πλῆσ-

VAR. LECT.

<sup>1</sup> MS. οταρ.<sup>2</sup> κλεισθηθαι.

VERS. FELL

*ram vobis mei spiritus dictionem, docebo autem vos meum sermonem; quoniam vocabam, et non obedistis, et extendebam verba, et non attendistis; sed irrita faciebatis mea consilia, et meis increpationibus rebelles fuistis; itaque et*

21. Gregorium Nyssenum de vita Moſis, Hieronymum Dialogo i. adversus Pelagianos Cap. 10. Pseudo-Hieronymum ad 2 Cor. ix. 7.— Ratio autem earum appellationum ex eo peti debet, quod sapientes viri prædictis libris præcepta sapientie omniumque virtutum comprehenderint. Ita enim Epiphanius Hær. lxi. Cap. 11. Paschatis diem, ἀγίαν Θεοῦ πα-  
 νάρετον ἡμέραν indigitat. Denique παροιμίαι sunt σοφία παιδα-  
 γωγική, Gregorio Nazianzeno

Orat. 11. Ecclesiasticus est *Ad Deo spirata Sapientia: Magna Sapientia: in Excerptis Chronologicis ex Eusebio, Africano, & aliis. Atque de Cantico Canticorum, Scriptor Homiliæ de Susanna Tom. 6. Chryso-  
 stomi ait, κατὰ τὴν σοφίαν τὴν λέγουσαν, κῆπος κεκλεισμένος, πη-  
 γὴ ἑσφραγισμένη. Cant. iv. 12. Auctor operis imperfecti in Mathæum apud eundem Patrem, ad Matt. vi. 6. Sicut in Canticis ex persona Ecclesiæ Sa-  
 pientia dicit; & confarcinator*

ram vobis mei spiritus dictionem; docebo autem VERS. COT. vos meum sermonem. Quoniam vocabam, & non obedistis; & extendebam verba, & non attendistis; sed irrita fecistis mea consilia; & meis increpationibus rebelles fuistis. Itaque & ego vestra perditione ridebo: gaudebo autem cum venerit vobis interitus, & cum advenerit vobis subito tumultus; everfio autem similis procellæ affuerit; vel cum venerit vobis tribulatio & oppressio. Erit enim cum invocabitis me; ego autem non exaudiam vos: quærent me mali, & non invenient. Oderunt enim sapientiam; timorem autem Domini non assumerunt; neque volebant meis attendere consiliis: subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viæ suæ fructus, & suâ ipsorum im-

ego vestra perditione ridebo; gaudebo autem cum venerit VERS. FELL vobis interitus, & cum advenerit vobis subito tumultus; everfio autem similis procellæ affuerit, & cum venerit vobis tribulatio & oppressio. Erit enim cum invocabitis me, ego autem non exaudiam vos; quærent me mali, & non invenient. Oderunt enim sapientiam, <sup>a</sup> timorem autem <sup>a</sup> verbum. Domini non assumerunt, neque volebant meis attendere WOT. consiliis, subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viæ suæ fructus, & sua ipsorum impietate satu-

Epistolæ Decretalis primæ, Clementi nostro affictæ, Dicente Sapientiâ, Valida est dilectio ut mors. Cant. viii. 6. COT.

Ἠπειθήσατε.] Ita Cod. Vat. οὐ προσείχεται pro προσείχεται Alex. WOT.

Ἀπαλεία.] Codd. impr. habent ἀπολεία. WOT.

Πολιτορία.] Post πολιτορία exhibent Codd. Alex. & Vat. καὶ ὅταν ἴρχηται ὑμῖν βλεβρος. At Heb. Textus ea non habet, neque aliqua ex Versionibus præter unam Arabicam. Absunt etiam ex pluribus Græcis

MStis. Potuerunt in hunc locum irrepsisse librarii errore paulò superius habita, aut saltem è Versionibus sive Theodotionis, sive Aquilæ, sive Symmachi. WOT.

Σοφίαν.] Παιδείαν Alex. apud Prov. WOT.

Φόβον.] Λόγον habent Alex. & Vat. Cyprianus legit Ver-

bum Domini. At Aldina & Complutensis Editiones τὴν δὲ φόβον, quæ lectio verior esse videtur; ei enim suffragantur Text. Heb. & Versiones omnes. WOT.





*pietate saturabantur,* \* \* \* \* \* VERS. COT.  
\* \* \* \* \*

LVIII. Inspector omnium Deus, spirituum Dominus & herus universæ carnis; qui elegit Dominum Jesum Christum, & per eum nos in Deut. vii. 6. populum peculiarem; omni animæ quæ invocaverit magnificum & sanctum nomen ejus, det fidem, timorem, pacem, patientiam, æquanimi-

Christum, & nos per eum in populum peculiarem, det VERS. FELL omni animæ, quæ sanctum & gloriosum nomen ejus invocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam, leni-

*phetarum & Apostolorum, & præterea Sibyllæ, quemadmodum habet Clemens, in sua ad Corinthios Epistola, ἐπι δὲ καὶ τοῦ Σιβύλλης, κ. τ. λ.* Sed doctissimus Usserius, in Dissert. de Clementis & Ignatii Epistolis Cap. x. putabat locum hunc esse desumptum ex altera Clementis Epistola, quam Veteres plerique ejus esse negant; idque eò probabilius, quia Sibyllini versus eò facientes sunt, post tempora Clementis, à Christiano nescio quo scripta. Attamen Ethnici, ut Ovidius, Seneca & alii, credebant fore ut mundus conflagraret. Nec credibile est Justinum Martyrem, virum insignem, nec vulgaris eruditionis, passurum fuisse sibi ejusmodi fictis libris fucum fieri. Fraudes non nisi sensum fallunt, nec diu erat cum hæc cœperant spargi. Itaque nihil vetat me uti hac citatione, ut argumento, quod, cæteris additum, ostendat hoc opus non esse Justinum; quamvis Dr. Homelius in Animadversionibus contra Tombii In-

fantium Baptismum Cap. xiii. vir religiosus atque eruditus, omnem lapidem moverit, ut genuinum esse Justinum scetum orbi erudito ostenderet. Hieronymi Latina versio Clementis, si inveniri posset, tenebras omnes discuteret. BURT.— Quidam volunt ad hunc locum, ubi chasma est, respicere S. Irenæi verba: *Qui ignem præparaverit Diabolo & Angelis ejus.* Ut ego autem dicam quod sentio, hæc non sunt Clementis, sed ipsius Irenæi verba, & pertinent ad Traditionem Ecclesiæ, i. e. ad formulam Fidei & Doctrinæ. Forsitan in hoc chasmate locum habere potuerunt ea, quæ à S. Basilio citata ex B. Clemente apud eum non legimus hodie: Ἄλλα καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαῖκώτερος, Ζῆ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. De Spiritu Sancto, Cap. xxi. WOT.

*Εἰς λαὸν περιούσιον.]* Imitatur Paulum ad Tit. ii. 14. At Paulus è LXX hanc loquutionem mutuavit. DAV.

μονὴν, μακροθυμίαν, ἐγκράτιαν, ἰσχυρίαν καὶ  
σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ,  
διὰ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ  
Χριστοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη,  
κράτος, πμῆ, καὶ ἄρτι καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶ-  
νας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΝΘ'. Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν Κλαύ-  
διον, Ἐφθρον, καὶ Οὐαλέριον, Βίτωνα σὺν Φορ-  
τουνάτῳ, ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν πάχει ἰάνα-  
πέμφατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως δῶττον τὴν εὐκ-

VAR. LECT. ἰ MS. αγνιαν. ἰ MS. ανεπεμφατε.

VERS. FELL tatem, continentiam, sanctitatem & sapientiam, ut no-  
mini ejus recte placeat, per summum sacerdotem, &  
præsidem nostrum Dominum Jesum Christum, per quem

Διὰ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ προστά-  
του ἡμῶν.] Eruditus atque in-  
dustrius Criticus Photius mihi  
videtur nimis acerbè Clemen-  
tem, propter hæc loquendi  
genera, castigasse. Tertium  
hoc est, quod in hac Epistola  
carpit, quasi Clemens de Chri-  
sto non satis honorificè esset  
loquutus: οὐδ' ἐὼς διεπρεπῆς  
καὶ ὑψηλοτέρως εἴηκε περὶ αὐτοῦ  
φωνᾶς· neque, inquit, Deo con-  
venientes ἔ' sublimiores de eo  
emisit voces. Atqui pluribus  
honorificentissimas loquutiones  
adhibet, cùm dicat eum esse  
nostram salutiferam valetudi-  
nem; Pontificem Maximum no-  
strarum oblationum; custodem  
atque adiutorem nostræ infirmi-  
tatis; per eum nos ad tollere  
oculos ad altissimos cælos; ἔ' c.  
per eum nos placuisse Domi-  
no; eum nobis gustum imper-  
tiri immortalis cognitionis, qui,  
cùm sit splendor ejus majestatis,  
longè major est Angelis; Domi-  
num nostrum Christum Jesum,

scæptum majestatis Dei; &c.  
Sed in sequentibus verbis ite-  
rum mordet eum Photius: οὐ  
μὲν οὐδ' ἀπαρκαλύπτως αὐτὸν  
οὐδαμῇ ἐν τούτοις βλασφημῆ, nec  
tamen aperte usquam in hisce  
blasphemat. Quis, quaeso, sibi  
persuadeat talia voluisse Cle-  
mentem? BURT.— Si Critico  
displicuerit, quòd appellat S.  
Pater Jesum Christum ἀρχιερίᾳ  
ac προστάτην, eum eo modo  
appellant S. Paulus & S. Ig-  
natius: vide Not. ad Cap.  
xxxvi. Iniquus igitur est Pho-  
tius in S. Patrem; quum fere  
ubique per totam hanc Episto-  
lam Christi θεότητα confirmat.  
WOT.— Imò verò hæc ostendunt,  
ab Apostolorum discipulo  
scriptam hanc Epistolam,  
neque enim aliter loquuti sunt  
Apostoli; qui & ipsi de Christo  
loquuti sunt, quemadmodum  
ipse de se erat loquutus, non ut  
παραπινίζοιτο θεόλογος postea fe-  
cerunt. CLER.

Κλαύδιον, Ἐφθρον, καὶ Οὐαλέ-

tatem, continentiam, puritatem & temperantiam; VERS. COT.  
ut nomini ejus grata sit, per summum sacerdotem, & patronum nostrum Jesum Christum: per quem illi gloria, majestas, imperium, honor, & nunc, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

LIX. Missos autem à nobis Claudium, Ephebum, & Valerium, Vitonem cum Fortunato, in pace cum gaudio, ad nos brevi remittite, ut

illi sit gloria, majestas, potestas, honor, & nunc, & in VERS. FELL  
secula seculorum. Amen.

LIX. Missos autem à nobis <sup>a</sup> Claudium, Ephebum, <sup>a</sup> Claudium & Valerium, Bitonem cum Fortunato, in pace cum <sup>b</sup> Ephebum, & gaudio brevi ad nos remittite, ut citius votis expetita, <sup>b</sup> Valerium Bitonem. WOT.

ριον, Βίτανα σὺν καὶ Φορτυνάτῳ.]  
Vide annon sublatâ subdistinctione scribendum sit potiùs Κλαύδιον Ἐφεβον, & Οὐαλίριον Βίταν. BOIS.—Junius quinque viros à Corinthiis missos fuisse sensit; ego tres tantùm, quorum duo videntur esse liberti in familias Claudiorum & Valeriorum adsciti: quam conjecturam confirmat Ep. Cestriensis in Notis suis in Epistolam S. Ignatii ad Smyrναeos. WOT.—Cùm imperium in Claudia familia diu versaretur, non mirum plurimos libertos eo nomine honestatos. Et ex Cæsaris domesticis, plures fidem Christianam amplexos, docet nos Apostolus, Phil. iv. 22. Vide 2 Tim. iv. 21. FELL.—Ephebus ille memoratur inter Clementis discipulos in Beati illius historia, ad calcem Pseudo-Abdiæ à Lazio vulgati. Sed pro *Ephebus* vitiosè legitur *Phebus*. COLOM.—De Valerio Episcopo Treverensi, dis-

cipulo D. Petri Apostoli, agunt Martyrologia ad 29. Januarii. COT.

Σὺν καὶ Φορτυνάτῳ.] Sic MS. Forsan legendum σὺν Γαίῳ Φορτυνάτῳ, nam Ephebo, & Vitoni suo data sunt prænomena. Hujus, ut videtur, Fortunati meminit etiam Paulus I Cor. xvi. 17. DAV.—Habet in fine Prioris ad Corinthios nomen Φορτυνάτου, sive juxta alios Codices Φορτυνάτου, ut hoc loco. Quem Φορτυνάτον trigésimum quartum inter lxx. Discipulos constituit auctor Chronici Alexandrini. p. 506. COT.—Idem esse videtur, qui à S. Paulo memoratur; qui, cùm fuerit jam ætate valde provectus, magnæque apud Ecclesiam Corinthiorum famæ & autoritatis; à Corinthiis missus Romam venit, ut Romanos de schismate certiores faceret, & posceret eorum opem ad sedandas lites infelices apud ipsos ortas. WOT.

ταίαν καὶ ἐπιποθέτην ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἀπαγγέλλωσιν· εἰς τὸ <sup>2</sup> τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆσαι περὶ τῆς <sup>3</sup> εὐσταθείας ὑμῶν. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετ' ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῆ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ· δι' οὗ αὐτῶ δόξα, πρῆ, κράτος, καὶ μεγαλωσύνη, δόξος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VAR. LECT.

<sup>2</sup> ταχειον.<sup>3</sup> ευσταθιας.

& desiderandæ vestræ pacis ac concordiaë nuntium afferant, & nos de statu vestro recte ordinato citius gaudea-

[Ἐπιποθέτην.] Malim ἰπιπί- adjectiva composita sunt fere  
θετον [ut Codd. impr.] quia communis generis: sic à qui-

AD CORINTHIOS. EP. I. 221

citiùs optabilem nobisque desideratissimam pacem VERS. COT.  
 & concordiam annuncient: quò & nos de vestra  
 tranquillitate ocyùs gaudeamus. Gratia Domini  
 nostri Jesu Christi sit vobiscum, & cum omni-  
 bus ubique vocatis à Deo, & per ipsum: per  
 quem ei gloria, honor, potentia, majestas, &  
 folium æternum, à sæculis, in sæcula sæculo-  
 rum. Amen.

mus. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum, VERS. FELL  
 & cum universis ubique à Deo, & per eum vocatis; per  
 quem illi sit gloria, honor, potestas, majestas, & domi-  
 natio sempiterna, à seculis, in secula seculorum. Amen.

busdam malè, ni fallor, scri- rorem errâsse viros cætero-  
 bitur *αι ἑρθίδοξαι ἐκκλησίαι*, pro quin valde eruditos comperio.  
*ἑρθίδοξαι ἐκκλησίαι.* Hunc er- BOIS.

---

---

---

# J. B. COTELERII JUDICIUM

DE POSTERIORE EPISTOLA

## S. C L E M E N T I S.

**E**XSTAT de hac Epistola judicium magni Critici Eusebii, Hist. Eccles. iii. 38. ἵστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἐστ' ὁμοίως τῆς προτέρας καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Quæ à Rufino, uti solet, indiligenter redduntur sic: *Dicitur tamen esse & alia Clementis Epistola, cujus nos notitiam non accepimus.* Nec magis accuratè Hieronymus, Libro De viris illustribus; *Fertur & Secunda esse ex ejus nomine Epistola, quæ à Veteribus reprobatur.* Et Photius Μυριοβιβλου Cod. 112, 113. ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. Neque enim dicit Eusebius, Secundam Clementis Epistolam notam esse, & ab Antiquis reprobata; dicit solummodo ignoratam fuisse, in citationibus à Veteribus prætermittam, in dubium vocatam: unde eodem loci & alibi Priorem nuncupat ὁμολογουμένην, ἀνωμολογημένην παρὰ πᾶσιν. Itaque rectiùs in Nicephoro Lib. iii. C. 18. habetur; καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολή, τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτὸς φησιν

φθιν Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπιστήμῃ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι. Maximus in Prologo ad Dionysii Opera, agens de Eusebio, καὶ μὴν οὔτε Πανταίνου τοὺς πόρους ἀνέγραψεν, οὔτε τοῦ Ῥωμαῖου Κλήμεντος, πλὴν δύο καὶ μόνων ἐπιστολῶν. Et verò quemadmodum Cæsariensi Episcopo credimus, dubitatum fuisse de Auctore nostræ Epistolæ; quemadmodum non possumus nunc, post deperditos tot primorum Patrum libros, memoriam illius accusare, quæ tamen non semper fida extitit: ita negamus inde consequi, pro Pseudepigrapha necessariò habendam Epistolam; cùm fieri quiverit, ut Opus genuinum in controversiam venerit, & à primis Ecclesiæ scriptoribus non fuerit celebratum. Certè ea dubitatio, ea omisso, non deterruerunt Auctorem Canonum Apostolicorum Can. ult. Epiphanium Hær. xxvii. 6. xxx. 15. & eum qui Librum Pontificalem composuit, quò minùs de Clementinis Epistolis, perinde ac nihil intercederet inter illas discriminis, loquerentur. Mitto enim Niconem, de quo ad superioris Epistolæ Cap. xiv. Imò quod admodum mirere, id ab ipsis Hieronymo ac Photio designatum, quando suam non Eusebii proponunt opinionem: ille in Volumine i. adversùs Jovinianum Cap. 7. hic in Myriobibli Cap. 126. Quinetiam utramque inter Sacræ Scripturæ libros collocasse videntur Ecclesiæ illæ, quæ Canonibus Apostolicis regebantur, quique eos Canones in Novi Testamenti Voluminibus recenset Johannes Damascenus Orthodoxæ fidei Lib. iv. Cap. 18. & quotquot Bibliorum codicibus utebantur simili-

bus

## COTELERII JUDICIUM

bus illi Theclæ, è quo duæ istæ Epistolæ prodierunt. Accedit huc quòd eadem utrobique apparent Antiquitatis notæ, eadem interdum verba usurpantur; nec tantam diversitatem habet stylus, quin ab eodem Scriptore variis temporibus diversisque pro causis oriri potuerit. Dionysius autem Corinthius scribens ad Romanos apud Eusebium Lib. iv. Cap. 23. ideo unius tantùm Epistolæ Clementis mentionem facit, quia loquitur de Litteris Romanorum nomine datis ad Corinthios: at posterior Clementis, etsi, teste Photio, ad Corinthios quoque esset scripta, non tamen, sicut prior, Ecclesiæ Romanæ nomen, sed Romani Pontificis præferebat. Indicatur id appellatione, ἀδελφοί μου, quam in Secunda non semel positam invenies, nusquam in Priore.

Objicit Jacobus Usserius, Dissertatione de scriptis Ignatii, &c. Cap. x. ad hunc modum; Epistola titulo Clementis ad Corinthios ornata, proferebat (quemadmodum ex Quæstionibus ad Orthodoxos, Justino Martyri tributis, Resp. ad Quæst. 74. intelligimus) Carmina Sibyllina, quæ Clementis temporibus posteriora fuerunt; unde colligitur eam citationem cùm in priore Clementis Epistola nusquam compareat, ad alteram referri debere, quæ ejusdem nomine falsò inscribatur. Infirmum planè argumentum. Audi verba Pseudo-Justini: εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἢ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθὼς φασὶν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησὶν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.



στολῆ· κ.τ.λ. *Si presentis rerum status finis est, impiorum per ignem iudicium, prout testantur Prophetarum & Apostolorum scripta, atque insuper Sibyllæ ipsius, quemadmodum ait beatus Clemens in Epistola ad Corinthios; &c.* Quæ in Gallicam linguam ita vertit David Blondellus de Sibyllis Lib. i. Cap. 20. ac si legisset, ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ. Sed erratum est properantis hominis, nimiumque memoriâ fidentis. Itaque cùm Pseudo-Justinus generatim de Epistolis loquatur, neutra autem ad nos integra pervenerit, temere ab Usserio asseveratur res, quam nullo modo potuit rescire. Quinimo si divinationibus indulgere liceat, crediderim in Primæ Epistolæ lacuna ad Cap. lvii. factam Sibyllæ mentionem. Atque conjecturæ fundum & auctorem do S. Irenæum adversus Hær. Lib. iii. Cap. 3. *Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modicâ inter eos qui Corinthi essent fratres factâ, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas Litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians* [annuncians omittitur in Græco apud Eusebium Lib. v. Cap. 6. & Nicephorum Lib. iv. Cap. 15. fortè ob similitudinem participiorum ἀναγειοῦσα & ἀναγγέλλουσα. Nam Rufinus videtur hoc quoque in Eusebio legisse, dum interpretatur *exprimens*] *quam in recenti ab Apostolis receperant* [ex Eusebio, Rufino, Nicephoro, atque ex sensu scribendum *receperat*] *traditionem, annunciantem unum Deum omnipotentem, factorem cæli & terræ, plasmatorem hominis; qui induxerit*

## COTELERII JUDICIUM

*Cataclysmum, & advocaverit Abraham; qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocatus sit Moysi, qui Legem disposuerit, & Prophetas miserit, qui ignem præparaverit Diabolo & Angelis ejus.* Brevem enumerationem Caputum, in hac Ecclesiæ Romanæ Epistola contentorum, sanctus Martyr instituit. Ea autem omnia adhuc legere est, excepto ultimo, quod dubio procul lacuna illa circa finem interjecta complectebatur. Quis porrò non videt, ubi *ignis Diabolo & Angelis ejus præparatus* memorabatur, ibi commodè potuisse agi *de mundi fine, ac de impiorum per ignem judicio* tunc futuro; ideoque & *Sibyllæ* mentionem fieri?

Ait tamen vir perdoctus, non licuisse per tempus Clementi ex Sibyllinis Carminibus, utpote ipso posterioribus, testimonium petere. Hoc probandum erat, non modò dicendum: quod si constaret, requirerem prædictarum *Quæstionum* Codices MSS. num pro *καθὼς* haberent *καὶ ὡς*, aut *καὶ καθὼς*. Verùm super Sibyllinis Versibus exploratum non habetur, quando cœperint apud Christianos evulgari. Si verò agatur de Sylloge quâ hodie utimur, pro certo haberi debet, eam multò post Apostolica tempora lucem vidissè. Nonnulli sanè in ea versus leguntur, ætate posteriores Scriptis Patrum Sibyllina Oracula citantibus: quales hi duo,

Οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο τὸ τῆς φιλοφρέμονος ὕλης  
Παρθενικαὶ κούραι πῦρ ἔνθεν εὐρήσουσιν.

in Ῥαψωδία nostra Lib. v. post medium: sunt enim de incenso Vestæ templo sub finem imperii

Commodi,

Commodi, proindeque cùm jam Justinus, Athenagoras, & Theophilus Antiochenus Sibyllina in testimonium pro fide Christiana advocassent. Ac Origeniani cujusdam manum redolet Libri ii. finis, ad quem Scholiastes Græcus sic annotabat :

Ψεύδη προφάνως · οὐδὲ γὰρ λήξει ποτέ  
 Τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένου .  
 Καὶ γὰρ ἂν εὐξάμην τοῦθ' οὕτως ἔχειν,  
 Οὐλαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένος,  
 Αἱ μείζονος χρήσουσι φιλανθρωπίας.  
 Ἄλλ' αἰσχυνέσθω φληναφῶν Ὀριγένης,  
 Πέρας γενέσθαι τῶν κολάσεων λέγων.

Rectéque observat qui nostrâ ætate plurimos judicio superavit Gerardus Vossius De Poetis Græcis Cap. i. non extitisse temporibus Justinii Martyris, Tatiani, Clementis Alex. Eusebii, aliorumque multorum, Versus Sibyllinæ Collectionis Lib. i. & Lib. iii. de Sibylla Noæ coætanea ; quandoquidem ex illorum Patrum professione, nulla è Sibyllis Mosem antiquitate superavit. Ex quibus intelligitur, non unum Poetam Sibyllam se esse finxisse, sed plures, diverso tempore, quorum versus disjectos unum in corpus confarcinator incertus multò post denatos Apostolos compegerit.

Quod autem à pluribus existimatur, primo sæculo ac principio secundi, Sibyllam à Christianis Scriptoribus citari nequivisse ; id verò ego inficior, rationibus adductus non paucis. Quoniam, scilicet, gratis ac sine fundamento illud asseritur. Deinde quia viventibus Apostolis, ac Luca scribente Evangelium, multa Apocrypha & Pseudepigrapha

## COTELERII JUDICIUM

otiosi temerariique homines edebant, inquit Origenes Hom. i. in Lucam, eumque sæpissime sequens Hieronymus Proœm. Comment. super Matt. necnon Titus, Ambrosius, Beda, Euthymius, Theophylactus ad 1. vers. Evang. Lucæ: quidni & in illis quædam Sibyllino nomine? Ad hæc certum est ex Varrone, Cicerone, Tacito, Suetonio, Plutarcho, multa vana & supposititia inter Paganos quasi Sibyllina fuisse circumlata, ante & statim post primordia nostræ Religionis: hoc exemplo cur non idem evenerit apud Nos? Adjice his testimonium Hermæ Lib. i. Vis. ii. Cap. 4. Concludo, nihil vetare quin vero Clementi laudata fuerit Sibylla, in re præfertim Ethnicis non ignota, mundi videlicet fine, ac impiorum per ignem judicio: de qua consule præcipuè Justinum Martyrem Apolog. ii. p. 66. & Sibyllina nostra Oracula Lib. ii. & iii. Ac forsan Clemens exemplaria viderat antequam à Christianis (ut conqueritur Celsus apud Origenem Lib. vii. contra eum) fuissent interjectis pluribus interpolata.

Cæterùm videtur hæc Secunda Epistola ante primam esse scripta. Quandoquidem innuit fragmentum illius pacifica tempora; & ex Photii Codice 126. colligimus diffidii Corinthiaci in ea factam non fuisse mentionem: at si data esset post priorem, hoc est, post finem persecutionis Domitiani, tempore pacis, atque ante persecutionem sub Trajano redintegratam, non prætermisisset discordiam aut reconciliationem Corinthiorum, cum utrumque tempus solummodo annus sejungat. Quare missam arbitror inter duas pri-  
mas

mas persecutiones, Neronis ac Domitiani, & ante seditionem Corinthi excitatam.

Omittebam hîc, ut in Veterum Testimoniis, duo quæ postea occurrerunt loca. Primus locus est Præfationis Concilii Nicæni, Latinæ ex Arabico per Abrahamum Ecchellensem factæ; in quo dicitur Clementem Epistola ii. mentionem fecisse Sectarum 70. Verùm illa Epistola, si eadem est ac nostra, nec est planè Apocrypha, nequaquam retulit 70. Hæreses, retulit forsân 7. Alterum locum deprompsi ex optimis membranis codicis admodum antiqui in Bibliotheca PP. Soc. Jesu, copiam faciente Gabriele Cossartio, viro cùm insignis doctrinæ, tum prolixæ humanitatis. Est autem S. Damasceni Eclogarum Sacrarum Cap. Περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰώνιων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾶν. quod respondet Capiti 20. Libri ii. Parallelorum editorum.

Τοῦ ἀγίου Κλήμεντος ἐκ S. Clementis, ex Epistola ii. ad Corinthios.

Οὐ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς συνίησιν ὡς οὔτε ἂν λογίζονται τινε εἶναι περπνά, ξένα καὶ μακράν ἐστι τῶν ἀπεχθῶν. ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἐθλίψε, καὶ ὑγεία πλέον ἤνιάσῃ νόσου. καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν

QUI res presentis vitæ agnoscit, intelligit neque ea quæ nonnulli jucunda reputant, aliena esse aut procul dissita ab iis quæ odio habentur. Quinetiam divitiæ sæpe numero magis quàm paupertas laeserunt, & sanitas plus morbo afflixit. In

καὶ

καὶ φευκτῶν πάντων *summa, gratarum rerum*  
 ὑπόθεσις καὶ ὕλη, ἢ *ac optatarum affluentia*  
 τῶν ἀσπαστῶν καὶ *evadit in causam & ma-*  
 κατ' εὐχὴν περιβολὴν *teriam omnium tristium*  
 γίνεται. *atque detestatarum.*

---

---

---

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Β΄.

---

S. C L E M E N T I S

E P I S C O P I R O M A N I

E P I S T O L A A D C O R I N T H I O S I I .

---

---

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ  
ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Β΄.

**Α** Δελφοί, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν· ἐν τῷ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ, μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν· καὶ οἱ ἀκούοντες ὡσπερ μικρῶν ἀμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες πόθεν ἐκλήθημεν, καὶ ὑπό τινος, καὶ εἰς ὄν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν. Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν; ἢ τίνα καρπὸν ἀξίον οὐ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; πόσα δὲ αὐτῷ<sup>1</sup> ὀφείλομεν ὅσα; τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὡς πατὴρ υἱοῦς ἡμᾶς προσηγέρευσεν, ἀπυλλυμένους ἡμᾶς ἔσωσεν. Ποιοῦν αἶνον αὐτῷ<sup>2</sup> δώσομεν, ἢ μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν;

<sup>1</sup> MS. οφίλομεν.

<sup>2</sup> δωσωμεν.

Ὡς περὶ Θεοῦ.] Immeritò Photius vitio vertit scriptori huic, quòd nullas de Salvatore nostro Deo convenientes, ac sublimiores voces protulerit; cùm hìc in Epistolæ limine disertis verbis dicat, oportere de ipso sentire ὡς περὶ Θεοῦ. Porro inferiùs Cap. viii. dicat de ipso, ὄντα τὸ πρῶτον πνεῦμα ἐγένετο σὰρξ, verbis à D. Johanne

mutuatis, Cap. i. 14. & iv. 14. ubi dicitur πνεῦμα ὁ Θεός. FELL.

Μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας.] Pro Judæorum placito Messiaë regnum in terris somniantium; aut ad eorum dogma, qui promissa ad allegorias trahebant, dicentes resurrectionem præterisse, 2 Tim. ii. 18. FELL.



---

---

# S. C L E M E N T I S

E P I S C O P I R O M A N I

## EPISTOLA AD CORINTHIOS II.

**F**Ratres, ita sentire nos oportet de Jesu VERS. COT.  
Christo, tamquam de Deo, tamquam de  
judice vivorum & mortuorum; nec decet  
nos humilia sentire de salute nostra: dum enim  
humiliter sentimus de illo, parva etiam accepturos  
nos speramus: & dum tamquam exigua audi-  
mus, peccamus, nescientes unde & quo modo  
vocati sumus, & à quo, & in quem locum, &  
quanta sustinuit Jesus Christus pati propter nos.  
Quam igitur nos ipsi dabimus remunerationem,  
aut quem fructum dignum eorum quæ nobis ipse  
dedit? Quanta verò ei debemus pia? Nam lu-  
cem nobis largitus est; tamquam pater filios nos  
appellavit, pereuntes nos servavit. Qualem ipsi  
laudem tribuimus, aut mercedem compensationis

Καὶ οἱ ἀκούοντες.] Hiulca vi-  
detur hæc sententia. Junius  
& Colomesius legendum esse  
conjecerunt, Καὶ τοῖς ἀκούοντες  
ὡς περὶ μικρῶν. Boisius, Καὶ εἰ  
ἀκούομεν τῶν περὶ Χριστοῦ, ὡς περ  
μικρῶν. Fortè legendum est,  
Καὶ ἡμεῖς εἰ ἀκούοντες τούτων,  
ὡς περ μικρῶν, κ. τ. λ. WOT.

Ὁρείλομεν ὅτια.] Act. xiii. 34.  
Eximia Davidi à Deo promis-

sa beneficia, dicuntur illius ὅτια  
τὰ πιστά. Quæ Es. liii. 5. au-  
diunt חסריו רור הנאמניו.  
Hæc fidelibus omnibus per  
Christum etiamnum debentur;  
unde & illi ceu ἀντιμισθίαν, ejus-  
dem generis vices rependere  
debent. FELL.

Ποιοῦν.] Lege Πῶν οὔν. WOT.  
μισθὸν ἀντιμισθίας.] Locutio  
desumpta ex Psalm. cxvi. 11.

πυροὶ ὄντες τῇ διανοίᾳ, προσκυνοῦντες λίθους  
καὶ ξύλα, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκόν,  
ἔργα ἀνθρώπων, καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο  
οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαύρωσιν οὖν περι-  
κείμενοι, καὶ τοιαύτης ἀχλύος γέμοντες ἐν τῇ  
όρασει, ἀνεβλέψαμεν, ἀποδέμενοι ἐκείνο ὁ περι-  
κείμεθα νέφος, τῇ αὐτοῦ θελήσει. Ἠλέησεν γὰρ  
ἡμᾶς, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἔσωσεν, δεασάμενος  
ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μη-  
δεμίαν ἔλπιδα ἔχοντες σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν  
παρ' αὐτοῦ. Ἐκάλεσεν γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας,  
καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

Β'. Εὐφράνθητι στεῖρα ἢ οὐ πικτούσα, ῥῆξον  
καὶ βόησον ἢ οὐκ ὠδίουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα  
τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.  
Ο' εἶπεν, Εὐφράνθητι στεῖρα ἢ οὐ πικτούσα, ἡμᾶς  
εἶπεν· στεῖρα γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία ἡμῶν, πρὸ τοῦ  
δοῦναι αὐτῇ τέκνα. Ο' δὲ εἶπεν, Βόησον ἢ οὐκ  
ὠδίουσα, τοῦτο λέγει, τὰς προσευχὰς ἡμῶν  
ἀπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεόν, μὴ, ὡς αἱ ὠδί-  
νουσαι, ἐγκακῶμεν. Ο' δὲ εἶπεν, Ὅτι πολλὰ  
τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν  
ἄνδρα· ἐπεὶ ἐρημος ἐδέσκει εἶναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ  
ὁ λαὸς ἡμῶν, ἰσὺ δὲ πιστεύσαντες, πλείονες ἐγε-

VAR. LECT.

3 ἐλπίδα.

quæ ita auctori nostro placuit, ut eam ter in brevi hac Epitola repetiverit. Quemadmodum enim qui Dei patientiâ abutuntur, & flagitiis ad iram provocant, dicuntur ipsum *servitute* premere, Es. xliiii. 24. & qui pauperibus subveniunt cœnari Deo, Prov. xix. 17. ita qui mandatis ejus obsequuntur, & pietatis officia præstant; non

incommodè vices referre, & mercedem rependere censentur. FELL.

[Ἐχούσης.] Lege ἔχοντες. COT.  
Εὐφράνθητι στεῖρα.] Locus hic Es. liv. 1. ab ipsis Judæis ad Messîæ tempora refertur; & ab Apostolo in hanc mentem laudatur, Gal. iv. 27. FELL.

[Ἐγκακῶμεν.] Verbo ἐγκακῶμεν usus fuerat Symmachus Inter-

eorum quæ accepimus? Qui mente eramus capti, VERS. COT.  
 & adorabamus lapides, ligna, aurum, argentum,  
 atque æs, hominum opera; & tota nostra vita  
 nihil aliud erat quàm mors. Obscuritate itaque  
 circumdati, & tali caligine plenum habentes vi-  
 sum, respeximus, ipsius voluntate deponentes eam  
 quâ cingebamur nebulam. Nam miseratus est  
 nos; & visceribus commotus, salvos fecit; cùm  
 in nobis multum errorem ac interitum spectâsset,  
 nec habere nos ullam salutis spem, nisi eam quæ  
 ab ipso. Vocavit enim nos qui non eramus, &  
 voluit è nihilo esse nos.

II. *Lætare sterilis, quæ non paris; erumpe &* Is. liv. 1.  
*clama, quæ non parturis: quia multi filii desertæ,*  
*magis quàm ejus quæ habet virum.* Quod dixit,  
*Lætare sterilis quæ non paris;* nos dixit: sterilis  
 quippe erat Ecclesia nostra, ante quàm dati essent  
 ei liberi. Quod verò dixit, *Clama quæ non par-*  
*turis;* hoc dicit, <sup>a</sup> Preces nostras ad Deum om- a ut preces no-  
 nino, ut parturientes solent, non deficiamus re- ltras Deo of-  
 ferre. Quod autem dixit, *Quia multi filii desertæ,* feramus sub-  
*magis quàm ejus quæ habet virum:* Quandoqui- missè, neque  
 dem populus noster desertus esse videbatur & Deo parturientium  
 orbatus; nunc verò cùm credidimus, plures facti instar vocife-  
remur. W. G. .

pres Num. xxi. 5. vertens ἐνε- ὕμῶν, scribere oportet apud  
 κήκῃσιν quod LXX verterant Gregorium Theologum Orat.  
 προσώχθισιν. Prætulit tamen 44. εἰ μὴ ἐκκακῶμεν ἐν ταῖς θλί-  
 ἐκκακῶμεν, ob Luc. xviii. 1. ψσει, sublato typographico  
 quò respexisse videtur Clemens, mundo ἐκκακῶμεν. COT.—  
 Ἐλθε δὲ καὶ παρεβόλην αὐτοῖς Quum autem ἐκκ κίω apud He-  
 ποιεῖ τὸ θεῖον πᾶνιοτε προσέχεσ- fycynium idem significat quod  
 θαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Simili mo- ὕψω, eam vocem retinendam  
 do propter verba Apostoli E- esse exitimo: μὴ ὡς αἱ ὠδινου-  
 phet. iii 13. Διὸ αἰτούμεν μὴ σαι ἐκκακῶμεν, ne sicut mulieres  
 ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι μὴ ὑπὲρ *parturientes vociferemur.* W. G. .

νόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν Θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει, ὅτι οὐκ ἤλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς. Τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν. Ἐκεῖνο γὰρ ἔστιν μέγα καὶ θαυμαστόν, οὐ τὰ ἐστώτα στηρίζειν, ἀλλὰ τὰ πέπτοντα· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠδέλησεν σώσαι τὰ ἀπολλύμενα, καὶ ἔσωσεν πολλοὺς ἑλθὼν, καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους.

Γ'. Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς· πρῶτον μὲν ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ δύνομεν, καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἔγνωμεν δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας· τίς ἢ ἡ γνῶσις ἢ πρὸς αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀρεῖσθαι δι' οὗ ἔγνωμεν αὐτόν; Λέγει δὲ καὶ αὐτός. Τὸν ὁμολογήσαντά με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρὸς μου. Οὗτος οὖν ἔστιν ὁ μισθὸς ἡμῶν, εἴαν οὖν ὁμολογήσωμεν δι' οὗ ἐσώδημεν. Ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν; ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χεῖλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Ησαΐα, Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χεῖλεσιν με τιμᾶ, ἢ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπεστίν ἀπ' ἐμοῦ.

Δ'. Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν Κύριον· οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς· λέγει γὰρ, Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην. Ὡστε οὖν, ἀδελφοί, ἐν τοῖς ἔργοις ὃ αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῷ ἀγα-

VAR. LECT. <sup>1</sup> MS. ελαίος. <sup>2</sup> γνῶσεις. <sup>3</sup> MS. αυτων.

[Ἄλλὰ ἁμαρτωλοῦς.] In Nov. Wot. Test. adduntur ἢ μετανοίας in Ἐάν εἶν.] Vox οὖν videtur Codd. impr. sed Codd. MSS. haberi hoc in loco parum optimæ fidei non ea agnoscunt. rectè; legerem μὲν vel αὐτόν.

sumus iis qui Deum habere censebantur. Alia VERS. COT. quoque Scriptura ait, *Non veni vocare justos, sed* Matt. ix. 13. *peccatores.* Hoc dicit: quòd debeat pereuntes servare. Illud siquidem magnum & admirabile est; non, fulcire quæ stant, sed quæ cadunt. Sic & Christus servare voluit pereuntia, & multos servavit dum venit, dumque nos jam pereuntes vocavit.

III. Cùm igitur tantam misericordiam erga nos ipse fecerit: primò quidem, quòd nos qui vivimus, Diis mortuis non sacrificamus, nec adoramus eos; sed per ipsum, cognovimus veritatis Patrem: quænam est agnitio ad eum, nisi ut non negemus illum, per quem agnovimus eum? Ait verò etiam ipse; *Qui me confessus fuerit in* Matt. x. 32. *conspectu hominum, confitebor ipsum in conspectu Patris mei.* Hæc est itaque merces nostra, si quidem confiteamur eum per quem servati sumus. In quonam autem illum confitebimur? Faciendo quæ dicit, & mandata illius non spernendo; nec solùm labiis eum honorando, sed ex toto corde, & ex tota mente. Dicit quippe in Esaia; *Populus iste labiis me honorat: cor autem eorum longè* If. xxix. 13. *abest à me.*

IV. Non modò igitur ipsum vocemus Dominum; id enim non salvabit nos: siquidem ait, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, salva-* Matt. vii. 21. *bitur; sed qui facit justitiam.* Itaque, fratres, in operibus ipsum confiteamur; in diligendo <sup>a</sup> alii<sup>a</sup> ipsum.

WOT.—Lege *ἐν συνομολογήσω*. [*Ἐν τῇ ἀγαπῇ αὐτοῦ.*] Lege *μὲν*, vel *ἐπὶ αὐτόν*, utraque enim *ἀλλήλους*. Simile mendum occurrit infra, Cap. xii. DAV.—Legendum puto *αὐτόν*. WOT.

πάν αὐτούς, ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλωτ, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονα, ἀγαθούς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις <sup>2</sup> ὀφείλομεν, καὶ μὴ φιλαργυρεῖν· ἐν τ[ού]τοις ἔργοις ὁμολογῶμεν τὸν [Θεόν], καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, μάλλον ἀλλὰ τὸν Θεόν. Δ[ιά] τοῦτο ταῦτα ἡμῶν πρᾶσσόν[των] εἶπεν ὁ Κύριος, Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμο[ῦ] συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μ[οῦ], καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μο[ῦ], ἀποβαλῶ ὑμᾶς· καὶ ἐρῶ ὑμῖν, Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἔστε, ἐργάται ἀνομίας.

Ε'. Ὁθεν, ἀδελφοί, καταλείψαντες τὴν παροιμίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ δέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Λέγει γάρ ὁ Κύριος, Ἔσσεθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων. Ἀποκριθεῖς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει, Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ, Μὴ φοβεῖσθε τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ ὑμεῖς μὴ <sup>1</sup> φοβεῖσθε τοὺς <sup>2</sup> ἀποκτείνοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ <sup>3</sup> φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς, ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος, τοῦ βαλεῖν εἰς θένναν πυρός.

VAR. LECT. <sup>2</sup> οφίλομεν.  
3 φοβεῖσθαι.

<sup>1</sup> MS. φοβεῖσθαι.

<sup>2</sup> αποκτενοντας.

[Ἐν τοῦτοις.] Exhibent Codd. impr. ἐν τῶ ἀγαθοῖς τοῖς, at Cod. MS. ἐν τ-- τοῖς ἐργοῖς, proculdubio τούτοις. WOT.

[Ἀνθρώπους μάλλον ἀλλὰ τὸν.] Legendum puto ἀλλὰ τὸν sine μάλλον, vel μάλλον ἢ τὸν. BOIS.

[Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμοῦ συνηγμένοι, κ.τ.λ.] Periodus ista, quod au-

tori nostro solenne est, ex multis S. Scripturæ locis conflatur. Non enim tantum respexisse videtur, Mat. vii. 23. sed etiam Ef. xl. 11. nec non Jer. xxii. 24. FELL.—Proculdubio hic est unus ex iis locis, quem respexit Photius, quum observavit, quod Author ῥητά τινα ὡς

alios ; in non adulterando, neque obtreſtando in-VERS. COT.  
vicem ; neque æmulando ; ſed vivendo in con-  
tinentia, miſericordia, bonitate : & compaſſione  
mutuâ duci debemus ; at non pecuniæ cupiditate :

<sup>b</sup> atque in bonis operibus confiteamur Deum ; non <sup>b</sup> in his ope-  
autem in contrariis : nec timendi nobis ſunt homi-ribus. *Id.*

nes, ſed potiùs Deus. Idcirco, nobis hæc facien-  
tibus, dixit Dominus ; *Si fueritis mecum congre-* Matt. vii. 23.  
*gati in ſinu meo, & non feceritis mandata mea,* Luc. xiii. 27.  
*abjiciam vos ; & dicam vobis, Diſcedite à me ;*  
*neſcio vos, unde ſitis, operarii iniquitatis.*

V. Unde, fratres, dereliſto mundi hujus inco-  
latu, faciamus voluntatem ejus qui vocavit nos ;  
& non vereamur de hoc mundo exire. Ait enim  
Dominus ; *Eritis velut agni in medio luporum.* Matt. x. 16.  
*Reſpondens autem Petrus ei dicit ; Si ergo lupi*  
*agnos diſcerperint ? Dixit Jeſus Petro ; Ne time-* Luc. x. iii.  
*ant agni poſt mortem ſuam lupos : & vos nolite* Matt. x. 28.  
*timere eos qui occidunt vos, & poſt nihil vobis poſ-* Luc. xii. 4, 5.  
*ſunt facere ; ſed timete eum, qui poſtquam mortui*  
*fueritis, habet poteſtatem animæ & corporis, ut*  
*mittat in gebennam ignis.* Et ſcitote, fratres, quòd

ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ἐπιζῶντα  
παραισάξει. Citantur enim ex  
Apocrypho aliquo ſcripto, quod  
adhuc non extat ; forſan ex  
Evangelio ſecundùm Ægypti-  
os, quod paulò infrà citatur,  
ſicut ex Clemente Alex. diſci-  
mus. WOT.

Ἀπεκρίθαις ὁ Πέτρος.] Ex Ap-  
ocrypho deſumptum. Sic &  
infrà qui locus ab altero Cle-  
mente Strom. iii. laudatur.  
Sub ipſis Apoſtolorum tempo-  
ribus plurimos Evangelia ſua

Eccleſiæ intuliſſe, qui res à  
Domino geſtas parum exactè  
callebant, innuit D. Lucas  
Cap. i. Hæreticos verò *Apoſto-*  
*lorum emendatores* ſe venditâſſe,  
locuples eſt tellis Tertullianus  
adv. Marc. Lib. v Evangelia  
Nicodemi, Nazarenorum, ſec.  
Ægyptios, &c. paſſim apud  
Veteres laudantur. FELL.

Μηδὲν ὑμῶν δυναμένους ποιεῖν.]  
Junius plerò inter μὴδὲ & ὑμῶν,  
Boſſius inter δυναμένους & ποιεῖν,  
inferendum putat.

Καὶ γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστὶν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ + ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστή ἐστὶν, καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου. Τί οὖν ἐστὶν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν, εἰ μὴ τὸ ὀσίως καὶ δικαίως ἀναστρέφασθαι, καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἠγεῖσθαι, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν; ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσεισθαι ταῦτα, ἀποπίπτομ[εν] τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας.

ζ'. Λέγει δὲ ὁ Κύριος· Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυοὶ κυρίοις δουλεύει[ν]. Ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ Θεῷ δ[ουλ]εύειν καὶ <sup>1</sup> μαμμωνᾶ, ἀσύμφο[ρ]ον ἡμῖν ἐστὶν. Τί γὰρ τὸ ὄφελος, εἰάν τις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιώσῃ; Ἔστιν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἔχθροί. Οὗτος λέγει μοιχείαν, καὶ φθοράν, καὶ φιλαργυρίαν, καὶ ἀπάτην· ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσσεται. Οὐ δύναμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρῆσθαι. <sup>2</sup> Οἴώμεθα ὅτι βέλτιόν ἐστὶν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια, καὶ φθαρτὰ· ἐκεῖνα δὲ ἀγαπήσαι, τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθαρτα. Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, εὐρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, εἰάν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· ὅτι εἰάν ἀναστῇ

VAR. LECT. 4 ἐπαγγελία. <sup>1</sup> MS. μαμωνα. <sup>2</sup> οιομεθα.

Αἰανίου.] Omnino legendum αἰανίος, hanc enim opponit ἐπιδημία τῇ ἐν κόσμῳ τούτῳ, quam μικρὰν & ὀλιγοχρόνιον dixit. DAV. Εἰ μὴ τὸ ὀσίως] Codd. impr. omnes [præter Felli] pro ὀσίως exhibent θείας facili errore, propter similitudinem litera-



AD CORINTHIOS. EP. II. 241

peregrinatio carnis hujus in hoc mundo, brevis est VERS. COT.  
 ac parvi temporis; promissio autem Christi, magna & admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitæ æternæ. Quid igitur faciendo, ea consequi poterimus, nisi <sup>a</sup> divinè justèque vivendo ac <sup>a</sup> sanctè.  
 operando; & mundana hæc tamquam aliena pu- FELL &  
 tando? Nec illa concupiscendo: dum enim ipsa WOT.  
 possidere concupiscimus, excidimus à via justa.

VI. Dicit autem Dominus, *Nullus servus potest* Matt. vi. 24.  
*duobus Dominis servire.* Si nos volumus & Deo Luc. xvi. 24.  
*servire* & Mammonæ, incommodum nobis est.

*Nam quæ utilitas, si quis universum mundum lu-* Matt. xvi. 26.

*cretur, animam autem detrimento afficiat?* Porro hoc sæculum, & futurum sunt duo inimici. Illud, adulterium, corruptelam, avaritiam, & fraudem prædicat: hoc verò istis renunciat. Non ergo possumus amborum amici esse: oportet autem ut illi valedicentes, hoc utamur. Putemus melius esse, quæ hîc sunt odisse, quia parva & exigui temporis & corruptioni obnoxia sunt; quæ verò ibi sunt, diligere, utpote bona & incorrupta. Facientes enim Christi voluntatem, requiem inveniemus: sin minùs, nihil nos ab æterno supplicio eripiet, si mandata illius contempnamus. Dicit autem & Scriptura in Ezechiele; *Si Noe, & Job,* Ezec. xiv. 11

rum O & Θ, ac Σ & Ε in MS. ut in Cap. vi. prioris Epistolæ. WOT.—Legendum verò *εἰ μὴ τῶ ἁγίου.* DAV.

*Ζημιώσῃ.*] Fortè legendum, ut habet Matthæus, *ζημιώσῃ.* DAV.

*ἵσται δὲ*] Junius & Colome-  
 sius legunt *ἵσται.* WOT.

*τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθῆτα.*] Cùm

hæc ex adverso ponit iis, quæ suprà vocarat *μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ ἐθῆρα*, rependendum credo *τὰ μέγαρα καὶ ἀφθάρτα.*

DAV.  
*Ἄριστῆ.*] Sic MS. Codd. imp. *ἀριστῆ.* WOT.—Foniam *ἀριστῆ.* S. Chrysolomus Hom. x'iii. in Genesim; *Ἐὰς στή γὰρ φρεσὶ, Νεὶ καὶ ἴσῃ καὶ ἀ-*

Νωὲ καὶ Ἰωβ καὶ Δαυὶδ, οὐ ρύσσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ. Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύνανται ταῖς αὐτῶν δικαιοσύναις ρύσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἡμεῖς ἂν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἀγνόν καὶ ἀμίαντον, ποία πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ; ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἂν μὴ εὐρηθῶμεν ἔργα ἔχοντες ὅσα καὶ δίκαια;

Ζ'. Ὡστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώμεθα, εἰδότες ὅτι ἐν χειρὸν ὁ αἰὼν\* καὶ ὅτι εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀγῶνας καταπλεύουσιν πολλοὶ, ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται, εἰ μὴ οἱ πολλὰ κοπιῶσαντες, καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα, ἵνα πάντες στεφανωθῶμεν. Ὡστε θῶμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθείαν, ἀγῶνα τὸν ἀφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς αὐτὸν καταπλεύσωμεν, καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα καὶ στεφανωθῶμεν\* καὶ εἰ μὴ δυναίμεθα ἅπαντες στεφανωθῆναι, καὶ ἐγ-

νήλ, υἱὸς αὐτῶν καὶ θυγατήρες αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλονται. Expositione in Psal. xlviii. Ἐὰν στή ----- οὐ μὴ ρύσσονται. Clementis ἀναστῆ idem significat atque Chrysostomi στή, hoc est, *steterint, statuantur, exsurgant*. Nam ut non intelligatur de resurrectione à mortuis, facit praefer contextum Scripturae, quod tunc temporis viveret Daniel. Additur autem à Nostro, ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, quoniam Ezechiel in captivitate ac de captivitate scribebat. Cor.

Αἰών.] Colomelius & Cotelerius ma'unt ἀγῶν facili mutatione. Licet hanc eorum conjecturam non improbem, nihil tamen mutò; retineri enim potest vox αἰών. WOT.

Καταπλεύουσιν.] Meminisse debemus, hanc Epistolam missam fuisse ad Corinthios, qui mediam fere Isthmi Peloponnesiaci partem incolabant. Igitur Isthmia certè intelligit, & propterea quòd navibus magnam partem eò vehebantur, dicit καταπλεύουσι. BOIS.— Fortè legendum est καταπαλίουσιν, ut & paulò infra καταπαλίωμεν, est enim vox Agonistica, & his locis optimè convenit: sed nihil mutò. WOT.

Ἄλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται.] Idem ab Apostolo dictum 1 Cor. ix. 24. Scil. unus Ἀρχιεὺς solenne, sive coronam obtinuit; aliis præmia quædam tamquam solatia victorum

Et Daniel resurgant, non eruent liberos suos in captivitate. Quòd si adeò justi viri non possunt justitiis suis eruere liberos suos; nos, nisi Baptisma purum & immaculatum servaverimus, quâ confidentiâ intrabimus in regiam Dei? aut quis advocatus noster erit, si non inveniamur opera pia & justa habere?

VII. Quocirca, fratres mei, certemus ac contendamus, scientes quòd præ manibus est <sup>a</sup> certamen <sup>a</sup> seculum. & quòd ad corruptibilia certamina multi appellunt, sed non omnes coronantur, nisi qui plurimum laboraverint, & præclarè certârint. Nos igitur certemus, ut omnes coronam reportemus. Ergo curramus viam rectam, certamen incorruptibile; & multi ad ipsum navigemus; atque certemus, ut & coronemur: & si non possumus

cessere. Quod quidem factum hac sub conditione, ut ad metam & palmam proximi fuerint: alios enim dedecus & jactura solùm manebant. In certaminibus nostris idem fere obtinet; extra terminos metæ vicinos à tergo in stadio relictos, *distantiâ affictos* appellamus. De primis, secundis, tertiisque præmiis, videatur Faber Agon. L. iii. C. 20. FELL.

Θῶμεν.] Junius mavult τρέχαμεν, Colomesius & Cotelegrius διαμεν, ego retineo θῶμεν. WOT.—Fortè θῶμεν. DAV.

Ἀγῶνα.] Junius, Boilius & Wottonus legunt εἰς ἀγῶνα.

Εἰς αὐτόν.] Codd. imp habent ἐκαστόν non rectè: cujus loco ex MS. Cod. substituit αὐτόν. WOT.

Ἀγωνισάμεθα, κ. τ. λ.] Hunc locum citat Dorotheus, sed non ἀπολεξει, Doctrina xxiii. Καὶ γὰρ οὐκ ἐφθάσαμεν τὴν κατάστασιν τῶν ἀγῶν, καὶ οὐκ ἴσμεν ἄξιοι τοῦ εἶναι ἐν τῇ δόξῃ αὐτῶν, ἀλλὰ δυνάμεθα μὴ ἐκπίσειν τοῦ περιδείσου, ἐὰν νήσωμεν, καὶ βιάσωμεν ἑαυτοὺς μικρόν· ὡς λέγει καὶ ὁ ἄγιος Κλήμης, καὶ μὴ στεφανῶται τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὐρεθῆναι τῶν στεφανουμένων. WOT.

Εἰ μὴ δυνάμεθα, κ. τ. λ.] Lux petenda ex Legibus Athleticis, quippe per quas uni corona cedit, consequuntur alii præmia, alii postea laudem; cæteros nec corona, nec præmium, nec laus manet. Verba Tertulliani sunt Lib i ad Uxorem Cap. 3. *Ad primum locum certamen omne contendit, secundus habet solatium, victo-*

γὺς τοῦ στεφάνου γενόμεθα. Εἰδέειαι ἡμᾶς δεῖ  
ὅτι ὁ πόν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, εἰάν εὐ-  
ρεθῆ φθείρω, μαστιγῶθεῖς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλ-  
λεται τοῦ σταδίου. Τί <sup>3</sup> δοκεῖτε; ὁ πόν τῆς  
